Ἡρόδικος] Ex A. P. & Schol. hanc scripturam restituimus, loco vulgatae Ἡροδίζης. Herodicum enim invenio celebrem gymnastam (apud *Plat.* Πολ. III. 440. C. D. Ed. *Bas.* & 337. B. & apud *Plut.* 983. 2.) Herodizem nusquam. In *Platonis* Protagora p. 196. B. Ed. *Bas.* conjungi etiam *Iccum* & *Herodicum* commodum monet *J. la Faye* vir doctissimus. Conf. *Suidam.* *M. du S.*

Ἡρόδικος] Vix dubitari potest, quin Lucianus in animo habuerit *Herodicum* illum, de quo Plato de rep. 3. p. 440. C. Ἡρόδικος παιδοτρίβης ὤν, καὶ νοσώδης γενόμενος, μιξας γυμναστικὴν ἰατρικῇ, ἀπείπασε πρῶτον μὲ ἐμάλιστα ἑαυτόν, ἔπειτ' ἄλλους ὑστερον πολλούς. Hic igitur accuratae illius athletarum diaetae auctor videtur. Hinc jungit etiam Themistius Or. 23. p. 290. *A. Harduin.* Ἴκκον τὸν γυμναστὴν τὸν Ταραντῖνον & Ἡρόδικον τὸν Συλημβριανὸν (leg. vid. Σηλυμβρ.) παιδοτριβοῦντα. Nempe Ταραντῖνον Ἴκκου abstinentiae athleticae nomine vehementer laudat idem *Plato* de Leg. 8. p. 647. C. Τὸ μὴ τὸ σωφρονεῖν ἀνδρεῖον ἐν τῇ ψυχῇ κεκλημένος, ὡς λόγος, ἔστι τινὸς πανοῦργος γυναικὸς ἡψαῖο, ἐδ' αὖ παιδὸς ἐν ὅλῃ τῇ τοῦ ἀσκήσεως ἀκμῇ. Et *Eustath.* ad *Diog. Perieg.* 376. de illo, ἐπὶ βίου ψιτταλείᾳ, inquit, εἰς παροιμίαν κεῖται, τὴν λέγουσαν Ἴκκῳ δεῖπνον, ἐπὶ τῶν ἀπειρίτως δειπνούντων. De his igitur cum constet, illud mirari subit,

hic est ille, qui novercae suae amore cum correptus esset, ob id ipsum contabuit; non Antiochus Seleuci filius, Stratonicam illam deperiens) Olympiae victorem reddere, & qui cum Thasio Theagene, aut Polyda-

25 δίκαιον φιλαλθοῦντες, εἰ δὴ ἔτος ὑπὲρ ἡ μήτρυιᾶς ἐραθεὶς, καὶ ε διὰ ταῦτα καλεσκληκὼς, ἀλλὰ μὴ Ἀντίοχος ὁ τῦ Σελεύκυ Στρατονίκης ἐκείνης, ἀποφαίνει Ὀλυμπιονίκην, ἢ Θεαγένει τῷ Θασίῳ, ἢ Πολυδά-

e Διὰ ταῦτα] Sic *J. Fl. H. P.* &c. Δι' αὐτὰ M.

it, cur ab *Aldina* editione discesserint sequentes, quod norim, omnes, omittenda negatione inter γυμναστὴς & ὑποχοιλὸ, quo facto tenebris omnia sunt oblita, quas reducta nunc antiqua lectio, & interpretatio illi accommodata, dispellit: nili quod circa *Perdiccam* celebratae imbecillitatis hominem difficultas supereſt, quam ita minuebat ὁ πάνυ *Graevius*, ut verba, quae parenthesi includenda putamus, non Luciano, sed Scholiastae alicui tribueret. Caeterum de Perdicca nihil monuit praeterea. Verum non absurde hic mentionem fieri hominis, prae amoris impatientia καλλισκληκότος, ut hic dicitur, aut, ut *Plutarchus* describit in Demetrio p. 1661. *H. Steph.* Τρόπον ἀπαλλαγῆς τῦ βίου ζητοῦντος, καὶ φθαλύειν ἀτρέμα καὶ διαπεσίας ἀμελείᾳ, καὶ τροφῆς ἀποχῇ talis, inquam, hominis haud absurde hic mentionem fieri, vel ille Platonis locus satis declarat, quem de Tarentino Icco modo laudabamus. Utrum autem sit alius quoque, qui pro Antiocho Seleuci filio Perdiccam nominaverit, non habeo dicere. *Appianus* quidem Syriac. p. 126. seq. & *Valer. Max.* 5, 7. ext. 1. cum Plutarcho faciunt. *J. M. G.*

24. Ὑποχοιλὸ ἂν σοι τοῦτο Περδίκκαν] Οὐ τοῦτον Περδίκκαν. *Th. M.*

Οὐχ ὑποχ.] Sic Ed. *J.* optime. Reliquae & ipse M. omiserunt illud οὐχ, atque adeo sensum depravarunt, quem ex ingenio restituere conatus est *Martilius*, & post eum *Vorstius*. *M. du S.*

Ibid. Περδίκκαν] Quem Perdiccam velit, aut cur huc adducatur, mihi non liquet. At quae de Antiocho & Stratonice, nota cum ex ipso Luciano, qui in *de Dea Syria* c. 17. & 18. fuse enarrat, & iterum tangit Ὀρχ. c. 58. & Ἱππ. c. 15. tum ex *Plut.* (in Demetr. 1660. — & 607. B.) *Appiano*; (Συρ. p. 87. Ed. St.) *Galeno* (π. προγ.) aliisque permultis. Si quaeras autem cur de Perdicca haec praedicet, quae Antiochi propria sunt; sic habeto: videri nempe fuisse Luciani aetate, qui ita scriberent; adeo ut necesse fuerit ea tenus receptam sequi opinionem. Sed ut verum fatear, in hoc non acquiesco, & locum corruptum esse pronuntio; intrusumque in textum Luciani Scholium, ab aliquo scriptum, qui Perdiccae nomen pro Antigoni in suo codice hic invenerat. Fuit & alia Stratonice Maceta, regis Perdiccae soror. V. *Thucyd.* II. 101. sub finem. Sed soror haec, neque ejus amore captum fuisse Perdiccam ibi legitur. *M. du S.*

25. Εἰ δὴ ἔτος] Εἰ δὴ ἔτός ἐστιν ὁ τῆ μητρυιᾶς ἐραθεὶς, & quae sequuntur usque ad Στρατονίκης ἐκείνης, nullus dubito quin sint ὑποβολιμαῖα, & margini a *Magistro* adscripta, ad Perdiccae nomen, quibus inquirebat, num hic esset ille Perdiccas, hic enim vertendum εἰ δὴ ἔτος ut apud Latinos quoque, *visum si domi sit*, pro num domi sit, qui amore novercae correptus fuerit. Haec postea in ipsum contextum irrepserunt. Nihil enim faciunt ad rem, de qua hic loquitur. Agit enim de Perdicca illo tempore noto, qui propter imbecillitatem aut aliud corporis vitium parum erat aptus ad artes athleticas. Verba, quae in eadem pagina praecedunt, obscurius verba sunt: ἀλλά μου τὸ τῆ τέχνης, καὶ τὸ τῆ συμβουλῆς χρήσιμον, οὐκ εἰς ποίησιν τῶν προσόντων, ἀλλ' εἰς χρῆσιν αὐτῶν τὴν προσήκουσαν. *Verum artis & consilii haec est utilitas, ut non suppeditent ea, quae adsunt, sed ut illis convenienter uti doceant.* Nemo intelligit, quid haec sibi velint, *ut non suppeditent ea, quae adsunt.* Melius vertas: *verum artis & consilii haec est utilitas, non ut efficiat illa quae insunt, sed ut iis recte quis utatur.* hoc est, quae ab arte proficisci possunt & consilio utilia sunt non ad illa efficienda, quae in homine sita esse debent, nimirum ingenium & prudentiam: nullius enim ars & disciplina potest hominem stupidum & hebetem ingeniosum reddere: sed ut quis facultatibus, quas natura in illum contulit, recte utatur. Inde sequitur illa similitudo de palaestritis, qui Perdiccam imbellem promittant se arte Olympionicam reddituros parem praestantissimis & robustissimis athletis. *J. G. G.*

27. Ἀντίοχ ὁ τῦ Σελεύκου Στρ. οὐκ.] Iterum infra Ἱππ. c. 15. & Συρ. c. 17. atque alibi. *M. du S.*

29. Θεαγ. — Πολυδ.] Prior horum in Olympionicarum ab erudito *Gul. Loyd* (eruditissimi Wigorniensis Episcopi filio) edito nuper cum haec scriberem, catalogo, comparet ad Ol. LXXVI. ubi ex *Paus.* Eliac. II. 188. 18. &c. παγκρατίῳ vicisse traditur. Ter olympicam coronam reportasse narrat *Dion. Chrys.* 230. A. *Suidas* tacet; sed de posteriore idem plurima habet iis fere similia quae de *Titormo* a Scholiasta memorata legisti (παγκρατίῳ victor Ol. XCIII. *Asr.* & *Paus.* Eliac. II. p. 112. 17. quem locum omnino vide) *Loyd.* De Theagene adi *Plut.* 1452. *Platonem* etiam cujus aetate vixit, de Rep. I. & *Paus.* l. c. Vide nostrum *Herod.* fin. Εὐκ. c. 19. & Ἐκκλ. c. 12. *M. du S.*

Θεαγένει τῷ Θασίῳ] Monuerat Cl. *Hemsth.* in marg. adeundum *Wasse* ad *Thucyd.* p. 255. No. 30. (i. e. ad L. IV. §. 27.) ubi *Thucyd.* Θεογένους mentionem fecit, qui explorator ab Athenienſibus electus sit, pro quo in quibusdam libris tamen legatur Θεαγένους, pergitque *Wasse* Θεαγένης Tyrannus Megarensium, socer Cylonis, *Thucyd.* I. 126. & *Pausan.* Atticis XXXVIII. Alius Θεαγένης Athenienſis apud *Thucyd.* V. 24. qui tan-

δάμαλι τῷ Σκόλυσαλῳ ἀντίπαλον, ἀλλὰ τὴν δοθεῖσαν [a] ὑπόθεσιν εὐφυᾶ πρὸς ὑποδοχὴν τῆς γυμναστικῆς παρέξεται μείονα ἀποφαίνειν μὴ τῆς τέχνης. ὥστε ἀπέστω καὶ ἡμῖν τὸ ὀπίφθονον τοῦτο τῆς ὑποσχέσεως, εἰ τέχνην φαμὲν ἐφ' οὕτω μεγάλῳ καὶ χαλεπῷ πράγματι [b] ἐφευρηκέναι. οὐ γὰρ ὁντινοῦν παραλαβόντες, ἀποφαίνειν συγγραφέα φαμέν, ἀλλὰ τῷ φύσει συνετῷ, καὶ ἅριστα πρὸς λόγους ἠσκημένῳ ὑποδείξειν ὁδούς τινας ὀρθάς, εἰ δὴ [c] τοιαῦται φαίνονται, αἷς χρώμενος, θᾶττον ἂν καὶ εὐμαρέστερον τελέσειεν ἄχρι καὶ πρὸς τὸ σκοπόν.

[d] Καίτοι οὐ γὰν ἂν φαίης ἀπροσδεῆ τὸν συνετὸν εἶναι τῆς τέχνης, καὶ διδασκαλίας, ὧν ἀγνοεῖ. ἐπεὶ κἂν ἐκιθάριζε μὴ μαθὼν, καὶ ηὔλει, καὶ πάντα ἂν ἠπίστατο. νῦν δὲ μὴ μαθὼν, οὐκ ἄν τι αὐτῶν χειρουργήσειεν. ὑποδείξαντος δέ τινος βᾶστά τε ἂν μάθοι, καὶ αὐτὸς μεταχειρίσαιτο ἐφ' αὑτῷ.

omante Scotussaeo comparari possit : verum *hoc promiserit*, se datam sibi materiem aptam natam recipiendae illi exercitationum rationi, meliorem multo ope artis suae redditurum. Itaque absit a nobis etiam invidenda illa promissio, si artem nos dicamus rei ita magnae atque difficilis reperisse. Neque enim hoc dicimus, nos quemcumque *de medio* arreptum reddituros historicum : sed ei qui natura prudens, & optime ad dicendum exercitatus fuerit, ostensuros vias quasdam rectas : siquidem tales videantur eae, quas ingressus aliquis celerius faciliusque perfecerit quae oportet, atque ad scopum pervenerit.

36. Neque enim hoc dixeris, qui prudens sit, eum nihil indigere arte ac disciplina eorum, quae ignorat : alioqui citharam etiam nemine docente pulsaret, & inflaret tibias, ac nosset omnia. Jam vero sine disciplina nihil horum manibus effecerit. Verum si quis illi ostendat ; facileque

[a] Ὑπόθεσιν] Sic W. & Edd. vett. Ἀπόθεσιν *S.* male. [b] Ἐφευρηκέναι] Εὑρηκέναι W. Nihil movent vulg. Edd. vett. [c] Τοιαῦται] Τοιαῦτα W. solus. [d] Καίτοι] Sic Edd. vett. & M.

tamen ibidem c. 19. Θεογένης. Θεαγένης athleta apud *Pausan.* VI. 6. 11. & 15. *Plutarch.* Πολιτικοῖς παραγγέλμ. *Lucian.* de Conscrib. Hist. p. 626. (Ed. *Graev.* i. e. hoc c. 35.) & *Deer. Concil.* p. 714. Et *Catapl.* p. 427. aliaque ex *Xenoph.* &c. de Scriptore Histor. philos. quae ibi vide, unde haec festinans excerpsi. *J. F. R.*

33. Ἀπέστω] *Aristen.* loc. cit. *J. B.*

41. Τελέσειεν] Si quis me docuerit, quomodo hic legitur, ita & alios esse locutos, & bene ea cum reliquis cohaerere, illi gratias agam merenti lubens. Interea interpretatus sum, ac si legatur, quomodo Lucianum dedisse suspicor, τελέσειεν ἂ χρὴ, καὶ πρὸς τὸ σκοπὸν ἱκοῖτο. Οὐ γὰρ ἂν φαίης κ. τ. λ. *J. M. G.*

43. Καὶ τοι οὐ γὰρ] Ἀνακολουθία est in his verbis, si interpretere, ut editores interpretati sunt : Καί τοι οὐ γὰρ ἂν φαίης ἀπροσδεῆ τὸν σωστὸν εἶναι τῆς τέχνης, καὶ διδασκαλίας, ὧν ἀγνοεῖ. ἐπεὶ κἂν ἐκιθάριζε μὴ μαθὼν ἢ ηὔλει, καὶ πάντα ἠπίστατο. νῦν δὲ μὴ μαθὼν οὐκ ἄν τι αὐτῶν χειρουργήσειεν. ὑποδείξαντος δέ τινος βᾶστά τε ἂν μάθοι, καὶ αὐτὸς μεταχειρίσαιτο ἐφ' αὑτῷ. *Neque enim dixeris eum qui fuerit intelligentia praeditus, arte & doctrina earum rerum, quas ignorat, opus non habere : quoniam si absque doctrina citharam pulsare & tibia canere posset, etiam omnia sciret. Nunc autem non edoctus nihil eorum manu pulsare posset : sed docente aliquo facillime disceret, & recte per se ipsum administraret.* Sed quae haec est ratio, qui absque doctrina citharam pulsare posset, & tibia canere posset, etiam omnia sciret? εἰπεῖ hic est *alioquin*, ut frequenter apud Platonem, id quod dudum a doctis est observatum. Sic autem vertendus hic locus : *Neque enim dixeris, eum qui ingenio praeditus est, arte & doctrina rerum, quas ignorat, non opus habere. Alioquin qui non didicisset, citharam pulsaret, & tibia caneret & omnia sciret. Nunc vero qui non didicit, haut quaquam aliquid ex iis tractet : monstrante vero aliquo facile & addiscat, & per se ipse exerceat.* Alioqui, inquit, homo ingeniosus & sollers facile, quamvis illa non didicisset, cithara & tibia caneret. Non longe post tradit historicum debere esse ingenio militari, sed una etiam civili prudentia, & peritia imperatoria. Hoc enim volunt illa verba : καὶ γνώμῃ στρατιωτικὴν, ἀλλὰ μὴ τὴν πολιτικῆς καὶ ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχων. male interpretes, sicut & mox pag. seq. καὶ τί ἐξελαύνειν, ἢ παρελαύνειν, male vertunt : *quomodo equum emittere, quid obequitare*, cum sit, *quomodo equitatu erumpere*, aut *illo circumire*, seu *circumvenire* sc. hostilem exercitum. *J. G. G.*

51. Καὶ τοίνυν ἐμοῦ τοιοῦτός τις ὁ μαθητὴς νῦν παραδιδόσθω, συνιέναι τι, καὶ εἰπεῖν οὐκ ἀγεννῶς ἀλλ' ὀξὺ διδυκῶς] Παραδιδόσθω δὲ συνιέναι τε καὶ εἰπεῖν ἀγεννῶς ἃ. ὁ. δ. *Th. M.*

52. Συνιέναι] Antea legebatur συνιέναι, minus apte, cum

que discat, & bene *deinde* suo ipse Marte tractet.

37. Itaque nobis etiam talis nunc tradatur discipulus, non ignavus ad intelligendum pariter ac dicendum; sed acutum cernens, qui etiam negotia ipsa tractare, si praeficiatur, possit, militaremque animum, sed cum civili, etiam bellici ducis prudentiam habere: porro qui in castris aliquando fuerit, decurrentesque aut stantes in acie milites viderit, armaque & machinas quasdam norit, quidque sit *in cornu*, quid *in frontem*, quomodo ordines, quomodo equites, & unde? & quid sit *procurrere*, aut *circumducere?* verbo, *detur nobis* non aliquis qui domi desideat, quique credat solum narrantibus.

τε ἂν μάθοι, καὶ εὖ μεταχειρίσαιτο [e] ἐφ' ἑαυτῷ.

Καὶ τοίνυν καὶ ἡμῖν τοιοῦτός τις [f] ὁ μαθητὴς ὧν παραδεδόσθω, συνιέναι τε, καὶ εἰπεῖν οὐκ ἀγεννὴς, ἀλλ' ὀξὺ δεδορκὼς, οἷός [g] τε πράγμασι χρήσασθαι ἂν, εἰ ἐπιτραπείη, καὶ γνώμην στρατιωτικὴν, ἀλλὰ μὴ τὴν πολιτικῆς, καὶ ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχειν, καὶ, νὴ Δία, καὶ ἐν στρατοπέδῳ γεγονὼς πολὺ, καὶ γυμναζομένους ἢ ταττομένους στρατιώτας ἑωρακὼς, καὶ ὅπλα εἰδὼς, καὶ μηχανήματα ὁπόσα, καὶ τί ἐπὶ κέρως, καὶ τί ἐπὶ μετώπου, πῶς οἱ λόχοι, πῶς οἱ ἵππεῖς, καὶ πόθεν, καὶ τί ἐξελαύνειν, ἢ παρελαύνειν· καὶ ὅλως, εἴ τι καλοκαγαθίας τις, μὴ οἷός τε εὐθὺς μόνον τοῖς [h] ἀπαγγέλλουσι.

38. Maxime vero & ante omnia, liber sit animo, neque metuat quemquam, ne-

Μάλιστα δὲ καὶ πρὸ τῶν ἄλλων, ἐλεύθερος ἔστω τὴν γνώμην, καὶ μήτε φοβείσθω μηδένα,

[e] Ἐφ' αὑτοῦ] Αὐτοῦ *J.* Sed nostram lectionem habent *Fl. B2. H. P. Ald.* & M. [f] Ὁ μαθ.] Ἔστω ὁ μαθ. M. male. [g] Ἔχειν] Sic Edd. omnes praeter *S.* & hanc secutam *A.* quae ἴσχειν. Sed ἴσχειν etiam Cod. W. [h] Ἀπαγγέλλουσι] Sic *Fl. B2. P. H.* & M. Ἀπαγγείλουσι *J.*

cum ita facultas una eademque intelligatur; nunc utraque. In ea autem voce facile peccari, & res ipsa & exemplum c. 44. abunde ostendunt. *M. du S.*

Συνιέναι] Obsecundavi *Solano*, συνιέναι edens, pro vulgato συνιῶναι, quia Nostro ita usitatum novi. Etsi enim συνιῶναι quoque a συνίημι formari tradunt Grammatici; tamen hic nimis ambiguum foret, & nondum satis probatum est uno alterove testimonio, συνιῶναι idem esse quod συνιέναι, quia error a compendio scribendi in infinitivis hisce usitato, facile potuit oriri. *Herodian.* tamen L. II. 9. 15. ὅτω ἐ τὰς ἀλγεινὰς παχῶ, καὶ μὴ ῥαδίως συνιῶναι δυνάμενοι. *Ita crasso sunt ingenio, & non facile sentiunt, si quid agatur dolose.* Et licet *Fl. Ald. H. J.* & recentiores habeant συνιέναι, nec Codex memoretur qui aliter legat, tamen typographicum tantum vitium credo, quum versiones latinae jam expresserint *intelligendi* verbum; quare monenti *Solano* tanto facilius obsecutus sum. *J. F. R.*

55. Καὶ γνώμην στρατιωτικὴν, ἀλλὰ μὴ τὴν πολιτικῆς, καὶ ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχειν] Καὶ γνώμην στρατιωτικὴν, ἀλλὰ μὴ πολιτικῆς; καὶ ἐμπειρίας στρατηγικὰς ἔχειν. Requirit in historiarum scriba mentem praeditam & rei militaris aliqua notitia, & scientia politica, & usu imperatorio. Eant, videant nostri saeculi historiarum scribillones, ecquid ejusmodi trogalia in suo sinu aut penu inventuri. *Th. M.*

56. Ἔχειν] Emendationem *Marcilii* recepit in textum Salmuriensis editor *Benedictus*, & sane ad venustatem loci facere videtur, sed quia commoda satis est vulgata, & nonnulla sunt in eo loco salebrosa, quae ego penetrare non possum, aliis intacta relinquo, & scripturam veterum librorum reddo. Confer *Livium* XXV. 19. & *Plut.* in V. 1841. Quorum ille, *tanquam eaedem militares & imperatoriae artes essent.* *M. du S.*

Ἔχειν] Nolo quidem nimium mihi indulgere in mutanda Lectione recepta; sed non tamen accedo *Solano*, satis commodum sensum vulgatae pronuntianti, quem quidem satis adparere fateor, quid velit, sed non commodae tamen est structurae. Cum enim ἀλλ' ὀξὺ δεδορκὼς in participio ponatur, & reliqua post alterum ἀλλὰ quoque per participia enuncientur, non video quocum verbo infinitivus ἴσχειν apte cohaereat, nam ut χρήσασθαι pendet ab οἷος, ita absurda oratio foret, si similiter, οἷός ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἴσχειν dicas: quid enim est: *aptus est habere peritiam militarem?* Sed si cum *Marcilio* ἐμπειρίας στρατηγικὰς legeris, quod mihi non displicet, tum ἀδιάφορον erit, legasne ἴσχειν an ἴσχειν. *J. F. R.*

Ibid. Καὶ — καὶ] Vid. de hoc pleonasmo hujus Dialogi §. 60. *J. F. R.*

60. Κέρως — μετώπου] Conf. supra hujus *Dial.* c. 29. f. *M. du S.*

64. Ἀπαγγέλλουσι] Ed. *J.* ἀ—γείλουσι. *M. du S.*

δένα, μηδὲ ἐλπιζέτω μηδείς· ἐπεὶ ὅμοιος ἔσται τοῖς Φαύλοις δικασταῖς, πρὸς χάριν, ἢ πρὸς ἀπέχθειαν ὃν μισῶ δικάζουσιν. ἀλλὰ μὴ μελέτω αὐτῷ μήτε Φίλιππος ἐκκεκαμμένος τὸν ὀφθαλμὸν ὑπὸ Ἀστέρος τοῦ Ἀμφιπολίτου τοῦ τοξότου [a] ἐν Ὀλύνθῳ, ἀλλὰ τοιοῦτος οἷος ἂν δειχθήσεται· μήτε Ἀλέξανδρος ἀνιάσῃ ὅτι τὴν Κλείτου σφαγήν, [b] ὠμῶς ἐν τῷ συμποσίῳ γενομένην, ἀσαφῶς ἀναγράφοιτο. οὐδὲ Κλέων αὐτὸν φοβήσει, μέγα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δυνάμενος, ἢ κατέχων τὸ βῆμα, ὡς μὴ εἰπεῖν ὅτι ὀλέθριος καὶ [c] μανικὸς ἄνθρωπος ἦν· οὐδὲ ἡ σύμπασα πόλις τῶν Ἀθηναίων, ἂν τὰ ἐν Σικελίᾳ κακὰ ἱστορῇ, ἢ τὸν Δημοσθένους

que quidquam ſperet : alioqui malis judicibus ſimilis erit, ad gratiam aut ad inimicitias mercede jus dicentibus. Sed neque curae ipſi ſit Philippus oculo privatus ab Aſtere Amphipolite ſagittario ad Olynthum; verum qualis eſt, talis oſtendetur: neque Alexander illum anget, de Cliti caede crudeliter in convivio facta, ſi dilucide ſcribatur: neque Cleon illum terrebit, multum in concione valens, & regnans in judiciis, quo minus dicat pernicioſum furioſumque eſſe hominem: neque univerſa Athenienſium civitas, ſi Siculas clades enarret, & Demoſthenis captivitatem, & mor-

a Ἐν Ὀλύνθῳ] Nihil hic a vulgata abire *J. Fl. H.* notat *M. du S.* b Ὠμῶς] Et hic nil variare Edd. nec M. notat idem. c Μανικὸς] Μανλικὸς M. ſolus.

70. Μήτε Φίλιππος ἐκκεκαμμένος τὸν ὀφθαλμὸν ὑπὸ Ἀστέρος τοῦ Ἀμφιπολίτου τοῦ τοξότου ἐν Ὀλύνθῳ] Non concordat Lucianus cum Hiſtoricis, qui id negotium attigerunt. Omnes fere uno conſenſu ſcriptum reliquerunt id eveniſſe Philippo in Methones obſidione. *Diodorus* lib. 7. ὁ δὲ Φίλιππος τὴν μὲν πόλιν κατέσκαψε, τὴν δὲ χώραν διέθετο τοῖς Μακεδόσι, τὸν δὲ πολιορκίας ταύτης συμβᾶντα Φιλίππου εἰς τὸν ὀφθαλμὸν πληγέντα τοξεύματι ἀφαιρεθῆναι τὴν ὄρασιν. de Methona vero loquitur. Sic & *Strabo* lib. 8. πρὸς δὲ Θουκυδίδην δὲ οὐ τυγὸν ἀντιγράφουσι Μεθώνη Φίρῃ ὁμώνυμος τῇ Μακεδονικῇ, ὃν ᾗ Φίλιππος ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμὸν πολιορκῶν. *Solinus* cap. 14. *in regione Magneſia Methone oppidum ſitum eſt, quod cum oſſideret Philippus Alexandri Magni pater, damnatus eſt oculo jactu ſagittæ, quam jecerat Aſter oppidanus.* Quo in loco notandus eſt error Solini, qui Methonem Magneſiæ cum Macedonica confundit. Nam ea Methone, quam obſidebat Philippus, alia erat a Magneſiaca ex verbis expreſſis *Strabonis* lib. 9. ἔξης δὲ καὶ ὑπὸ Φιλοκτήτου πόλεις καθαλέγονται, ἡ μὲν ὑπὸ Μεθώνη ἑτέρα ἐστὶ τῆς Θρακικῆς Μεθώνης, ἣν κατέσκαψε Φίλιππος. quod dictum ſit obiter. Idem ait *Harpocration* Μεθώνη Δημοσθένης Φιλιππικοῖς λόγοις ἐν τῇ εἰς Θράκην, ἣν πολιορκῶν Φίλιππος ἐξεκόπη τὸν δεξιὸν ὀφθαλμόν. *Suidas* etiam in voce Κάρανος de Philippo: Μεθωναίους δὲ τοὺς ἐπὶ Θράκης πολεμῶν τὸν ὀφθαλμὸν ἐπηώρησε Ἀστὴρ τοξότης ὀνόματι βαλὼν αὐτὸν βέλει. Plutarchus in Parallelis cauſam fortæ erroris præbuit Luciano, nam ille ſic de hoc negotio: Φίλιππος Ὀλυνθίων ἑλὼν βασιλόμαχος ἀποφήσας, ἢ διαζόμενος ἐπὶ τῷ Σανδάνῳ ποταμῷ λαβεῖν πέραν, ὑπὸ τινος τῶν Ὀλυνθίων Ἀστέρος ὀνόματι ἐτοξεύθη τὸν ὀφθαλμόν. Et hæc habet, ut ait, ex Calliſthene in 3. Macedonicorum, & ex eo, quod ſive ille, ſive Caliſthenes dixit, ὑπὸ τινος τῶν Ὀλυνθίων, putavit Lucianus id eveniſſe in Olyntho. At nihil obſtat, quin Aſter ille ſive Amphipolitanus fuerit, ut ait hoc loco Lucianus, ſive Olynthius, ut ait Plutarchus, fuerit in copiis Olynthiorum auxiliariis in Methones obſidione, &, ut omnia quadrent, potuit eſſe Amphipolitanus patria, Olynthiis militans inter auxilia Methonenſium. Trogus apud *Juſtinum* lib. 7. ait in Philippum prætereuntem de muris ſagittam jactam oculum effodiſſe, & in eo cum Plutarcho pugnat, qui dum trajicere conaretur Sandanum fluvium, oculum amiſiſſe ait. Sed de Sandano illo fluvio nullus alius meminit præter Stobæum, qui ex Plutarcho habet, & cum Sardonem vocat in textu, in margine vero Sandanum. Ergo nihil in eo certi. *J. P. a G.*

Plutarch. in Parall.] Parallela illa Plutarcho falſo tribuuntur. *M. V. la Croze.*

71. Ὑπὸ Ἀστέρος] Ecce rurſus ὑπὸ pro ὑπ'. Sic *Long.* Paſt. III. p. m. 105. λύπῃ αἰγῶν, ἢ λύπῃ ἄνων & IV. 112. ὑπὶ ἱκασίων. Sed hæc jam nimis egimus alibi, & ſæpe poſtea occurret. *J. F. R.*

72. Ἐν Ὀλύνθῳ] Conf. ſupra c. 28. Et videbis cur *Solanus* notatu dignum exiſtimarit inquirere, num conſtans hæc ſit lectio. *J. F. R.*

73. Μήτε Ἀλεξ.] Videtur ad picturæ rationem reſpicere Lucianus, & hoc indicare, Philippo, poſt oculi cladem, contigiſſe, quod de Antigono narrat *Plinius* 35, 10. f. 36, 14. *Pinxit Apelles & Antigonum regis imaginem altero lumine orbum, primus excogitata ratione vitia condendi: obliquam namque fecit, ut, quod corpori deerat, picturæ potius deeſſe videretur: tantumque eam partem e facie oſtendit, quam totam poterat oſtendere.* Meminit etiam *Quinctilianus* 2, 13, 12. *J. M. G.*

74. Ἀνιάσειεν] Τὸ ἀνιάσειεν gloſſ. videtur. τὸ μετὰ τὸ

mortem Niciae, & ut ſitierint, & qualem aquam biberint, & ut inter bibendum caeſi ſint multi. Exiſtimabit enim, quod res eſt, a nemine ſano vitio ſibi datum iri, ſi, quae infeliciter aut parum prudenter facta ſunt, ea quemadmodum contigere enarret. neque enim ipſe auctor illorum eſt, ſed index. Itaque cum navali praelio vincuntur, non ille eſt, qui ſubmergit; &, ſi fugiant, non ille, qui tergis inſtat. Niſi forte, cum votis opus eſſet, ea praetermiſerit. Quandoquidem ſi tacendo illa, aut in contrarium narrando, corrigere potuiſſet; facillimum erat Thucydidi, tenui uno calamo evertere munitionem Epipolis im-

λῆψιν, καὶ τὴν Νικίου τελευτὴν, καὶ ὡς ἐδίψων, καὶ οἷον τὸ ὕδωρ ἔπινον, καὶ ὡς ἐφονεύοντο πίνοντες οἱ πολλοί· ἡγήσεται γὰρ (ὅτῳ δίκαιόν ἐστιν) ὑπ' οὐδενὸς τῶν νῦν ἐχόντων, αὐτὸς ἔξειν τὴν αἰτίαν, ἢν τὰ δυστυχῶς ἢ ἀνοήτως γεγενημένα ὡς ἐπράχθη διηγῆται. οὐ γὰρ ποιητὴς αὐτῶν, ἀλλὰ μηνυτὴς ἦν· ὥστε κἂν καλαναυμαχῶσι, τότε οὐκ ἐκεῖνος ὁ καταδύων ἐστὶ, κἂν φεύγωσιν, οὐκ ἐκεῖνος ὁ διώκων· ἐκτὸς εἰ [d] μὴ εὔξασθαι δέον μή τι [e] παρέλιπεν· ἐπεί τοί γε εἰ σιωπήσας αὐτὰ, ἢ πρὸς τἀναντίον εἰπὼν ἐπανορθώσασθαι ἐδύνατο, ῥᾷστον ἦν ἐνὶ καλάμῳ λεπτῷ τὴν Θουκυδίδην ἀναιρέψαι μόνῳ τὸ ἐν ταῖς Ἐπι-

πο-

[d] *Μὴ*] Aberat ab M. Sed ſuprascriptum eſt. Adeſt autem in *Fl. F. H. P.* [e] *Παρέλιπεν*] Παρέλειπεν W.

λίτου λόγῳ κοινῷ repetendum. i. e. *μάτην μελέτω αὐτῷ Ἀλέξανδρος.* *F. G.*

75. *Εἰ σωφρὼν ἀναγράφοιτο*] Ἡ σωφρονῆ ſcil. *F. G.*

78. *Καὶ κατέχειν τὸ βῆμα*] Benedictus, *& tribunal contineat*; Micyllus *& ſuggeſtum ſive tribunal quaſi poſſeſſionem ſuam detineat.* Quanta apud hos vilitas Latini ſermonis, tantopere ab elegantibus exagitata? Dicebant Romani *tenere forum, tenere curiam*, de eo qui maxima auctoritate illic polleret. Plane ſic iterum loquutus eſt auctor in Sympoſio. *φθονῶν αὐτῷ συνδιαμονῆναι ἐν κατέχοντι τὸ συμπόσιον.* Ex loquutione ſibi prorſus reſpondent. *F. G.*

80. *Οὐδὲ ἡ σύμπασα πόλις ἦν Ἀθηναίων, ὧν τὰ ἐν Σικελίᾳ κακὰ ἰσχὺς, καὶ τὸν τοῦ Δημοσθένους λῆψιν, καὶ τὸν Νικίου τελευτὴν*] Diſcrepant haec ab aliorum ſcriptorum ſententia. Thucydides & Plutarchus narrant utrumque a Syracuſanis interfectum. *Juſtinus* vero lib. IV. ait Demoſthenem ſibi ipſum intuliſſe manus, Niciam vero captum. ſed vide *Plutarchum* in Nicia. *F. G. G.*

81. *Καὶ τὸν Δημοσθένους λῆψιν*] De his & quae mox ſequuntur vid. *Thucyd.* VII. 82. 84. 85. 86. *M. du S.*

82. *Νικίου τελευτὴν*] Ad loc. *Thucyd.* quem *Solanus* laudat, meretur videri *Waſſius*, p. 503. N. 75. ubi ait: *Lucian.* de Conſcrib. Hiſt. Niciam ait interfectum eſſe, captum vero Demoſthenem. *Juſtinus* IV. 5. Demoſthenem ſibi ipſi intuliſſe manus; recte quidem hic; nam percuſſit ſe in proelio, haud tamen lethaliter, teſte *Plutarcho* p. 541. Die menſis Carnei XVII. Athenienſes ſubhaſtati. Ceterum a noſtro diſſidet *Diodorus*, & Niciam Gylippo impulſore interemptum aſſeverat XIII. 347. Sed a Noſtro ſtat *Plutarch.* ſcriptor eruditiſſimus, & illi haec in parte anteponendus. Confer *Euripid.* fragm. 516. Haec *Waſſius* l. c. *F. F. R.*

90. *Ἐκεῖνος ὁ διώκων*] Vid. *Demoſth.* Ol. III. *M. du S.*

91. *Ἐκτὸς εἰ μὴ εὔξασθαι δέον, μή τι παρέλιπεν*] Extra quam quod ei optandum, nihil praetermiſiſſe, ſive ne quid praetermiſerit. *Th. M.*

Ibid. Εὔξασθαι δέον] Alludit ad *Demoſth.* locum, in quo haec totidem fere verbis leguntur. Ol. III. p. m. 26. B. *ἀλλ' οὐχ ἱδίᾳ ταῦτα ἐκεῖνῳ τῷδ' ὁ λέγων ἀδικεῖ· πλὴν εἰ δέον εὔξασθαι ὑφῆλεύσει*, ubi interpres videatur. Ego vero neutrum ſatis aſſequor. Id agit illic *Demoſth.* ut ingrata ſeſe dicentem purget. Neque enim ſibi vitio verti merito poſſe ait, quod Reip. morbos ob oculos Populi ponat. Niſi forte male invidere Reip. putent, ſi quis non perpetuo ei ut bene ſit in oratione optet, cum non bene ominando, ſed fortiter conſulendo res gerenda ſit. Hunc *Demoſth.* locum aut aliter intellexit Lucianus, aut alio detorſit, quod hic ab eo factum minime oportuit; aut denique aliter ipſe, quam in hodiernis codd. legitur, quod ſuſpicor, ſcripſerat. Confer & *Phil.* I. (124. B.) *Chryſ.* Ἀντ. 343. f. Ὅταν εὔξασθαι δέῃ, πφείσῃ ἐ ἀγωνιεῖσθαι ἀμείνω τούτων ποιῶν. In M. *μάτην* ſupra ſcriptum eſt, unde liquet inſertum fuiſſe ab iis, qui huic loco medicinam facere volebant. *M. du S.*

Ibid. Μάτην παρέλ.] Obſcuriuſculum reddit hunc locum illa Atticiſmi affectatio, circa negationem *μάτην*, quae, caeterorum rationi collata, abundat. Itaque idem hic valet *μάτην* quod alias in eadem conſtructione valeret *τῶν*. Sententia igitur haec erit, ſcriptori rerum patriae ſuae adverſarum imputari nihil poteſt, niſi forte illud, ſi eo ipſo tempore, cum eae gererentur, vota facere pro felicitate ſuorum intermiſerit. *F. M. G.*

99. *Τὸν Θουκυδίδην*] *Thucyd.* VI. 96. & VII. 43. & de *Dulcino* VII. 73. *M. du S.*

1. *Ἐπιπολαῖς*] *V. Thucyd.* l. c. *M. du S.*

πολαῖς τὸ βατείχισμα, καὶ ἀδῦσαι δὲ τὴν Ἑρμοκράτους τριήρη, καὶ τὸ κατάρατον [a] Γύλιππον διαπεῖραι μεταξὺ ἀποτειχίζοντα, καὶ ἀποταφρεύοντα τὰς ὁδούς· καὶ τέλος, Συρακουσίους μὲν εἰς τὰς λιθοτομίας ἐμβαλεῖν, τοὺς δ' Ἀθηναίους πλεῖν Σικελίαν, καὶ Ἰταλίαν, μετὰ τὰ [b] πρώτων τοῦ Ἀλκιβιάδου ἐλπίδων. ἀλλ', οἶμαι, τὰ μὲν πραχθέντα, οὐδὲ Κλωθὼ [c] ἂν ἔτι ἀνακλώσειεν, οὐδ' Ἄτροπος μεταστρέψειε.

Τοῦ δὴ συγγραφέως ἔργον ἐν, ὡς ἐπράχθη εἰπεῖν. τοῦτο δ' οὐκ ἂν δύναιτο, ἄχρις ἂν ἡ φοβῆται Ἀρταξέρξην ἰατρὸς αὐτοῦ ὤν, ἢ [d] ἐλπίζῃ κάνδυν πορφυροῦν, καὶ στρεπτὸν χρυσοῦν, καὶ ἵππον τῶν [e] Νισαίων λήψεσθαι μισθὸν τῶν ἐν τῇ γραφῇ ἐπαίνων. ἀλλ' ὁ Ξενοφῶν [f] αὐτὰ ποιήσει, δίκαιος συγγραφεύς, πολιτεύσασθαι δὲ τὸν Ἑρμοκράτους τριήρη, καὶ τὸν κατάρατον Γύλιππον διαπεῖραι μεταξὺ ἀποτειχίζοντα, καὶ ἀποταφρεύοντα τὰς ὁδούς· καὶ τέλος, Συρακουσίους μὲν εἰς τὰς λιθοτομίας ἐμβαλεῖν, τοὺς δ' Ἀθηναίους πλεῖν Σικελίαν, καὶ Ἰταλίαν, μετὰ τὰ πρώτων τοῦ Ἀλκιβιάδου ἐλπίδων. ἀλλ', οἶμαι, τὰ μὲν πραχθέντα, οὐδὲ Κλωθὼ ἂν ἔτι ἀνακλώσειεν, οὐδ' Ἄτροπος μεταστρέψειε.

positam, & Hermocratis triremem submergere, & execrabilem illum confodere Gylipum, dum munitionibus vias & fossis intercludit: & tandem Syracusanos quidem in Lautumias conjicere, Athenienſibus vero *hoc praestare*, ut Siciliam atque Italiam secundum primas spes Alcibiadis navigatione complecterentur. Verum quae facta sunt, ea, puto, neque Clotho retro glomerare potest, neque retractare Atropos.

39. Historici autem unum opus, ut gesta sunt singula, ita dicere. Hoc vero facere non poterit, quam diu Artaxerxen metuet, cujus sit Medicus, aut purpuream togam sperabit, & torquem auream, & equum Nisaeum accipere mercedem suarum in historia laudum. Verum Xenophon hoc non fecerit, justus scriptor, neque Thucy-

a Γύλιππον] Sic *F. Fl. H. P.* &c. Γύλιππον W. b Πρώτων] Ita quoque in Edd. optimis legi notat *M. du S.* c Ἂν] Deest in W. & *Fl.* Adest in P. Cod. & Edd. *F. H. P.* d Ἐλπίζῃ] Ita dedi ex marg. *AIW.* & W. Edd. enim vulgo ἐλπίζει. e Νισαίων] Νησαίων male W. Vulgatam non movent *Fl. F. H. P.* f Αὐτὰ] Sic Edd. & M.

15. Κάνδυν] * Χιτῶν ὁ Περσικὸς. *V.*

* Forsan Χιτῶνα Περσικόν. *M. du S.*

7. *Πρώτων*] Cur *Solanus* nil variationis in hac voce inveniens, tamen operae duxerit eam notare, non reperio. An dubitavit de plurali numero, quia ἐλπὶς in aliis linguis vix habet pluralem? Non credo hanc esse causſam, neque enim ignorare potuit id Graecis multo esse familiarius, quam vel *Ciceroni*, qui *meas spes*, plurali num. quoque dicere amat. Et sic *Lucianus* tam saepe, ut fere adnotasse pudeat. Vid. tamen mox c. 61. Ita quoque *Diod. Sic. ib.* p. 297. Ed. *Baſ.* προσδοκίαν ἐλπίδων ἀγαθῶν, & ead. pag. iterum. Ita & *Long. Paſt.* III. p. 99. παρ' ἐλπίδας. ac non semel alibi. *F. F. R.*

Ibid. Ἀλκιβιάδου ἐλπ.] De spe Alcibiadis Thucydides, (e cujus libro septimo reliqua hujus loci explicare facile fuerit) 6, 15. ἐλπίζων Σικελίαν τε & Καρχηδόνα λήψεσθαι. Deinde sub persona Alcibiadis, quomodo fieri hoc possit, explicat c. 17. & 18. & concludit, ἢ τε Ἑλλάδος, τῷ ἐκεῖ προσγενομένῳ πάσης τῷ εἰκότι ἄρξεσθαι, ἢ κακώσεσθαί γε Συρακουσίους. In ipso autem libri initio vanitatis illam spem accusat. *F. M. G.*

14. Ἀρταξέρξου] Testantur Hebraei scriptores nomen hoc Persarum regibus commune fuisse, perinde ac Caesaris Romanorum imperatoribus. *G. C.*

Ibid. Ἰατρὸς] *Ctesiam* tangit Artaxerxis Mnemonis medicum, qui fabulosa multa & adulatoria historiae admiscuerat, quo sibi regem suum conciliaret. Videndus ea de re *Plut.* in Artax. in initio. Libros autem *Ctesiae* periisse notum est. Supersunt tantum collectanea Photii in Bibliotheca. *M. du S.*

15. Ἐλπίζῃ] Ἐλπίζῃ ex W. est. In aliis enim ἐλπίζει, mendose. *M. du S.*

Ibid. Κάνδυν π.] V. *Spanh.* 455. *M. du S.*

Κάνδυν πορφυρ.] Ctesiam hic tangi credibile est. De *Candye* non diademate, sed toga, *Spanhem.* de usu & praest. num. Diss. 8. p. 457. *Torque* non usos Persas, nisi quibus rex daret, constat ex Xenoph. Cyrop. 8, 4. *Nisaeos equos* inter res pretiosas numerant passim scriptores. Strabonis duo loca laudat *Casaubon.* ad Athen. 5, 5. itemque illud magnificum Oppiani elogium Cyn. 1, 310. seq.

Κάνδυ δ' ὃ πάστησι πέλει παναπέρκος ἵππος. κ. τ. λ.

Sic utitur *Julianus* Orat. 2. p. 50. extr. *Lipſ.* Themistius Or. 22. p. 266. A. Fons autem Herodotus 3, 106. itemque 7, 40. qui posterior locus est classicus. *F. M. G.*

16. Ἵππον τῶν Νισαίων] Nisaea regio est Partyenes haud

cydides ; ſed licet privatim quosdam oderit , multo *ſibi* magis neceſſariam judicabit rempublicam , & veritatem pluris faciet, quam inimicitias : &, ſi quem amet, tamen non parcet peccanti. Unum enim, ut dixi, hoc hiſtoriae proprium eſt, & ſoli litandum veritati, ſi quis ad ſcribendam hiſtoriam accedat ; reliquorum vero omnium cura abjicienda. Atque in univerſum , norma una, & menſura exacta haec eſt , reſpicere non ad eos , qui nunc audiunt , ſed ad hos, qui poſt haec in ſcriptis noſtris verſabuntur.

40. Si quis vero quod praeſens eſt modo obſervet , adulatorum merito partibus adſcribetur, quos olim hiſtoria ab initio inde non magis , quam exercitatrix ars comtricem illam *mangonum* averſata eſt. Alexan-

ἀλλὰ καὶ ἰδίᾳ μισῇ τινας, πολὺ ἀναγκαιότερον ἡγήσεται τὸ κοινὸν, καὶ τ' ἀλήθειαν περὶ πλείονος ποιήσεται τ ἔχθρας· καὶ φιλῇ, ὅμως οὐκ ἀφέξεται ἁμαρτάνοντος. ἐν ᾧ, ὡς ἔφην, τοῦτο ἴδιον ἱστορίας, καὶ μόνῃ θυτέον τῇ ἀληθείᾳ, εἴ τις ἱστορίαν γράψων ἴοι, τ δ' ἄλλων ἁπάντων ἀμελητέον αὐτῷ. καὶ ὅλως, σκοπὸς εἷς, καὶ μέτρον ἀκριβὲς, ἀποβλέπειν μὴ εἰς τοὺς νῦν ἀκούοντας, ἀλλ' εἰς τοὺς μετὰ ταῦτα συνεσομένους τοῖς συγγράμμασιν.

Εἰ δὲ τὸ παρὸν τίς τις θεραπεύοι, τ τῶν κολακευόντων μερίδος εἰκότως ἂν νομισθείη, ἃς πάλαι ἡ ἱστορία ι ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἀπέστραπτο, καὶ μεῖον ἢ κωμωτικὴν ἡ γυμναστική. Ἀλεξάνδρου γοῦν καὶ τοῦτο ἀπομνη-

g Πεμπτεται] Πεμπτεται W. male. h Ἔχθρας] Τίχνης *Fl.* Vulgatam ſervant *Ald. J. H. P.* & Codd. M. P. i Καὶ μ. θ. τ. ἀ.] Sic Edd. Coll. & M. ut edidimus. k Εἴ τις] Εἴ τι *S.* ſola cum *A. Ald.* vero *Fl. J. H.* &c. cum W. recte εἴ τις. l Ἐξ ἀρχῆς] Καὶ ἐξ ἀρχῆς M.

haud procul Caſpiis montibus , ea equos praeſtantiſſimos maximosque aluit , quibus reges ipſi uterentur. *Strab.* lib. 11. *Plin.* lib. 6. c. 25. *Plut.* in Pyrrho Niſzi equi meminit. *G.C.*

Ἵππον τ Νισαίων] De quibus dico alibi. *J.B.*

Ibid. Νισαίων] V. *Xen.* Cyrop. L. VIII. p. 124. 14. Unde diſcimus , nulli apud Perſas his uti ornamentis equisve licuiſſe , niſi a Rege honoris cauſa donatis. Quem autem haec ultima reſpiciant , neſcio ; certe non *Xenoph.* quem mox juſtitiae ſumma laude ornat. vid. *Cogn.* *M. du S.*

19. Οὐδὲ Θουκυδίδης] Æmilius Probus in Themiſtocle & Cic. in Bruto Thucydidem plurima fide dignum putaverunt. *G.C.*

Ibid. Μισῇ ..] *Xenoph.* haec juxta ac *Thucydidem* innuunt, quorum uterque factione civili in exilium acti, nihil tamen odii in inimicos in hiſtoria, teſte omni antiquitate, admiſcuerunt, &c. *M. du S.*

24. Θυτέον τῇ ἀληθείᾳ] Sic infra Λεξ. c. 23. f. χάριτι καὶ εὐφημίᾳ δύο. *M. du S.*

Ibid. Εἴ τις] Ait Noſter, ὃν γὰρ ἂν ἔφην, τοῦτο ἴδιον τ ἱστορίας, καὶ μόνῃ θυτέον τῇ ἀληθείᾳ, εἴ τι ἱστορίαν γράψων ἴοι. Et hic degeneratum ab antiquis editt. ubi recte εἴ τις ἱστορίαν γράψων ἴοι, legitur. *Unum enim hoc , ut dixi , hiſtoriae eſt proprium ; ac ſoli veritati litandum* (ridicule *Benedictus* , *immolandum*) *ſi quis ad hiſtoriam ſcribendam ſe converterat.* *J. J.*

26. Πῆχυς] Rectius vertas πῆχυς εἷς, καὶ μέτρον ἀκριβὲς, *una norma* , & *menſura certa.* non ut interpretes, *una ulna.* *J.G.G.*

31. Κολακευόντων] Reſpicit ad Socraticam illam ſive Platonicam artium diſtinctionem , qua illas omnes in πολιτικὰς & κολακευτικὰς dividebat , cujus cum etiam *Fabius* meminerit Inſtit. Orat. 2, 15, 25. ad eum locum e Platonis Gorgia , quae etiam hic ſufficere poſſunt, protulimus. Caeterum ex *Fabii* l. c. verba quaedam nos ſumſiſſe interpretationis noſtrae, conferenti apparebit. *J.M.G.*

Ibid. Εἰκότως] Adleverat *Solanus* margini *Junt.* conferend. Ὀρχ. c. 83. quod feci. Legitur autem ibi: μαίνεσθαι αὐτὸς εἰκότως ἂν τινι ἔδοξεν. Sed ſi hoc teſtimonio opus eſt ad probandam ſignificationem adverbii εἰκότως, potius remitterem ad T. I. Somn. §. 2. pag. 5. ubi id paullo preſſius ad etymon exponit *Bourd.* Sed quid opus tam notis & ubique obviis inhaerere? *J.F.R.*

Ibid. Νομισθείη] Sic δ. εἰκ. c. 22. *M. du S.*

33. Κομμωτικὴν] Genuina haec eſt ſcriptura , quam praeferunt M. & Ed. *J.* Reliquae praeter *S.* & *A.* κωμωδικὴν. Audi *Plat.* in Gorg. 288. C. τῇ μὲν ἐν ἰατρικῇ . . . ἡ ὑποποιητικὴ κολακεία ὑπεισῆλθεν, τῇ δὲ γυμναστικῇ, κατὰ τ αὐτὸν τρόπον τοῦτον, ἡ κομμωτικὴ, πανοῦργός τις & ἀπατηλὴ, καὶ ἀγεννὴς, καὶ ἀνελεύθερος, σχήμασί τε καὶ χρώμασι & λειότητι & ἐσθῆσι ἀπατῶσα ὥστε ποιεῖν ἀλλότριον κάλλος ἐφελκομένους τοῦ οἰκείου τοῦ ὑπὸ γυμναστικῆς ἀμελεῖν &c. *M. du S.*

34. Ἀλεξάνδρου γοῦν] *Alexandri dictum.* *F.G.*

μνημονεύσειν, [a] ὡς ἡδέως ἂν ἔφη πρὸς ὀλίγον ἀνεβίων, ὦ [b] Ὀνησίκριτε, ἀποθανών, [c] ὡς μάθοιμι ὅπως ταῦτα οἱ ἄνθρωποι τότε [d] ἀναγινώσκουσιν. εἰ δὲ νῦν αὐτὰ ἐπαινέσι, καὶ ἀσπάζονται, μὴ θαυμάσῃς· οἴονται γὰρ ἐμικρῷ τινι τῶν δελεάτι τούτῳ ἀνασπάσειν ἕκαστον τῶν παρ' ἡμῖν εὐνοιαν. Ὁμήρῳ γοῦν, καί τοι πρὸς τὸ μυθῶδες τὰ πλεῖστα συγγεγραφότι ὑπὲρ τοῦ Ἀχιλλέως, ἤδη καὶ πιστεύειν τινὲς [e] ἐπάγονται, μόνον τοῦτο εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας μέγα τεκμήριον τιθέμενοι, ὅτι μὴ παρὶ ζῶντος ἔγραφεν. ἐὰν γὰρ εὑρίσκωσιν ἕτινος ἕνεκα ἐψεύδετ' ἄν.

Τοιοῦτος οὖν μοι ὁ συγγραφεὺς ἔστω, ἄφοβος, ἀδέκαστος, ἐλεύθερος, παῤῥησίας καὶ ἀληθείας φίλος, ὡς ὁ Κωμικός φησι, τὰ σῦκα σῦκα, πλὴν σκάφην δὲ, σκάφην [f] ὀνομάζων, ἐ μίσει, οὐδὲ φιλίᾳ νέμων, οὐδὲ

dri quidem illam quoque memorabilem vocem referunt, qui, *Lubens*, inquit, *Onesicrite, vel ad parvum temporis spatium post mortem meam reviviscerem, audiendi causſa, quomodo iſta lecturi ſint, qui tum erunt homines. Nunc vero ea ſi laudant & amplectuntur, mirari noli: putant enim ea ſe non parva quadam eſca piſcaturos eſſe noſtram quisque benivolentiam.* Homero ſane, licet fabuloſe pleraque ſcripſerit de Achille, jam ad credendum quidam inducuntur, ſolum illud ad veritatis demonſtrationem magnum ſignum ponentes, quod non de vivo ſcripſit: neque enim, cujus rei cauſſa mentiretur, inveniunt.

41. Talis igitur mihi ſit hiſtoricus, metus expers, incorruptus, liber, fiduciae & veritatis amicus, qui, Comici verbo, *Ficum vocet ficum, ſcapham dicat ſcapham:* Non odio, neque amicitia tribuens *cuiquam quid-*

a Ὡς] Sic ſola B2. recte. Ὅς male reliquae. In M. ὡς ſupraſcriptum eſt. b Ὀνησίκριτε] Θουσίκριλις P. miſere. Ὀνησίκρατες male etiam ceterae. vid. nott. c Ὡς] Ὅπως W. d Ἀναγινώσκουσιν] Ἀναγνωσκουσιν M. Nil mutant *J. Fl. H. P.* e Ἐπάγονται] Sic dedi ex *J.* licet cett. omnes & M. ὑπάγονται. f Ὀνομάζων] Ex *Jenſ.* emendatione ὀνομάσων enim Edd.

35. Ὡς] Sic emendavimus pro vulgato ὃς, quod corrupte in omnibus legitur, excepta *B2.* In M. prima manus nihil ſcripſerat; additum eſt ὡς poſtea. *M. du S.*

36. Ὀνησίκριτε] In omnibus libris hic perperam legebatur Ὀνησίκρατες, quod neceſſario mutandum fuit. Nam ejusdem meminit in *Macr.* c. 14. & in *Per.* c. 25. ubi recte in omnibus ſcribitur Ὀνησίκριτος, quod verum eſſe viri illius nomen & alii ſcriptores abunde teſtantur, quamvis in eo nomine cum apud Graecos, tum Latinos ſcriptores frequenter ſit peccatum (V. *Lamprid.* in Commod. c. 1. & *Salm.* nott.) *Suidas* Platonis imitatorem fuiſſe tradit. *Diog.* etiam *Laërt.* Philoſophis accenſet. p. 158. *Curtius* etiam meminit IX. 10. & XI. 1. Scripſerat *Oneſicritus* Alexandri res geſtas; eodem conſilio quo *Xenophon* Cyropaediam ſuam, ad quam tamquam exemplar compoſuiſſe Alexandri laudes dicitur a *Suida* & *Laërtio.* Qua occaſione ſunt prolata Alexandri verba, quae hic leguntur: mutavit autem Ed. P. nomen illius viri in Θουσίκριτος, quod non monerem, & incuriae typographorum imputarem, niſi ita vertiſſe etiam viderem. *Strabo* permulta ex ejus hiſtoria habet XV. & XVI. *Plut.* etiam in Alex. Sed apud hunc etiam variant quandoque libri; plerumque tamen *Oneſicritus* audit, ut 1282. f. V. etiam 583. f. & 591. 2. Gellius etiam *Oneſicritum* recte vocat IX. 4. *M. du S.*

Ὀνησίκριτε] Hunc Hyperbolarum & mendaciorum non minus quam Alexandri ipſius ἀρχιψευστήν noſcere facile jam eſt ex *Fabricii* Bibl. Gr. 3, 8. p. 223. Videbat Alexander, illas ὑπερδοξολογίας ſuſtineri aliquantum dum ipſe viveret, ridiculo futuras, ſe mortuo. *J. M. G.*

38. Ἀναγινώσκ.] Poſtulat ſententia futurum. Invitis tamen omnibus libris noluimus mutatum: praeſertim cum adeo diſcrepet ab hac ſcriptura. *M. du S.*

48. Τοιοῦτος] Notae ſunt ſive Characteres hiſtorici, de quibus *Cic.* 1. de leg. & 2. de Orat. *Strab.* lib. 1, *Polyb.* lib. 12. *Niceph.* Greg. princip. hiſtor. *J. B.*

Ibid. Συγγραφεὺς] Hiſtoricus omni metu carere debet, dicendi libertatem ac veritatem amare, ut ſit vere παῤῥησιαστής. *Cicer.* 2. de Orat. *G. C.*

49. Ἀδέκαστος] *Philoſtratus* in Polluce p. 593. cum uſurpaſſet hanc vocem, ſic exponit; ἀδεκάστους δὲ ἀκροατὰς καλῶ τοὺς μήτε εὔνους μήτε δύσνους, qui veriſſimus etiam hic eſt hujus vocis ſenſus, uti & in Ἑρμ. c. 64. Ἀδεκάστου ἀκριβοῦς & ἀδεκάστου Angli aptiſſime per *unbiaſſed.* exprimunt. *M. du S.*

50. Κωμικός] (*Ariſtophanes.*) *Vorſt.* Vide etiam Z. Τρ. c. 32. *M. du S.*

51. Τὰ σῦκα] Sic paſſim. *J. B.*

Ibid. Σῦκα σῦκα] Omnes hoc proverbium *Ariſtophani* tribuunt, nemo vero commonſtrat ubi eo utatur. In marg. *Ald.* 1. adſcriptum lego *Ariſtoph.* in 2. Com. Sed non reperio, quidquid quaeſierim. Legiſſe me

quidquam, non parcens, non misericordia, aut pudore vel verecundia tactus, judex aequus, benevolus omnibus eatenus, ne quid alteri justo plus tribuat, hospes in libris *suis*, nullius civitatis, suis ipse legibus vivens, regem agnoscens nullum, non quid hic vel ille existimaturus sit reputans, sed dicens quid factum sit.

42. Non sine caussa igitur hanc legem tulit Thucydides, virtutemque & vitium historici distinxit, cum maxima in admiratione videret esse Herodotum, adeo ut Musarum etiam nominibus libri illius vocarentur. *Possessionem* enim *potius in perpetuum* scribere se ait, *quam commissionem quae in praesens tantum placeat: neque fabulositatem sibi probari, sed verum de factis posteritati se relinquere*: subjungitque utilitatem, quemque finem, si quis recte sapiat,

Φιλόμυθος, ἢ ἐλεῶν, ἢ αἰσχυνόμενος, ἢ δυσωπούμενος· ἴσος δικαστὴς εὔνους ἅπασιν, ἐπὶ τοσοῦτον μὴ θατέρῳ τι ἐπονείμας πλεῖον τοῦ δέοντος. ξένος ἐν τοῖς βιβλίοις, καὶ ἄπολις, αὐτόνομος, ἀβασίλευτος, καὶ τί τῶνδε, ἢ τῶνδε δόξει λογιζόμενος, ἀλλὰ τί ἔπραξε λέγων.

Ὁ δ' ἐν Θουκυδίδης εὖ μάλα τοῦτο ἐνομοθέτησε, καὶ διέκρινεν ἀρετὴν, καὶ κακίαν συγγραφικὴν, ὁρῶν μάλιστα θαυμαζόμενον τὸν Ἡρόδοτον, ἐπὶ τοσοῦτον καὶ Μούσας κληθῆναι αὐτοῦ τὰ βιβλία. [g] κτῆμά τε γὰρ φησι μᾶλλον ἐς ἀεὶ συγγράφειν, [h] ἢ ἐπὶ τὸ παρὸν ἀγώνισμα· καὶ μὴ τὸ μυθῶδες ἀσπάζεσθαι, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγενημένων ἀπολείπειν τοῖς ὕστερον· καὶ ἐπάγει τὸ χρήσιμον, καὶ ὁ τέλος ἂν τις εὖ φρονῶν ὑποθοι-

[g] Κτῆμά τι] Ex *Thucyd.* Κτῆματα Edd. Luciani. [h] Ἢ ἐπὶ] Εἰ ἐπὶ male *Fl.* ἢ ἐπὶ cett. item M. & P.

me tamen ap. eumdem credo, non vero adnotavi, quod nimis obvium crederem. *J. F. R.*

Ibid. Σκάφῳ] Male interpres *σκάφην ligonem* interpretatur. Id est, *sinum*, *situlam*. Hesychius: *σκάφαι ὑποκλίσια*: id est *τρόκλια*. *AE. M.* Idem prorsus invenio in notis *Gujoti*. quare talia non semper repetam, nisi, ut supra dixi, quo videas, anne alter alterum exscripserit, quia toties idem dicunt. *J. F. R.*

52. Ὁμοιάζων] Legendum meo judicio, *τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην ὁμοιάζων, ὦ μίσει, ὦδὶ φιλίᾳ νέμων, ὦδὶ φιλόμυθος*, &c. *Ut Comicus ait, ficus ficus, scapham scapham appellans; nihil neque odio neque amicitiae dans; neque parcens*, &c. Vulgo *ὁμοίως*. *J. J.*

Ὁμοιάσων] Frustra sollicitat Cl. *Jensius* hanc scripturam. Proba est, & longe venustior ea quam substituere tentat. *M. du S.*

63. Μούσας κληθῆναι] Vid. idem hujus *προσλαλίας*, c. 1. sub fin. *J. F. R.*

64. Κτῆμά τε] Verba *Thucyd.* sic habent; *κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται. Habes quod in usus perpetuos recondas, potius quam spectaculum quo semel oculos aureusve pascas.* Unde maculam in Luciani libris eluimus, reponendo *κτῆμά τι* pro *κτήματα* quod tamen omnes insidebat. Vid. *Thucyd.* I. 22. *M. du S.*

Κτῆμά τε — καὶ ἀγώνισμα] Locum *Thucydidis* jam attulerat Cl. *Bos* in animadv. crit. p. 11. & cum Luciano comparaverat dicens: *Thucyd.* I. 22. *Κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται*, Elegans est antithesis vocabulorum, ut *ἐς ἀεὶ*, & *ἐς τὸ παραχρῆμα*, *in perpetuum & in praesens*; sic *κτῆμα* & *ἀγώνισμα*. *Κτῆμα* est res ipsa quae servatur & possidetur, veritas, historia vera. recte Schol. *ἀλήθειαν* interpretatur. *ἀγώνισμα* vero certamen judicrum, fabula, historia fabulosa, fabulis adornata, quae auditoribus jucunda. Schol. *τὸ γλυκὺν λόγον, διάλυμα, παιδιὰν, ποιητικὸν ἀγώνισμα κωμῳδοποιῶν ἢ τραγῳδοποιῶν.* Sic *ἀγώνισμα ποιεῖν fabulam agere*, dicunt Graeci. Citavit haec verba *Lucianus* h. l. ubi eleganter exponit *τὸ ἀγώνισμα* per *τὸ μυθῶδες*, & *κτήματα* per *τὴν ἀλήθειαν*. Inferius eod. lib. versus finem idem explanat dicens — *καὶ μὴ πρὸς τὸ παρὸν μόνον ὁρᾶν γράφε, ὡς οἱ νῦν ἐπαινέσονταί σε . . . . ὦδὶ κολακευτικὸν, ὦδὶ δουλοπρεπὲς, ἀλλ' ἀλήθειαν ἐπὶ πᾶσι.* Appolite etiam *Polyb.* L. 2. p. 197. & L. 3. p. 257. Adde quoque *Joseph.* L. I. contra Apion. p. 1035. Quorum verba *Bos* adducit, quae, quia nimia, non repeto. Sed addo ex marg. *Ald. Historia sit κτῆμα, non ἀγώνισμα. Citat idem* Plinius L. V. Epist. ad Capitonem. *J. F. R.*

65. Ἐς τὸ παρὸν ἀγ.] Nobilis locus ex I, 23. quem supra jam ex parte tetigit, ubi vetus etiam Scholiastes *Herodoti Medica* notat innui. Ea nimirum *ἀγώνισμα ἐς τὸ παρὸν*, vel ut est apud Thucydidem, *ἐς τὸ παραχρῆμα*, scriptum ad hoc compositum, ut in Olympiorum celebritate recitatum plausus & victoriam auctori suo pararet, quod genus *commissiones* vocari constat e *Sueton.* Calig. c. 53. ubi hoc ipsum Thucydidis *ἀγώνισμα* hac voce reddendum Casaubonus ostendit. Thucydides sua sibi scripta esse vult *κτῆμα ἐς ἀεὶ*, *possessionem*, h. e. monumentum, quod perpetuo ipsius proprium sit. Laudat etiam hunc locum *Plinius* V, 8, 11. *J. M. G.*

66. Τὸ μυθῶδες] Vide eundem *Thucyd.* & *Tacit.* An. IV. 33. Caeterum ut profutura, ita nimium oblectationis afferunt. *M. du S.*

70. Ἴσος

θοῖλο ἱστορίας, ὡς εἴ ποτε καὶ αὖθις τὰ ὅμοια καλαλάβοι, ἔχοιεν, φησὶ, πρὸς τὰ προγεγραμμένα ἀποβλέποντες, εὖ χρῆσθαι τοῖς ἐν αὐτοῖς.

constituat historiae: *ut si quando rursus similia ingruant, habeant*, inquit, *respicientes ad ea quae olim scripta sunt, quomodo recte utantur praesentibus.*

Καὶ τὸ μὲν γνώμην τοιαύτην ἔχων ὁ συγγραφεὺς ἡκέτω μοι· τὸ δὲ φωνὴν, καὶ τὸ δὲ ἁρμονίας ἰσχὺν, τὸ μὲν σφοδρὰν ἐκείνην, καὶ κάρχαρον, καὶ συνεχῆ ταῖς περιόδοις, καὶ ἀγκύλην ταῖς ἐπιχειρήσεσι· καὶ τὴν ἄλλην δὲ ῥητορείας δεινότητα, μὴ κομιδῇ τεθηγμένον, δεχέσθω δὲ γραφῆς, ἀλλ' εἰρηνικώτερον διακείμενον. καὶ ὁ μὲν νοῦς σύστοιχος ἔστω καὶ πυκνὸς, ἡ λέξις δὲ, σαφὴς καὶ πολιτικὴ, οἵα ἐπισημότατα δηλοῦν τὸ ὑποκείμενον.

43. Ac talem quidem habens animum historicus mihi detur. Quantum vero ad linguam, & eloquendi facultatem *attinet*, vehementi quidem illa atque aspera, & periodis continua, & argumentis contorta, caeteraque vi oratoria, non admodum acutus & *inhorrescens*, sed placide magis affectus, ad scribendum accedat. Ac sententiae quidem sint densae & crebrae: dictio autem dilucida & civilis, quae quam clarissime designet materiam.

Ὡς γὰρ τῇ γνώμῃ τοῦ συγγραφέως σκοπὸς ὑπεθέμεθα, παῤῥησίαν καὶ ἀλήθειαν, οὕτω δὲ καὶ τῇ φωνῇ αὐτοῦ, εἷς σκοπὸς ὁ πρῶτος

44. Quemadmodum enim animo scriptoris metas posuimus dicendi libertatem & veritatem: ita & linguae illius *seu dictioni*, sco-

a Ποσί] Sic L. & MS. *Golm.* Πόλισι male Edd. item M. & P. *b* Ῥητορίας] Ῥητορίας W. *c* Συγγραφίως] Sic W. & Edd. vett. Συγγραφίος male *S.*

77. Κάρχαρον] Τραχεῖαν. *G.*

70. Ἱστορίας, ὡς] *Thucyd.* I. 2. & II. 48. *M. du S.*

Ibid. Ὡς εἴ ποτε] Haec verba apud *Thucyd.* non reperio, sed his similia. Vid. I. 22. f. II. 48. & VII. 56. Sic *Liv.* in operis praef. *Inde tibi tuaeque Reip. quod imitere, capias.* *M. du S.*

71. Πρὸς τὰ π. ἀποβλέποντες] Ne quis imperitior credat ἐπιβλέποντες legendum, rursus monebo eleganter oppositam praepositionem solere addi ejusmodi verbis, ut *Diod. Sic.* L. XIX. p. 297. Ed. *Bas.* ἀπίβλεπον πρὸς τὰς εὐμενοῦς ἐλπίδας. *Long. Past.* III. p. 118. Ed. *Jungerm.* εἰς τὴν θάλασσαν ἀπέβλεπε. Nolter, *Gall.* c. 18. εἰς Ἰταλίαν ἐκπλεύσας. Idem supra *Hermot.* c. 79. f. εἰς ὕλμον ὕδωρ ἐχούσας. ad quem l. alia similia jam dedi. *J. F. R.*

72. Εὐχρῆσθαι τοῖς αὐτοῖς πόλισι] Vertunt: *rebus civitatis recte uti possent*, cum sit, *bene rempublicam gerere.* Improbat in historico inter alia τὴν ἀγκύλλω ταῖς ἐπιχειρήσεσι, scilicet ἐρμηνείαν. interpres: *argumentationibus rotundam.* At hoc laudem meretur. Verte: *tortuosam argumentationibus.* in eadem periodo κομιδῇ τεθηγμένον, non est *admodum acuminatus*, ut ineptissime interpres, sed *valde concitatus*, ut solent oratores esse. Ex Alcidamante refert *Aristot.* III. Rhet. c. 3. inter frigida dicta ἀκράτῳ τε ἀλγούσας ὀργῇ τεθηγμένον. *mera animi ira incitatum.* Frigus est in ἀκράτῳ ὀργῇ. Nec sequentia verba ceperunt interpretes. Καὶ ὁ μὲν νοῦς σύστοιχος ἔστω, καὶ πυκνὸς, cum illa vertunt: *sententiae autem inter se cohaereant, ac solidae sint*, per quam absurde. Cum sit: *sensus sit sibi consonus*, (hoc est, qui sibi ipsi non repugnet) *& sapiens*, hoc est, varia rerum cognitione & scientia velut densus. *J. G. G.*

Ibid. Τοῖς αὐτοῖς πόλισι] Sic legit Interpres, aliter longe in Cod. *Petri Golmani* αὐτοῖς ποσί. *J. B.*

Τοῖς αὐτοῖς ποσί] Non sunt haec ipsa *Thucydidis* verba: sed hanc sententiam ex perplexa illius oratione licebat excerpere. Eo magis inclinabat animus pro illo, τοῖς αὐτοῖς πόλισι, legere τοῖς αὐτοῖς ποσί, *iis, quae ante pedes*, vel prae manu, *sunt*: ita certe in interpretatione posui. Quin nihil excusatione opus esse video, inspecta *Bourdelotii* ad hunc locum observatione. *J. M. G.*

73. Ποσί] Sic Mss. *Golm.* & L. ut Νιγρ. c. 4. & Z. τρ. c. 31. & 43. In reliquis πόλισι. *M. du S.*

75. Τὴν δὲ φωνὴν] Hic vero locus mihi semper difficillimus visus est & mutilus; neque enim ullum apparet verbum, unde pateat, probet an rejiciat Lucianus, quae hic recenset: & manca sano sententia, si haec ab ipso improbari cum *Graevio* aliisque sentias. Nam quod sequitur, μὴ κομιδῇ τεθηγμένον &c. nulla arte efficies, ut ad haec spectent. At si rursus haec, quae enarrat, probet, quod fiet, si cum praecedentibus, ut facimus, conjungas, ut ἔχων ad utrumque pertineat; non minor oritur difficultas. Quis enim in historico, nisi forte cum pro concione dicentes; in

scopus unus primus, dilucide explicare, & clarissime rem declarare, neque secretis, & remotis ab usu nominibus, neque hisce de media turba vel de caupona *sumtis*, sed quae vulgus intelligat, laudent eruditi. Verum figuris quoque ornata sint non nimium turgidis, & quae minime videantur quaesitae: alioqui offis per nimia condimenta corruptis similem orationem faciunt.

45. Ac mens quidem *historici* participet aliquid, adsciscatque sibi, poëtices, quatenus magnificis ipsa quoque verbis utitur atque elata est, & maxime cum aciebus, & pugnis, & navalibus praeliis, implicatur. Opus enim tum erit poëtico quodam spiritu, qui secundo flatu vela impleat, celsamque per summos fluctus navim perferat. Dictio tamen humi incedat, quae

τ@, σαφῶς δηλῶσαι, ϗ [d]φανώταλα ἐμφανίσαι τὸ πρᾶγμα, μήτε ἀποῤῥήτοις, ϗ ἔξω πάτου ὀνόμασι, μήτε τοις ἀγοραίοις τούτοις ϗ καπηλικοῖς, ἀλλ' ὡς μὴν τὸς πολλὸς [e]συνιέναι, τὸς δὲ πεπαιδευμένους ἐπαινέσαι. ϗ μὴν ϗ σχήμασι κεκοσμήσθω ἀνεπαχθέσι, ϗ τὸ ἀνεπιτήδευτον μάλιστα [f]ἔχουσιν· ἐπεὶ τοις καλῶς μεμιγμένοις τῆς ζωμῆς ἐοικότας ἀποφαίνει τὸς λόγους.

Καὶ ἡ μὲν γνώμη κοινωνείτω, ϗ προσαπτέσθω τι ϗ ποιητικῆς, πλὴν ὅσον μεγαλήγορ@, ϗ δυρμώδη ϗ ἐκείνη, ϗ μάλιστ' ἰόπόταν ἐξεταζέσι, ϗ μάχαις, ϗ ναυμαχίαις, συμπλέκηται. δεήσει γὰρ τότε ποιητικῆ τιν@ ἀνέμου ἐπυριάσοντ@ τὰ ἀκάτια, ϗ συνδιοίσοντ@ ὑψηλὴν, ϗ ἐπ' [g]ἄκρων τ' κυμάτων τ' ναῦν. ἡ λέξις δὲ ὅμως ὅπῃ

[d] Φανότατα] Ex W. dedi. Φανότατα Edd. [e] Συνιέναι] Sic Cod. P. & Edd. *J. P. H.* Συνιῦναι W. & *Fl.* [f] Ἐπυριάσοντος] Ἐπυριάσωντος male W.

89. Μήτε ἀποῤῥήτοις] Scripsit Caesar tanquam scopulum vitandum esse inauditum atque insolens verbum. Hinc sunt qui ita verbis utendum putant, ut nummis publicaque moneta. Horatius ait, *ut silvae foliis*. &c. *G.*

βίας. οἷον γὰρ ἀπὸ ῥόδου, καὶ ναρκίσσου, καὶ ὑακίνθου, καὶ κρίνων, καὶ ἴων, ἔτι δὲ μυρσίνης, καὶ δάφνης, καὶ ἀμπελάνθης, τοιοῦτόν τι ἡμῖν τὸ ἡδὺ προσέβαλλεν· ἡδέντες δὲ τῇ ὀδμῇ, καὶ χρηστὰ ἐκ μακρῶν πόνων ἐλπίσαντες, κατ' ὀλίγον ἤδη πλησίον τῆς νήσου ἐγιγνόμεθα. ἔνθα δὴ καθεωρῶμεν λιμένας τε πολλοὺς περὶ πᾶσαν ἀκλύστους καὶ μεγάλους, πόλεις τε φυγεῖς ἐξιόντας ἠρέμα ἐς τὴν θάλατταν· ἔτι δὲ λειμῶνας, καὶ ὕλας, καὶ ὄρνεα μουσικὰ, τὰ μὲν ἐπὶ τῶν ἠιόνων ᾄδοντα, πολλὰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κλάδων. ἀὴρ δὲ κῦφος καὶ εὔπνους περιεκέχυτο τὴν χώραν· καὶ αὖραι δέ τινες ἡδεῖαι φαπνέουσαι, ἠρέμα τὴν ὕλην διεσάλευον· ὥστε καὶ ἀπὸ τῶν κλάδων κυμβύων, τερπνὰ καὶ συνεχῆ μέλη ἀπεσυρίζετο, ἐοικότα τοῖς ἐπ' ἐρημίας αὐλήμασι τῶν πλαγίων αὐλῶν. καὶ μὴν καὶ βοὴ σύμμικτος ἠκούετο, οὐ θορυβώδης, ἀλλ' οἵα γέγνοιτ' ἂν ἐν συμποσίῳ, τῶν μὲν αὐλούντων, ἄλλων δὲ ἐπαινούντων, ἐνίων δὲ κροτούντων πρὸς αὐλὸν, ἢ κιθάραν.

Arabia. Quale enim a rosa, & narciſſo, & hyacintho, & liliis, & violis, myrto praeterea & lauro, atque vitis flore, tam ſuave quiddam *ad nares* nobis accidit. Delectati odore & optima quaeque poſt longos labores dum ſperamus, breviſſimo jam intervallo abſumus ab inſula. Hic & portus videmus multos circum circa tutos a fluctibus & ſpatioſos, fluminaque pellucida placide exeuntia in mare: ad haec prata, & ſilvas, & cantrices aves, tum in litoribus canentes, tum multas in ramis. Aër porro levis & molliter ſpirans circumfuſus regioni erat, atque aurae quaedam ſuaves leni flatu ſilvam motabant. Itaque & a ramis motis, jucunda perpetuaque cantica ſibilabant, ſimilia cantibus qui ab obliquis fiſtulis in loco deſerto redduntur. Sed clamor etiam miſtus exaudiebatur, non ille tumultuoſus; ſed qualis oriatur in convivio, inflantibus aliis tibias, aliis laudantibus, plaudentibus ad tibiam citharamve aliis.

6. Hiſ-

a Τὰ] Ὅτι *Ex. Fl.* male. Nihil a vulg. abit P.

24. Περιεκέχυτο] Ἀντὶ τοῦ περιέχειν, ἐπιλήφει, περιβάλλειν, περιλιμπάνειν. *V.* (περιλίμπανεν V.)

28. Ἐπῳμώμεις] Quanquam enim vox ſit inſolens, aptiſſima videtur. Verbo ἐπῳμώω utitur Ἔρωτ. c. 45. Certe ridicule antea legebatur & vertebatur hic locus; ἐπ' ἐρημίας, *in deſertis*. *M. du S.*

29. Πλαγίων αὐλῶν] Dum quis meliora me doceat, intelligo fiſtulas obliquas *Querpfeiffen* (Belg. dwarsfluiten) ſuſpenſas voti cauſſa a paſtoribus in locis deſertis, ſpecubus, arboribus, quas ſonum aura ſpirante edere, nihil impedit. Tales ſunt apud *Longum Paſtor.* lib. I. p. 5, 19. ubi in antro ἀνέκειντο αὐλοὶ πλάγιοι, καὶ σύριγγες, καὶ κάλαμοι πρεσβυτέρων ποιμένων ἀναθήματα. plura ibi *Mollius*. *J. M. G.*

Ibid. Βοὴ . .] Hunc etiam locum in depravatiſſimo Codice legerat *Thomas Magiſter*, quem vide in voce ἀθρόος. Noſtri Codices non ἄθρους, ſed ὁ θορυβώδης habent. *M. du S.*

32. Κροτούντων πρὸς αὐλὸν ἢ κιθάραν] Non debuit verti *ad tibiam vel citharam ſaltant*; neque enim κροτεῖν eſt ſaltare: & certe erat quoque modulatus plauſus. Utique & in Pſeudomanti κυμβάλοις κροτοῦντα interpretatur Benedictus *cymbala pulſantem*, ſine mentione ſaltandi; & in Saltatione κροτοῦντά τε πρωΐτι ἐπαί-νους ἀπρεπεστάτους ἐπιβοῶντα reddidit *applaudens & laudibus indecentiſſimis acclamans*. *J. G.*

39. Περιπλόοις] Angl. περιπόλοις. *J. B.*

Περιπολ.] A. P. L. *S. A.* Impreſſi vero omnes περιπλόοις, ante *S.* quae recte mutavit. *M. du S.*

44. Ὁ Κρὴς Ῥαδάμανθυς] Rhadamanthus Lyciae Rex, filius Jovis ex Europa Minois & Aaci frater, vir juſtiſſimus. Vid. *Virg.* VI. Æn. *G. C.*

47. Αἴαντα] Occubuit ad Trojam, ut ſcribunt *Sophocles* in Ajac. & *Dictys* Cretenſ. in Hiſtor. *G. C.*

49. Καληγορεῖτο] Leve admodum eſt vitium, quod tamen inquinat editiones omnes, ut mirum a tot editoribus non eſſe ſublatum: In omnibus enim extat καληγορεῖτο δὲ αὐτῷ pro ἐκαληγορεῖτο, quod puer videat. *J. G. G.*

Ἐκαληγορεῖτο] In omnibus antea legebatur, καληγορεῖτο. & ſine ſic paſſim apud hunc *Prometh.* fin. Ibid. c. 4. f. Νεκρ. Δ. XXVII. & Μενιπ. c. 19. eodem modo, quo hic in impreſſis. Sic & Fab. *Aeſop.* Delect. Fab. X. vitioſe; & *Aeſop.* Fab. 72. & apud *Demoſth.* c. Mid. p. 409. A. *M. du S.*

Καληγορεῖτο] *Solanus* cum Cl. *Graev.* ſentiens ἐκαληγο-ſcri-

6. Hiſce omnibus dum demulcemur allabimur, firmataque in portu navi, exſcendimus, relictis in ea Scintharo cum duobus ſociis. Progreſſi per pratum floridum, in praeſidiarios litorisque cuſtodes incidimus, qui roſeis nos coronis vinctos, duriſſimum hoc apud illos vinculum eſt, ad principem abduxere, a quibus in via audivimus, hanc eſſe beatorum qui vocantur inſulam, imperitare in ea Rhadamanthum. Jam deducti ad illum, quarti ſtetimus in ſerie eorum qui judicandi erant.

Τούτοις ἅπασι κηλούμενοι, κατήχθημεν· ὁρμίσαντες δὲ τ νεῶν ἀπεβαίνομεν, τ Σκίνθαρον ἐν αὐτῇ, ϗ δύο τ [b] ἑταίρων ἀπολιπόντες. προϊόντες δὲ ἀφ' λειμῶνος εὐανθοῦντος, ἐντυγχάνομεν τοῖς φρουροῖς καὶ [c] περιπόλοις· οἱ δὲ δήσαντες ἡμᾶς ῥοδίνοις στεφάνοις, οὗτος γὰρ μέγιστος παρ' αὐτοῖς δεσμός ἐστιν, ἀνῆγον ὡς τ ἄρχοντα· παρ' ὧν δὴ καθ' ὁδὸν ἠκούσαμεν, ὡς ἡ μὲν νῆσος εἴη τ Μακάρων προσαγορευομένων, ἄρχοι δὲ [d] ὁ Κρὴς Ῥαδάμανθυς. ϗ δὴ ἀναχθέντες ὡς αὐτόν, ἐν τάξει τ δικαζομένων ἑστήμεν τέταρτοι.

6. Hiſce omnibus dum demulcemur allabimur, firmataque in portu navi, exſcendimus, relictis in ea Scintharo cum duobus ſociis. Progreſſi per pratum floridum, in praeſidiarios litorisque cuſtodes incidimus, qui roſeis nos coronis vinctos, duriſſimum hoc apud illos vinculum eſt, ad principem abduxere, a quibus in via audivimus, hanc eſſe beatorum qui vocantur inſulam, imperitare in ea Rhadamanthum. Jam deducti ad illum, quarti ſtetimus in ſerie eorum qui judicandi erant.

7. Primum judicium erat, de Telamonio Ajace, utrum par ſit eum verſari cum Heroibus nec ne? Accuſabatur autem hoc nomine, quod furioſus fuiſſet, atque ipſe manus ſibi intuliſſet. Tandem cum multa utrinque dicta eſſent, pronunciavit Rhadamanthus, *Jam quidem helleboro poto tradetur Hippocrati Coo Medico, in poſterum ubi reſipuiſſet, convivio adhiberetur.*

Ἦν δὲ ἡ μὲν πρώτη δίκη, περὶ Αἴαντος τοῦ Τελαμῶνος, εἴτε χρὴ αὐτὸν συνεῖναι τοῖς ἥρωσιν, εἴτε χρὴ μή· [e] καλήγορεῖτο δὲ αὐτῷ, ὅτι μεμήνοι, χἀ ἑαυτὸν ἀπεκτόνοι· τέλος δὲ, πολλῶν ῥηθέντων, ὁ Ῥαδάμανθυς ἀπεφαίνετο, νῦν μὲν αὐτὸν πιόμενον τὸ ἑλλέβορον, δοθῆναι Ἱπποκράτει τῷ Κῴῳ ἰατρῷ, ὕστερον δὲ σωφρονήσαντα, μετέχειν τοῦ συμποσίου.

Δευ-

b Ἑταίρων] Ἑτέρων male Ex. Fl. Nihil mutat P. H. J. P. &c. *c* Περιπόλοις] Sic A. L. P. S. A. & Ald. Περιπάλοις Edd. cett. *d* Ὁ Κρὴς] Ὀκρὴς male Fl. *e* Καλήγορεῖτο] Sic Edd. omnes. Ἐκαλήγορεῖτο vult Graev. male.

37. Εὐανθοῦς] Γράφεται εὐάνθητος (leg. εὐανθοῦντος, ut in C. exſtat.)

ſcribendum eſſe etiam in marg. *Junt.* notavit. Ego vero cur neutri obſecundem, dicam. Miror autem Cl. *Graev.* tam confidenter dicentem, vel puerum videre ἐκαλήγορεῖτο ſcribendum. Ego certe & plures mecum id non videbunt. Meruiſſet ſaltem probari illud ἐκατηγ. An enim non cogitavit Vir ſummus, verbum eſſe compoſitum, ideoque augmentum in medio potius locum habere? (quamvis ejusmodi compoſita interdum initio, interdum utrobique augeri noverim.) Quin ἐκατηγορεῖτο, etſi Lexica ſine auctoritate adferunt ἐκατηγόρησε, mihi potius ſuſpectum eſſet; nam *Thucyd.* Atticae puritatis norma optima I. 95. p. 63. pr. ϗ γὰρ ἀδικία πολλὰ κατηγορεῖτο αὐτῆς. Iterum ibid. paullo poſt. κατηγορεῖτο δὲ αὐτῆς ἔχ ἥκιστα Μηδισμός, ϗ ἐδόκει σαφέστατον εἶναι. Sic nec imperfect. act. gerit augmentum in fronte ap. *Ælian.* V. H. III. 19. λαλοῦντος κατηγόρει. Idem XII. 12. ἐσφαιροῦτο — τὸ δὲ σφάιρημα κατηγόρει αὐτῆς. Nec aoriſt. id habet ap. eumd. I. 34. πάντα ἀκριβῶς κατηγόρησε. Adde *Herodian.* VI. 9. §. 1. τῆς τε Μαξιμίνου — κατηγόρει & ter quater alibi. Omnino igitur vulgata erat ſervanda, etiamſi forte alibi ἐκατηγορεῖτο inveniretur. Nec tamen abjectum eſſe augmentum dixeris, ut in *Zeux.* §. 10. κροτάλιζον pro ἐκροτάλιζον quod in nonnullis temporibus, maxime in plusquam perf. paſſiv. etiam in ſoluta oratione ſaepe fieri, ut πεποίκιλτο pro ἐπεποίκιλτο, διδάκτισαι, pro ἐδεδάκτισαι diximus ad 1. *Ver. Hiſt.* c. 13. Ita & *Jungerman.* ad *Long. Paſt.* p. 220. εὔχοντο & ἠύχοντο promiſcue ſcribi, aliaque ſimilia docet, & fruſtra illud εὔχοντο, quod ap. *Long.* III. p. 94. editum conſpicitur, in ἠύχοντο mutari, obſervat. Immo quia κατηγόρει & κατηγόρηκα locis ab *Solano* citatis, Noſter ubique dixit, tanto minus debebat id nunc mutare; quin & reliqua ejus teſtimonia contra ipſum faciunt. Et Cl. *Graev.* ad mort. Dial. XXVII. §. 7. f. ad verba ἑαυτῷ κατηγόρει φέρασας aliquid commentatus, ibi tamen de addendo augmento, etſi tempus imperf. & ibi eſt, nihil dixit. J. F. R.

51. Νῦν μὲν αὐτὸν πιόμενον τὸ ἑλλέβορον] *Th. Mag.* v. πίομαι. *M. du S.* Sed ἑλλεβόρου adſpirate apud *Thomam* invenio. J. F. R.

Δευτέρα δὲ ἦν κρίσις ἐρωτικὴ, Θησέως καὶ Μενελάου περὶ τῆς Ἑλένης ἀμφισβητούντων, ποτέρῳ αὐτὴν χρὴ συνοικεῖν. καὶ ὁ Ῥαδάμανθυς, ἐδίκασε Μενελάῳ συνεῖναι αὐτὴν, ἅτε καὶ τοιαῦτα πονήσαντι, καὶ κινδυνεύσαντι τοῦ γάμου ἕνεκεν· καὶ γὰρ αὐτῷ Θησεῖ καὶ ἄλλας εἶναι γυναῖκας, τήν τε Ἀμαζόνα, καὶ τὰς τοῦ [a] Μίνω θυγατέρας.

Τρίτη δ' ἐδικάσθη περὶ προεδρίας, Ἀλεξάνδρῳ τε τῷ Φιλίππου, καὶ Ἀννίβᾳ τῷ Καρχηδονίῳ. καὶ ἔδοξε προέχειν ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ θρόνος αὐτῷ ἐτέθη πλησίον Κύρου τοῦ Πέρσου, τοῦ πρότερον.

Τέταρτοι δ' ἡμεῖς προσηνέχθημεν. καὶ ὁ μὲν ἤρετο, τί παθόντες, ἔτι ζῶντες ἱερᾶς χωρίου ἐπιβαίημεν· ἡμεῖς δὲ πάντα ἑξῆς διηγησάμεθα. [b] ἔπειτα δὲ μεταπησάμενος ἡμᾶς, ὅτι πολὺν χρόνον ἐσκέπτετο, καὶ τοῖς συνέδροις ἐκοινοῦτο περὶ ἡμῶν. συνήδρευον δὲ ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Ἀριστείδης ὁ δικαιος, ὁ Ἀθηναῖος. ὡς δ' ἔδοξεν αὐτῷ, ἀπεφήνατο, τὰ μὲν πολυπραγμοσύνης καὶ τὰ ἀποδημίας, ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν, δώσειν τὰς εὐθύνας, τὸ δὲ νυνὶ, ῥητὸν χρόνον μείναντας ἐν τῇ νήσῳ, καὶ συνδιαιτηθέντας τοῖς ἥρωσιν, ἀπελθεῖν. ἔταξε δὲ καὶ τὴν προθεσμίαν τὰ ἐπτὰ μηνῶν ἑπτά.

8. Alterum erat amatorium judicium, Theſeo & Menelao de Helena contendentibus, cum utro ea habitare deberet? judicavitque Rhadamanthus, *Illam eſſe cum Menelao, qui nuptiarum illius cauſſa tot laborum periculorumque ſubiiſſet. Etenim Theſeo alias eſſe mulieres, Amazonem illam, & Minois filias.*

9. Tertia cauſſa judicata eſt de loco antiquiore inter Alexandrum Philippi & Hannibalem Carthaginienſem, & primas deberi, viſum eſt, Alexandro, ac ſella ei poſita juxta Cyrum majorem Perſam.

10. Quarti nos admoti ſumus. Atque ille quidem interrogat, *Qua re impulſi, vivi adhuc ſacram regionem ingreſſi eſſemus?* Nos vero omnia deinceps enarramus. Sic vero nobis ſecedere aliquantum juſſis, diu conſiderat, ſuisque cum aſſeſſoribus de nobis communicat. Aderant autem illi in conſilio tum alii plures, tum Ariſtides juſtus Athenienſis. Cum vero viſum ipſi eſſet, pronunciavit, *Curioſitatis quidem & profectionis poenas nos, ubi mortui fuiſſemus, daturos: jam vero dicto tempore in inſula morati, & convictu Heroum uſi, abiremus.* Conſtituit autem etiam diem commorationis, ne plus ſeptem menſibus *maneremus.*

11. Hinc

a Μίνω] Sic *Fl.* aliaeque recte. *Μίνως J.* & *H.* b Οὗτω] Edd. omnes. Οὕτω melius *Solan.* conjicit.

63. Περὶ προεδρ.] Conf. *Dial. mort.* XII. pr. *M. du S.*

66. Παρὰ Κύρου τὸν Πέρσ.] *Th. Mag.* v. Παρὰ. *M. du S.*

71. Οὗτω] Sic lego pro ἔτω, quod in omnibus hic reperio. *M. du S.*

86. Πύλαι πᾶσαι μονόξυλοι κινναμώμινοι] Benedictus *porta ex ſolo cinnamomi ligno.* Item infra, *εἰς ναῦν μονόξυλον navim ſolido ex ligno conflatam.* Quae verſiones quam ſint abſurdae, docet ipſe, quum ſtatim βωμοὶ μονόλιθοι vertit *ex uno lapide.* Id enim vult: iſta non eſſe compoſita ex fruſtis, ſed ex una trabe & ſegmento arboris tam magnae exſecta. *J. G.*

94. Πηχῶν ἑκατὸν βασ.] Vid. ſupra *Catapl.* c. 16. *M. du S.*

98. Πυλίοις] Πύλῃσι, ἑρμηνεῦσι, ἰμβατὴν. ἴνθα ἀποκοίνασθαι. *Ariſtoph.* Schol.] *Vorſ.* Vid. Ἰφτ. c. 6. *M. du S.*

99. Ἐσθῆτι] Si priſtinam verſionem reſpicias, quae habebat: *Utuntur autem veſtibus purpureis*, &c. ſtatuas ἐσθῆσι legendum, ut referatur ad πορφύρους. Sed ut conſtructio ſic evadat facilior, ſenſus tamen erit deterior; nam nihil adeo mirum foret, ſi veſtes tantum purpureae dicantur; ſed magis mirum, aranearum telas ipſas eſſe purpureas; quales lanas aevo aureo promittit *Virg.* Ecl. IV. 45. *Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos*, & quae praecedunt. Ait igitur Lucianus: *pro veſtitu utuntur aran. telis per ſe purpureis.* Interim, ſi a colore receſſeris, hodie non adeo mirum, veſtes ex aranearum telis poſſe confici, quum noſtra memoria id in Gallia experimenti cauſſa factum ſit. *J. F. R.*

7. Ὁμοιότητα] Angl. ὡραιότητα. Aliam tamen lectionem ſequutus eſt Interpres. *J. B.*

Ibid. Εἰ γοῦν μὴ ἀψ.] Deſcribit eleganter umbras apud

11. Hinc ſua ſponte defluentibus coronis liberati in urbem introducti ſumus, ad beatorum convivium. Haec urbs tota aurea: moenia circumpoſita Smaragdina: portae ſeptem ex uno ſingulae trunco elaboratae cinnamominae: ſolum urbis, quodque intra muros terrae eſt, eburneum: templa omnium deorum e beryllo gemma aedificata, & altaria in iis maxima, ex una gemma amethyſtina, in quibus hecatombas faciunt. Circum urbem fluit amnis unguenti pulcherrimi, cujus latitudo centum cubitorum Regiorum; profunditas ea, ut facile ſit natare. Balnea ſunt illis aedes magnae, vitreae, cinnamomo vaporatae. Verum pro aqua in ſoliis ros calidus.

12. In veſtitu utuntur aranearum telis tenuibus, purpureis. Corpora ipſi non habent, ſed tactum effugiunt, carnis expertes, figuram ſolam & ſpeciem oſtendunt, ac licet corpora non habeant, tamen ſtant, moventur, ſapiunt, vocem emittunt. Et omnino videtur nuda quodammodo anima illorum obverſari, ſimilitudinem quandam induta corporis. Niſi enim tetigerit aliquis, non convincatur, corpus non eſſe id

Τἐντεῦθεν αὐτομάτων ἡμῖν τῶν στεφάνων ἀπορρυέντων, ἐλελύμεθα, καὶ εἰς τὴν πόλιν ἀγόμεθα, [c] εἰς τὸ τῶν Μακάρων συμπόσιον. αὕτη μὲν οὖν ἡ πόλις πᾶσα χρυσῆ, τὸ δὲ τεῖχος ἔοικεται σμαράγδινον. πύλαι δὲ εἰσὶν ἑπτὰ πᾶσαι μονόξυλοι [d] κινναμώμινοι. τὸ μέντοι ἔδαφος τῆς πόλεως, καὶ ἡ ἐντὸς τοῦ τείχους γῆ, ἐλεφαντίνη. ναοὶ δὲ πάντων θεῶν βηρύλλου λίθου ᾠκοδομημένοι, καὶ βωμοὶ ἐν αὐτοῖς μέγιστοι, μονόλιθοι, ἀμεθύστινοι, ἐφ' ὧν ποιοῦσι τὰς ἑκατόμβας. ῥεῖ δὲ τὴν πόλιν, ῥεῖ ποταμὸς μύρου τοῦ καλλίστου, τὸ πλάτος πηχέων ἑκατὸν βασιλικῶν, βάθος δὲ, ὥστε νεῖν εὐμαρῶς. λυτρὰ δὲ ὄζει αὐτοῖς, οἶκοι μεγάλοι, ὑάλινοι, τῷ κινναμώμῳ ἐγκαιόμενοι. ἀντὶ μέντοι τοῦ ὕδατος, ἐν ταῖς πυέλοις δρόσος θερμὴ ὄζει.

Ἐσθῆτι δὲ χρῶνται, ἀραχνίοις λεπτοῖς, πορφύροις. αὐτοὶ δὲ σώματα μὲν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' [e] ἀναφεῖς καὶ ἄσαρκοί εἰσι, μορφὴν δὲ καὶ ἰδέαν μόνον ἐμφαίνουσι. καὶ ἀσώματοι ὄντες, ὅμως ἔστασι, καὶ κινοῦνται, καὶ φρονοῦσι, καὶ φωνὴν ἀφιᾶσι. καὶ ὅλως ἔοικε γυμνή τις ἡ ψυχὴ αὐτῶν περιπολεῖν, τὴν τοῦ σώματος [f] ὁμοιότητα περικειμένη. εἰ γοῦν μὴ ἅψαιτό τις, οὐκ ἂν ἐλέγξειε μὴ εἶ-

[c] Εἰς] Καὶ εἰς *Fl.* ſola. [d] Κινναμ.] Κυναμ. *J.* & *Fl.* Κυαμ. *B2.* & *P.* Κιναμ. *S. H.* & *Ald.* Eadem varietas mox iterum occurrit. [e] Ἀναφεῖς] Al. male ἀφαντεῖς. *Coll.* Noſtrae Edd. tamen recte in vulgatam conſpirant. [f] Ὁμοιότητα] Ὡραιότητα A. P. & marg. *AIW.* Nil mutant Edd.

8 *f.* Αὕτη μὲν οὖν ἡ πόλις] * Εἰς τοὺς καθ' ἡμᾶς ὁ γόης ἔοικεν ἁγίους προφήτας ἀμπαίζειν, ἐφ' οἷς † ἅττει περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ οὐ ἰσχάταις ἡμέραις σωνεχθῆναι ἀλληγορικῶς διεξῆλθον. *V.*

2. Ἀναφεῖς] Γρ. ἀφαντῆς. *G.*

* Ad aliena verba antea referebatur hoc Scholium, duce Cod. V. quod & notae Clar. *J. Clerici* anſam dedit; quam, quia jam hujus loci non eſt, omiſimus. Adi modo *Apocal.* XXI. 10. & ſeqq. ut quam haec illis ſimilia ſint, videas. *M. du S.*

† Οὕτως] Οὕτος Edit. *Cler.* Sed ἅττει recte in V.

pud inferos, poſſe quidem eas non tangi, habere tamen corpora valde ſubtilia, quae non tam corpora ſint, quam corporis inſtar. ſed interpretes non recte intellexerunt hunc locum: Καὶ ὅλως ἔοικε γυμνή τις ἡ ψυχὴ αὐτῶν περιπολεῖν, τὴν δὲ τοῦ σώματος ὁμοιότητα περικειμένη εἰ γοῦν μὴ ἅψαιτό τις, οὐκ ἂν ἐλέγξειε μὴ εἶναι τοῦτο τὸ ὁρώμενον. Vertunt: *In ſumma videtur eorum anima nuda circumvagari, ſimilitudine corporis circumdata. Ac niſi quis tetigerit, non poſſit deprehendere non eſſe corpus, quod videt. Nam ſunt ut umbrae rectae, non nigrae.* Latina verſio εἰ γοῦν μὴ ἅψαιτο, longe a Graecis verbis abit, quae ſic erant transferenda: *Licet igitur quis attingere nequeat, non tamen convincat non eſſe corpus, quod videtur. Sunt namque tanquam umbrae rectae, non nigrae.* Videntur enim, licet non tangantur. *J. G. G.*

9. Σκιαὶ

εἶναι σῶμα τὸ ὁρώμενον. εἰσὶ γὰρ ὥσπερ σκιαὶ ὀρθαὶ, ὐ μέλαιναι· γηράσκῃ δὲ οὐδεὶς, ἀλλ' ἐφ' ἧς ἂν ἡλικίας ἔλθῃ, τοιοῦτος μένει· ὐ μὴν οὐδὲ νὺξ παρ' αὐτοῖς γίγνεται, οὐδ' ἡμέρα πάνυ λαμπρά· ἀλλὰ καθάπερ τὸ λυκαυγὲς ἤδη πρὸς ἕω, μηδέπω ἀνατείλαντος ἡλίου, τοιοῦτον φῶς ἐπέχει τὴν γῆν. καὶ μέντοι καὶ ὡρῶν μίαν ἴσασι τοῦ ἔτους· αἰεὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς ἔαρ ἐστὶ, καὶ εἷς ἄνεμος πνεῖ ὁ Ζέφυρος.

quod videt : sunt enim quasi umbrae evectae non nigrae. Senescit nemo, sed qua aetate huc venerit, ea manet. Verum neque nox apud illos est, neque dies plane clara. Sed quale est mane diluculum sole nondum exorto, talis lux terram obtinet. Unam etiam modo anni tempestatem norunt. Semper enim apud illos ver est, & unus flat ventus, Zephyrus.

Ἡ δὲ χώρα, πᾶσι μὲν ἄνθεσι, πᾶσι δὲ φυτοῖς ἡμέροις τε καὶ σκιεροῖς τέθηλεν· αἱ μὲν γὰρ ἄμπελοι δωδεκάφοροί εἰσι, καὶ κατὰ μῆνα ἕκαστον καρποφοροῦσι· τὰς δὲ ῥοιὰς, καὶ τὰς μηλέας, καὶ τὴν ἄλλην ὀπώραν, ἔλεγον μὲν εἶναι τρισκαιδεκάφορον· ἑνὸς γὰρ μηνὸς τοῦ παρ' αὐτοῖς Μινώου, δὶς καρποφορεῖν. ἀντὶ δὲ πυρῶν, οἱ σάχυες [a] ἄρτους ἑτοίμους ἐπ' ἄκρῳ φύουσιν, ὥσπερ μύκητας. πηγαὶ δὲ περὶ τὴν πόλιν ὕδατος μὲν πέντε καὶ [b] ἑξήκοντα, καὶ τριακόσιοι, μέλιτος δὲ ἄλλαι τοσαῦται, μύρου δὲ πεντακόσιαι, μικρότεραι μέντοι αὗται· καὶ ποταμοὶ γάλακτος ἑπτὰ, καὶ οἴνου ὀκτώ.

13. Regio floribus omnibus, plantisque tum manſuetis tum umbroſis viret. Vites quidem duodecies feraces, menſibus ſingulis fructum ferunt. Punicas vero arbores, & malos, & reliquas autumni copias, dicebant etiam ter & decies ferre, bis nempe uno menſe, qui Minous apud illos eſt. Pro tritico ſpicae panes jam paratos in ſummo producunt, velut fungos. Fontes circa urbem aquae quinque & ſexaginta ſupra trecentos, mellis totidem alii, unguenti autem quingenti, hi tamen minores; fluvii lactis ſeptem, & octo vini.

Τὸ δὲ συμπόσιον, ἔξω τῆς πόλεως πεποίηται, ἐν τῷ Ἠλυσίῳ καλουμένῳ πεδίῳ· λειμὼν δέ ἐστι κάλλιστος, καὶ περὶ αὐτὸν ὕλη παντοία, πυκνὴ, ὑποσκιάζουσα τοὺς καλαχειμένους, καὶ στρωμνὴν μὲν ἐκ τῶν ἀνθέων ὑποβέβληνται. ἅπαντα δὲ καὶ ἀφέρουσιν ἕκαστα οἱ ἄνεμοι, πλὴν γε τοῦ οἰνοχοεῖν. τούτου γὰρ οὐδὲν δέονται, ἀλλ' ἔστι δένδρα περὶ

14. Coenatio extra urbem ſtructa eſt, in eo qui vocatur campus Elyſius. Eſt autem pratum pulcherrimum, & circa illud ſilva varia, denſa, accumbentibus umbram faciens : ſtragula de floribus ſubjecta habent : miniſtrant omnia, & huc illuc ferunt venti, praeterquam quod vinum non infundunt : hoc enim nihil opus eſt ; ſed ſunt

a Ἄρτους ἑτ.] Ἄρτον ἕτοιμον Schol. b Ἑξήκοντα] ζ'. Fl. male, pro ξ'. Cum vulgata noſtra facit H. & P. &c.

12. Οὐδὲ νὺξ] Εἰς τὰ ἴσα τὴν θουλὴν περιλογούμενα ἐπισκῶπται. V.

26. * Ἄρτον ἕτοιμον] Τὸ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς ἀφανισμοῦ ἐστί. V.

38. Διακονοῦνται] Εἰς τὰ περὶ Βραχμάνων θεριλογούμενα τοῦ Ἀσυρίων Ἀφανίου. V. (Vid. Philoſtr.)

* Ἄρτον ἕτοιμον] Sic pro ἄρτες ἑτοίμες quod in noſtris libris eſt, V. Codex. M. du S.

9. Σκιαὶ ὀρθαὶ] Umbrae aliae in libero loco ſtantis hominis humi jacere ac trahi videntur : hae, inſtar hominis ipſius, erectae. Aliae defectu lucis, h. e. natura ſua nigrae ; hae coloratae tum carnis colore tum veſtium. Caeterum ita recte me interpretatum poſt alios hunc locum arbitror, licet aliter ſummo viro videatur. J. M. G.

10. Οὐ μέλαιναι] Non ſicut noſtrae, jacentes & nigrae,

funt arbores circa coenationem vitreae, magnae, de vitro pellucidiſſimo. Porro fructus harum arborum ſunt pocula varia figuris & magnitudinibus. Cum igitur advenit aliquis in coenationem, decerptum unum alterumque poculum ſibi apponit: at illa ſtatim vini plena fiunt, & ſic bibunt. Pro coronis, luſciniae & aves aliae cantrices, ex vicinis pratis flores roſtris lectos, inſtar nivis in eos ſpargunt cum cantu ſupervolantes. Unguentis perfunduntur hunc in modum. Denſae nubes bibunt e fontibus ac fluvio unguentum, deinde imminentes coenationi, placide urgentibus ventis, tanquam tenuem rorem demittunt.

15. In coena muſicae vacant & cantibus. Canuntur ipſis Homeri maxime carmina. Et adeſt ipſe quoque & cum illis epulatur, accumbens ſupra Ulyſſem. Chori puerorum ſunt & virginum. Ducunt eum concinuntque Eunomus Locrus, & Lesbius Arion, & Anacreon, & Steſichorus. Etenim hunc quoque apud illos vidi, jam reconciliata illi Helena. Hi vero cum canere deſierunt, alter chorus procedit cycnorum, hirundinum, ac luſciniarum: & ubi hi quoque cecinerunt, tum ſane ſilva tota fiſtulis quaſi ſuccinit, ventis ducibus.

τὸ συμπόσιον ὑάλινα, μεγάλα, ϗ λαγυναστάτης ὑάλυ· ὁ καρπὸς δ' ἔστι τούτων τ δένδρων, ποτήρια παντοῖα καὶ τὰς καλασκευὰς, καὶ τὰ μεγέθη. ἐπειδὰν οὖν παρίῃ τις εἰς τὸ συμπόσιον, c τρυγήσας ἓν ἢ καὶ δύο τῶν ἐκπωμάτων πίνεται, τὰ δὲ αὐτίκα οἴνυ πλήρη γίγνεται· οὕτω μὲν πίνουσιν. ἀντὶ δὲ τῶν στεφάνων, αἱ ἀηδόνες, καὶ τἆλλα τὰ μουσικὰ ὄρνεα, ἐκ τ πλησίων λειμώνων τοῖς στόμασιν ἀνθολογοῦντα, καλαυρῷ αὐτὺς μετ' ᾠδῆς ἐπιπετόμενα, καὶ μὴν καὶ μυρίζουσι· νεφέλαι πυκναὶ ἀναστάσασαι μύρον ἐκ τ πηγῶν, καὶ τῦ πολαμῦ, καὶ ὀπιστᾶσαι ὑπὲρ τὸ συμπόσιον, ῥέμα τ ἀνέμων ἐπιθλιβόντων, ὕσει λεπτὸν, ὥσπερ δρόσον.

Ἐπὶ δὲ τῷ δείπνῳ, μουσικῇ τε καὶ ᾠδαῖς σχολάζουσιν· ᾄδει δὲ αὐτοῖς τὰ Ὁμήρυ ἔπη μάλιστα, καὶ αὐτὸς δὲ πάρεστι, καὶ συνευωχεῖται αὐτοῖς, ὑπὲρ τ Ὀδυσσέα καλακείμενος. οἱ μὲν οὖν χοροὶ ἐκ παίδων εἰσὶ, καὶ παρθένων· ἐξάρχουσι δὲ, καὶ συνᾴδουσιν, Εὔνομός τε ὁ Λοκρὸς, καὶ Ἀρίων ὁ Λέσβιος, καὶ Ἀνακρέων, καὶ Στησίχορος· καὶ γὰρ καὶ τοῦτον παρ' αὐτοῖς ἐθεασάμην, ἤδη τ Ἑλένης αὐτῷ διηλλαγμένης. ἐπειδὰν δὲ ἅπαυσαν ᾄσαντες, δεύτερος χορὸς παρέρχεται ἐκ κύκνων, καὶ χελιδόνων, καὶ ἀηδόνων· ἐπειδὰν δὲ καὶ οὗτοι ἄσωσι, τότε δὴ πᾶσα ἡ ὕλη ἐπαυλεῖ, τ ἀνέμων καλαρχόντων.

Mé-

c Τρυγήσας] Τρυγίσας J. Τρυγήσας recte aliae. d Γίγνεται] Γίνεται Fl.

grae, ſed corporibus veris, ſi ſoliditatem excipias, ſimiles. M. du S.

23. Ὀπώραι] (ὀπώρα λέγεται ἡ χλοώδη τ καρπὸν ἔχουσα, οἷον δαρακινὰ, μῆλα ἀπτίδια, δαμασκηνὰ, ϗ ὅσα μὴ ἔχει ἔξωθεν τι ξυλῶδες. Conſtant. Geop. L. X.) Vorſt. M. du S.

50. Στόμασιν] Parum concinne hoc quidem, niſi cum Ariſtophanis Socrate ὑρροπυγίῳ facias canentes. M. du S.

63. Εὔνομος] Muſicus is clarus, cujus hiſtoriolam lege, quam narrat in Protr. Clemens Alexand. ſub ipſum initium, de cicada chordae fractae vicem ſubeunte. M. du S.

64. Στησίχορος] Poëta propter Helenae vituperationem oculis captus, non prius, niſi placato palinodia oblaeſo numine, videre potuit. Lucian. Macrob. G. C.

66. Ἑλένης] In Helenam poëma inclementius ſcripſerat, ob quod a Caſtore & Polluce luminibus orbatus, cantata rurſus palinodia viſum recepiſſe fertur. Vid. Philoſtr. VI. 245. & Plat. in Phaedro; adde Iſocrat. Ἑλ. ἐγκ. p. 329. M. du S.

Μέγιστον δὲ δὴ πρὸς εὐφροσύνην ἐκεῖνο ἔχουσι· πηγαί εἰσι δύο [a] περὶ τὸ συμπόσιον, ἡ μὲν, γέλωτος, ἡ δὲ, ἡδονῆς· ἐκ τούτων ἑκατέρας, πάντες ἐν ἀρχῇ τῆς εὐωχίας πίνουσι, καὶ τὸ λοιπὸν ἡδόμενοι, καὶ γελῶντες ἄγουσι.

16. Maximum & illud ad hilaritatem *adjumentum* habent, *quod* fontes sunt duo, circa coenationem, risus alter, alter vero voluptatis, e quorum altero in ipso convivii principio bibunt, & quod superest jucunde & cum risu agunt.

Βούλομαι δὲ εἰπεῖν καὶ τῶν ὀπισήμων ὅς τινας παρ' αὐτοῖς ἐθεασάμην. πάντας μὲν τοὺς ἡμιθέους, οἳ τοὺς ὑπὲρ Ἴλιον στρατεύσαντας, πλήν γε δὴ τοῦ Λοκροῦ Αἴαντος. ἐκεῖνον δὲ μόνον ἔφασκον ἐν τῷ τῶν ἀσεβῶν χώρῳ κολάζεσθαι· βαρβάρων δὲ, Κύρους τε ἀμφοτέρους, καὶ τὸν Σκύθην Ἀνάχαρσιν, καὶ τὸν Θρᾷκα Ζάμολξιν, καὶ [b] Νομᾶν τὸν Ἰταλιώτην, καὶ μὴν καὶ Λυκοῦργον τὸν Λακεδαιμόνιον, καὶ Φωκίωνα, καὶ Τέλλον, τοὺς Ἀθηναίους, καὶ τοὺς σοφοὺς, ἄνευ Περιάνδρου· εἶδον δὲ καὶ Σωκράτην τὸν Σωφρονίσκου ἀδολεσχοῦντα μὲν Νέστορι καὶ Παλαμήδει· περὶ δὲ αὐτὸν ἦσαν Ὑάκινθός τε ὁ Λακεδαιμόνιος, καὶ ὁ Θεσπιεὺς Νάρκισσος, καὶ [c] Ὕλλας, καὶ ἄλλοι καλοί. καί μοι ἐδόκει ἐρᾶν τοῦ Ὑακίνθου· τὰ πολλὰ δ' ὧν [d] ἐκεῖνον διήλεγχεν. ἠπείλει δὲ χαλεπαίνειν αὐτῷ ὁ Ῥαδάμανθυς, καὶ ἠπειληκέναι πολλάκις ἐκβαλεῖν

17. Dicere jam volo, nobilium hominum quos apud illos viderim. Semideos quidem omnes, & qui ad Ilium pugnarunt, praeter Locrum Ajacem: illum solum dicebant in loco impiorum dare poenas. Barbarorum vero Cyrum utrumque, & Scytham Anacharsin, & Zamolxin Thracem, & Numam Italum: ac praeter hos Lycurgum Lacedaemonium, & Phocionem ac Tellum Athenienses, & Sapientes, Periandro excepto. Vidi etiam Socratem Sophronisci F. sermones caedentem cum Nestore & Palamede. Circa illum erant Hyacinthus Lacedaemonius, & Thespiensis Narcissus, & Hylas, & pulchri alii. Et videbatur mihi amare Hyacinthum: multa sane illum redarguebant. Dicebatur autem iratus illi Rhadamanthus, & saepe minatus esse, de insula se illum ejecturum, si.

a Παρὰ] Sic A. & P. Περὶ Edd. priores. b Νουμᾶν] Ex *Solani* emendat. Νομᾶν enim Edd. c Ὕλλας] Sic *Fl. H. J. P. Ald.* &c. d Ἐκεῖνον διήλ.] Ἐκείνῳ διελέγξει *Vorst.* emendat, ut infra c. 23. f. Edd. nostrae nihil mutant.

79. Ἐθεασάμην] Κατὰ ποιοῦ τὸ ἰθιασάμην. V.

73. Περὶ] Angl. ὑπὸ. *J. B.*
Παρὰ] Ex Angl. & P. reliqui enim περὶ habent, vitiose. *M. du S.*
Παρὰ] Infra vero cum dativo, hac ipsa Dissert. c. 33. pr. πηγαὶ δύο ὑπὸ ταῖς πύλαις. *J. F. R.*
80. Ἡμιθέους] Semidei non integri Dii neque homines; sed altero parente divino, altero humano: aut semidei ratione virtutis. *Tertullianus* quatuor Gentilium deorum differentias fuisse scribit, quorum quidam selecti & majorum gentium dii vocati sunt, quidam Semidei & Heroes, quidam Medioximi, & quidam Semones. *G. C.*
81. Λοκρ. Αἴαντος] Ob violatam ab eo Cassandram. *M. du S.*
85. Νομᾶν] Omnes, quotquot vidi, libri Νομῶν. Sed vide Ἀποφθ. c. 8. & Μακρόβ. c. 8. *M. du S.*
87. Τέλλον] Vide Ἐπιστ. c. 10. & *Plut.* *M. du S.*
88. Ἀνὸ Περ.] Aut quia tyrannus; aut potius quia calamitates domesticas tam inique tulit, ut, aegritudine inde contracta, decesserit; quod sapientis non est. At si *Aelianum* audias, duo Periandri fuerunt, sapiens alter, alter tyrannus; *Var. Hist.* XII. 35. Sed foede corruptus locus est ille *Aeliani*. Fuere quidem duo Periandri, sed uterque tyrannus; sapiens hic Corinthi, Ambraciae vero alter ille. Vide *Diog. Laërt.* p. 25. & *Menag. not.* p. 36. Qui *Periandrum* VII. sapientibus annumerari nolunt, *Epimenidem* pro eo reponunt. (Vid. *Plut.* Solon. 154, 2.) *Plato* vero *Eudoxum*, teste *Diog. Laërt.* 7. F. sed in Protag. 206. F. ubi sapientes Plato recenset. *Eudoxus* ille non comparet,

si nugas agere pergeret, & nollet dissimulatione omissa convivari. Plato solus non aderat, sed dicebatur ipse quoque civitatem habitare a se conflictam, eaque forma reipublicae, eisque, quas scripsisset, legibus uti.

18. Aristippus quidem & Epicurus, primas hic ferebant, suaves homines, & gratiosi, & convivae commodi. Aderat etiam Aesopus Phryx, quo ut scurra ridiculario utuntur. Verum Sinopensis Diogenes ita mutavit mores, ut Laida duxerit meretricem, ebriusque saepe ad saltandum consurgat, & vinolentas nugas agat. Stoicorum aderat nemo: dicebantur enim adhuc adscendere arduum illum virtutis collem. Audiebamus etiam de Chrysippo, non prius illi fas esse insulam ingredi, quam elleboro quartum usus esset. Academicos vero dicebant velle quidem venire, sed sustinere se adhuc, & considerare: neque enim hoc ipsum illos percipere, an insula talis sit. Alioquin etiam Rhadaman-

αὐτὸν ἐκ τ νήσου, ἣν Φλυαρῆ, καὶ μὴ θέλῃ ἀφεὶς τ εἰρωνείαν, εὐωχεῖαζ. Πλάτων δὲ μόνος ὐ παρῆν, ἀλλ' ἐλέγετο καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ὑπ' αὐτῦ ἀναπλασθείσῃ πόλει οἰκεῖν, χρώμενος τῇ πολιτείᾳ, καὶ τοῖς νόμοις οἷς συνέγραψε, πολιτεύεαζ.

Οἱ μὲντοι ἀμφ' Ἀρίστιππόν τε καὶ Ἐπίκουρον τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἐφέροντο, ἡδεῖς τε ὄντες, καὶ κεχαρισμένοι, καὶ συμποτικώτατοι. παρῆν δὲ καὶ Αἴσωπος ὁ Φρύξ. ᵉ τοῦτο δὲ ὅσα καὶ γελοιοποιῷ χρῶνζ. Διογένης μέν γε ὁ Σινωπεὺς, τοσοῦτον μετέβαλε τῷ τρόπῳ, ὥστε γῆμαι Λαΐδα τ ἑταίραν, ὀρχεῖσθαί τε ὑπὸ μέθης πολλάκις ἀνιστάμενον, καὶ παροινεῖν. τ δὲ Στωϊκῶν, οὐδεὶς παρῆν· ἔτι γὰρ ἐλέγοντο ἀναβαίνειν τ ἡ ἀρετῆς ὄρθιον λόφον. ἠκούομεν δὲ καὶ περὶ Χρυσίππου, ὅτι ὐ πρότερον αὐτῷ ἐπιβῆναι τ νήσου θέμις, πρὶν τὸ τέταρτον ἑαυτὸν ἐλλεβορίσῃ· τοὺς δὲ f Ἀκαδημαϊκοὺς ἔλεγον ἐθέλειν μὲν ἐλθεῖν, ἐπέχειν δ' ἔτι, καὶ διασκέπτεσθαζ· μηδὲ γὰρ αὐτὸ τοῦτο πως καταλαμβάνειν, εἰ καὶ νῆσός τις τοιαύτη ἐστίν. ἄλλως τε, καὶ τ ἐπὶ τῷ Ῥαδαμάνθῳ,

οἷ-

ᵉ Τούτῳ] Τούτων male *Fl.* Τούτῳ reliqq. & P. f Ἀκαδημαϊκοὺς] Sic *J. H. El. P.* &c. Ἀκαδημιακοὺς. *Coll.*

12. Τῶν δὲ Στωϊκῶν . . .] Οἷα φησὶ περὶ Στωϊκῶν, ἄνδρωτι; *G.*

17. Τοὺς δὲ Ἀκαδημαϊκοὺς] Οὐκ ἀκριβῶς ἄγαν τοὺς Ἀκαδημαϊκοὺς τοῖς Ἐφεσίοις συνάπτει Λουκιανός. *V.* (συνάπτεις, Λουκιανέ. *Coll.*)

ret. Immo Diogenes ipse 10. D. *Mysona* ibi pro *Periandro* a Platone suffectum observat. Vere itaque censet *Menagius* priorem Diogenis locum scioli esse glossema, quod in textum absurde receptum est. Vide notas ejus ad utrumque locum, unde multa ex antiquis Scriptoribus habes, quae ad catalogum illum VII. Sapientum spectant. *M. du S.*

Ἀνδ Περιάνδρου] Periander insula beatorum excidit haud dubie, quod tyrannus esset, & oppressam servitute Corinthum teneret. *J. M. G.*

89. Ἀδλιαχοῦντα ῥᾳ Νίφους] Quod optabat in ultimis sermonibus suis, a Platone in Apologia & Xenophonte servatis. *J. M. G.*

10. Ὥστε γῆμαι Λαΐδα] Serio accepit *Menagius* (ad *Diog. Laërt.* p. 138. D. E.) quod nolim a tanto viro factum. Jocose enim haec Lucianus, quia a nuptiis abhorruisse traditur Diogenes. Vid. *Diog. Laërt.* 144. E. & 150. E. ἐρωτηθεὶς ποῖα καιρῷ δεῖ γαμεῖν; ἔφη, τοὺς μὲν νέους μηδέπω, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους μηδὲ πώποτε. & 155. B. ἔλεγε δὲ ὃ κοινὰς εἶναι δεῖν τὰς γυναῖκας. γάμον μηδὲ ὀνομάζων, ἀλλὰ τ πειθαρχίαν τῇ πειθούσῃ συνεῖναι. *M. du S.*

16. Τέταρτον . . . ἐλλεβ.] Vide supra B. πρασ. c. 23. & Ἑρμ. c. 86. *M. du S.*

Ibid. Ἐλλεβορίσῃ] Confer supra *Hermot.* c. ult. *F. G.*

17. Ἀκαδημαϊκοὺς] Analogia videtur suadere scribendum ἀκαδημιακούς. Verum prius ex usu obtinuit, pluraque hujus scripturae exempla citat *Steph.* in Thes. qui etiam observat μετάθεσιν vocalium in hoc adjectivo factam. Et quia numerus Exemplarium longe major, non hic modo, sed ubique in Luciano vulgatam confirmat, non mihi dubium est, hanc scripturam esse veram. *J. F. R.*

οἶμαι, κρίσιν ἐδεδοίκεσαν, ἅτε ἡ τὸ κριτήριον αὐτοὶ ἀνηρηκότες. πολλοὺς δὲ αὐτῶν ἔφασκον ὁρμηθέντας ἀκολουθεῖν τοῖς ἀφικνουμένοις, ὑπὸ ναθείας δὲ ἀπολείπειν, μὴ καλαλαμβάνοντας, ἡ ἀναστρέφειν ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ.

Οὗτοι μὲν οὖν ἦσαν [a] ἀξιολογώτατοι τῶν παρόντων. τιμῶσι δὲ μάλιστα τὸν Ἀχιλλέα, καὶ μετὰ τοῦτον, Θησέα. περὶ δὲ συνουσίας καὶ ἀφροδισίων ὅτῳ φρονοῦσι· μίσγονται μὲν ἀναφανδὸν, πάντων ὁρώντων, καὶ γυναιξὶ, καὶ ἄρσεσι, καὶ οὐδαμῶς τοῦτο αἰσχρὸν αὐτοῖς δοκεῖ· μόνος δὲ Σωκράτης διώμνυτο, ἢ μὴν καθαρῶς πλησιάζειν τοῖς νέοις· καὶ μέντοι πάντες αὐτὸν ἐπιορκεῖν καλεγίγνωσκον. πολλάκις γοῦν ὁ μὲν Ὑάκινθος, ἢ ὁ Νάρκισσος, ὡμολόγουν, ἐκεῖνος δὲ ἠρνεῖτο· αἱ δὲ γυναῖκες εἰσὶ πᾶσαι κοιναὶ, καὶ οὐδεὶς φθονεῖ τῷ πλησίον, ἀλλ' εἰσὶ τοῦτο μάλιστα Πλατωνικώτατοι· καὶ οἱ παῖδες δὲ παρέχουσι τοῖς βουλομένοις, οὐδὲν ἀντιλέγοντες.

thi, puto, judicium metuunt; qui ipsum judicandi instrumentum sustulerint. Multos vero illorum, narrabant, impetu capto sequi eos qui veniant *in insulam*, sed ignavia quadam deficere ante quam assequantur, & de media via reverti.

19. Hi quidem igitur eorum qui aderant maxime commemorabiles. Maximo autem in honore habent Achillem, & post hunc, Theseum. De coitu & rebus venereis ita sentiunt. Miscent corpora publice, & in conspectu omnium, cum mulieribus pariter & cum maribus, & nequaquam malum hoc illis videtur. Solus Socrates dejerabat, se caste accedere ad juvenes: sed omnes peierare illum judicabant. Saepe enim Hyacinthus aut Narcissus fatebantur; at ipse negabat. Mulieres vero communes omnes, neque invidet quisquam viro alteri, sed hac in re maxime sunt Platonici. Praebent etiam pueri volentibus, nihil repugnantes.

20. Duo

a Ἀξιολογ.] Λογικώτατοι Cod. *Fl.* Nihil mutant Edd. praeter *Fl.* quae ἀξιολογικώτατοι.

35. Ἢ μὴν] Ἀντὶ τοῦ ὄντως. *V.*

26. Καλαλαμβάνοντ.] Καλαλαμβάνοντας illud pertinet ad ἀκαλαληψίαν Academicorum; itaque *comprehendendi* verbo usus essem: si illud de eo quoque dici posse sciviſſem, qui secutus alterum, tandem assequitur. Neque enim hic de fure, aut servo fugitivo sermo est, sed de viatoribus vel currentibus in stadio: ubi *assequendi* verbum domicilium quasi habet, quod tamen ipsum etiam ad illam mentis facultatem transfertur, qua *comprehendere* dicimur, quae plane intelligimus. *J.M.G.*

28. Ἦσαν ἀξιολογώτατοι] Flor. λογικώτατοι. *J.B.*

34. Διώμνυτο..] Vide quae nos supra ad B. πραϋν. c. 16. in eam rem attulimus. *M.du S.*

40. Τοῦτο] Pro κατὰ vel ἀφ' τοῦτο. Vid. supra T. I. *Nigrin.* p. 27. *J.F.R.*

48. Αὐτὸς] Necessaria videtur *Vorstii* emendatio, scribentis αὐτοὺς. Ratio in promtu est. Quis enim ferat nescire sese dicentem, quod tamen uno halitu enarrans inducitur? Absit autem ut, post *Leonem Allatium* aut *Cressollium* (uter enim horum hoc asseverarit non satis certo annotavimus) hic id agamus, ut Babylonium non fuisse Homerum demonstremus. Non enim mente captis scribimus. Vid. AG. X. 1733. Chium fuisse vult *Simonides* apud *Steph.* in Lyric. p. 119. *M.du S.*

Αὐτοὺς μὲ] Recepta lectio, αὐτὸς μὲ ἀγνοεῖν, nimis aperte contradicit his, quae statim sequuntur. Plane indubium mihi est, dedisse Lucianum αὐτοὺς, quod refertur ad ζητοῦντας seu disputantes, syneſi non abstrusa nec difficili. Certe sic interpretatus sum. *J.M.G.*

Αὐτοὺς μὲ ἀγν.] Cl. *Gesneri* emendatio adeo est necessaria, ut eam recipere etiam invitis libris nihil dubitarim. Sed & *Vorstius* in marg. sic emendarat, & Cod. *Pell.* correctionem firmat. Cl. *La Croze* adscripserat ἴφασκον legendum; quod etsi praestat vulgatae, tamen non satis planum reddit sensum. *J.F.R.*

49. Κολοφώνιον] Non dubitavi secundam syllabam contra Edd. correptam dare; quia non modo *Strabo* ita ubique scribit. Vid. ejus L. XIV. p. 952. vel 643. ubi ter quater occurrit; sed & quia poëtis corripitur, ut in saepe ab aliis adducto versu ex A. Gell. III. XI. quem tamen paullo aliter exhibet *Antholog.* IV. 2. quae sic: Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου. Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶς, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι. *J.F.R.*

57. Κατὰ

20. Duo nondum aut tres dies praeterierant, & accedens ad Homerum poëtam cum ambobus esset otium, tum reliqua ex eo quaesivi, tum unde esset? dicens illud maxime apud nos in hunc diem disputari. At ille ajebat, *illos ignorare, cum hi Chium, Smyrnaeum alii, multi Colophonium putent: se vero*, dicebat, *Babylonium esse, & apud cives non Homerum vocari, sed Tigranem: deinde cum obses* (Homerus) *apud Graecos esset, nomen mutasse.* Ad haec de versibus illius rejectis interrogabam, num scripti ab ipso essent? atque ille suos esse omnes confirmavit. Damnabam itaque Zenodoti & Aristarchi Grammaticorum frigidas disputationes. Ad haec cum satis respondisset, rursus interrogavi, *cur tandem*

Οὕτω δὲ δύο ἢ τρεῖς ἡμέραι διελελύθεισαν, καὶ προσελθὼν ἐγὼ Ὁμήρῳ τῷ ποιητῇ, σχολῆς οὔσης ἀμφοῖν, τότε ἄλλα ἐπυνθανόμην, καὶ ὅθεν εἴη, [b] λέγων τοῦτο μάλιστα παρ' ἡμῖν [c] εἰσέτι νῦν ζητεῖσθαι· ὁ δὲ [d] αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖν ἔφασκεν· οἱ μὲν γάρ, Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, πολλοὶ δὲ [e] Κολοφώνιον αὐτὸν νομίζουσιν. εἶναι μέντοι ἔλεγε Βαβυλώνιον, καὶ τῷ γε τοῖς [f] πολίταις, οὐχ Ὅμηρον, ἀλλὰ Τιγράνην καλεῖσθαι· ὕστερον δὲ ὁμηρεύσας τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλάξαι τὴν προσηγορίαν. ἔτι δὲ καὶ τῶν ἀθετουμένων στίχων ἐπηρώτων, εἰ ὑπ' ἐκείνου εἰσὶ γεγραμμένοι· καὶ ὃς ἔφασκε πάντας αὐτοῦ εἶναι. [g] καλεγίνωσκον οὖν τὴν ἀμφὶ τὸν Ζηνόδοτον καὶ Ἀρίστarχον γραμματικῶν πολλὴν τὴν ψυχρολογίαν· ἐπεὶ δὲ ταῦθ' ἱκανῶς ἀπεκέκριτο, πάλιν αὐτὸν ἠρώτων, τί δήποτε ἀπὸ τῆς μηνίδος τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο,

[b] Λέγων τοῦτο] Nihil mutant *Coll.* & Edd. [c] Εἰσέτι] Εἰσί—τι *J. H. Fl.* Ceterae recte, ut edidi. [d] Αὐτὸς] Sic *Pell.* Αὐτὸς Edd. absurde, σὸν, ἴσως ante ἀγνοεῖν addit Cod. L. [e] Κολοφώνιον] Sic *Anon.* ap. *Pell.* Καλοφώνιον enim Edd. [f] Πολίταις] *Alii* πλείοσις *Coll.* Prius habent *J. Fl. H. P.* [g] Καταγίνωσκον] Sic *Fl.* & *P.* Κατειγίνωσκον *J.* & *H.*

46. Λέγων τ. μ.] Γραι. λέγων τοῦτο μάλιστα. *G.*

51. Τοῖς πλείοσις] Γραι. τοῖς πολίταις. οὐχ Ὅμηρος. *G.*

57. Καλεγίνωσκον] Σημειοῦ λέξ. τὴν σύνταξιν, τὸ γὰρ γινώσκω γενικῇ συντάσσεται. οἷον καλαγινώσκω σου τὴν φλυαρίαν. ὁ δὲ Θ αἰτιατικὴν ἀπέδωκεν. κατειγίνωσκον τὴν ψυχρολογίαν. ἤτοι ἐν Ἀτθικοῖς ἐσυνέταξαν. αὐτοὶ γὰρ καὶ ἐπὶ ἄλλων πολλῶν τοῦτο φιλοῦσι ποιεῖν τῇ κοινῇ * ἐναντιουμένοι συνηθείᾳ. ἢ τὸ καλαγινώσκω ἀντὶ τοῦ γελῶ ἢ λέξεως εἴληπται. *V.*

* Ἐναντιόμενοι] Ἐναντιόμενον male Ed. *Cler.*

57. Κατειγίνωσκον] Non verum est quod *Scholiast.* ait, ab Atticismo nostrum recessisse, quando hoc verbum cum accusativo construit; nec hi enim duplicem genitivum semper adhibent. Ecce *Thucyd.* VI. c. 61. p. 417. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἐρήμην δίκῃ θάνατον κατέγνωσαν αὐτοῦ τε Θ τὴν μετ' ἐκείνου. *Aristoph.* Eq. vers. 1357. Εἰ μὴ καταγνώσεσθε τουτὶ τὴν δίκην. Quod tamen & condemnandi notione capiendum ibi Scholiastes monet, id exponens: Εἰ μὴ καταψηφίσεσθε Θ καταδικάσετε. Plura *Steph.* ex *Demosth.* aliisque in Thes. append. T. I. p. 1854. Sed si apud Lucian. pro simplici *cognosco* accipere velis, licet; nam & sic fere *Aristoph.* Eq. vers. 46. Οὗτος καταγνοὺς τὼ γέροντε τὼ τρόπω. Etli paullo plus valeat, quam simplex, ut *Bisetus* ibi monet, dicens: Καταγνοὺς, θεωρήσας. ὡσαύτη ἡ κατὰ εἶδος καταμαθὼν Θ αἰσθόμενος πρὸς ἔμφασιν δὲ πλείονα εἶπε τῷ μαθών. &c. quae ap. eum sis vide. *J F.R.*

58. Ζηνόδοτον] Aristarchus notissimus. *Zenodotus* Bibliothecae Alexandrinae primus praefuit. *Suid. M. du S.*

61. Μήνιδος] Immerito hic Homerum fugillat, quod *iram Achillis* initium suo poëmati fecerit: palam enim est Iliada legenti, eam rem in toto poëmate agi, ut rectissime id *argumentum* esse dixeris. Quod non intelligentes e nostris quidam imperiti & barbari prorsus homines, *Rhapsodias* cum audiunt antiquis dicta Homeri poëmata, nec quid ea vox sit, nisi ex vernaculo idiomate assequi valentes, varia sibi fingunt & dissoluta carmina, nullo consilio judiciove a coeco mendicabulo temere effusa, in unum tandem corpus consarcinata, aut potius a fatuis hominibus & prorsus rudibus collecta, *Poëma heroicum* nunc audire. Qui, si cum Luciano haec ludentes effutirent, venia forsan digni putandi sint. At serio id agunt, ut quae ipsi prae imperitia, nisi Latine versa, intelligere non possunt, aliis contemtui sint & deridiculo. Horum

σαλο, καὶ εἶπεν ὅς, ὕττως ἐπελθεῖν αὐτῷ, μηδὲν ἐπιτηδεύσαντι. χαὶ μὴν χαὶχεῖνο ἐπεθύμουν εἰδέναι, εἰ προτέραν ἔγραψε τὴν Ὀδύσσειαν τῆς Ἰλιάδος, ὡς πολλοί φασιν· ὁ δὲ ἠρνεῖτο· ὅτι μὲν γὰρ οὐδὲ τυφλὸς ἦν, ὃ χὰ αὐτὸ περὶ αὐτοῦ λέγουσιν, αὐτίκα ἠπιστάμην, ἑώρα γάρ, ὥστε οὐδὲ συνθάνεσθαι ἐδεόμην· πολλάκις δὲ χαὶ ἄλλοτε τοῦτο ἐποίουν, εἴ ποτε αὐτὸν σχολὴν ἄγοντα ἑώρων. προσιὼν γοῦν τι ἐπυνθανόμην αὐτοῦ, χὰ ὃς προθύμως πάντα ἀπεκρίνετο, χὰ μάλιστα χατὰ τὴν δίκην, ἐπειδὴ ἐχράτησεν· ἦν γάρ τις γραφὴ χατ' αὐτοῦ ἀπενηνεγμένη ὕβρεως ὑπὸ Θερσίτου, ἐφ' οἷς αὐτὸν ἐν τῇ ποιήσει [a] ἔσχωψε, χαὶ ἐνίχησεν Ὅμηρος, Ὀδυσσέως συνηγοροῦντος.

Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τούτους ἀφίχετο χὰ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, ἑπτάχις ἀλλαγείς, χὰ ἐν τοσούτοις ζώοις βιοτεύσας, χὰ

ab ira Achillis *initium* carminis *feciſſet?* Et ille, *ita ſibi temere in mentem veniſſe.* Etiam illud ſcire volebam, prioremne ſcripſiſſet Ulyſſeam Iliade, ut multi referunt? negabat. Caecum enim non fuiſſe, quod ipſum quoque de illo narrant, ſtatim ſciebam. Utebatur enim oculis: ut nec interrogatione opus eſſet. Saepe etiam alias hoc faciebam, ſi quando otioſum illum viderem, ut accedens ipſum interrogarem aliquid: atque ipſe promte ad omnia reſpondebat, in primis ſecundum judicium cum viciſſet. Erat enim dica illi ſcripta injuriae, a Therſite, quod contumelioſe in ipſum luſiſſet in carmine: vicitque Homerus, cauſſam illius una agente Ulyſſe.

21. Iisdem temporibus Pythagoras etiam Samius advenit, ſepties mutatus, vita in totidem acta animalibus, perfectisque tot ani-

a Ἔσκωψε] Ἔσχοψε male Edd. plurimae. Ἔσκωψε recte L. B2. & S.

66. Οὐδὲ τυφλὸς ἦν] Ἱστορεῖ γοῦν τοῦτο Ἡρόδοτος ἐν τῷ * περὶ τοῦ Ὁμήρου βίου. V.

* Περὶ] Aberat in Edit. Nec magno opere requirerem; ſed quia adeſt in Cod. V. inſerere non dubitavi. J. F. R.

rum ego temeritatem audaciamque, & pulcherrimarum rerum ignorationem ſummam, cum *ſui ſeculi* ſuarumque rerum admiratione conjunctam Boilaeis compeſcendam exagitandamque relinquo. *M. du S.*

64. Εἰ προτέραν] Hac de controverſia acutiſſimum vide *Longini* judicium c. VIII. π. ὕψους. *M. du S.*

66. Ὅτι μὲν γὰρ οὐδὲ τυφλὸς ἦν, ὃ δὲ αὐτὸ περὶ αὐτοῦ λέγουσιν, αὐτίκα ἠπιστάμην, ἑώρα γάρ, ὥστε οὐδὲ συνθάνεσθαι ἐδεόμην] Vertunt: *ipſum vero caecum non eſſe, quod etiam dicunt, mox cognovi: vidi enim; itaque veritus ſum percontari.* Sed an ἑώρα, eſt, *vidi?* an οὐκ ἐδόμην, eſt, *veritus ſum?* Minime. Quare in hunc modum debebant: *Caecum vero non fuiſſe, quod ipſum etiam de eo dicunt, ilico cognovi: videbat enim, adeoque rogare opus non erat.* *H. V.*

Ibid. Οὐδὲ τυφλὸς ἦν] *Cicero* tamen Tuſc. Diſp. V. c. 39. *Homerum coecum inducit*, ſcribens: *Traditum eſt etiam, Homerum coecum fuiſſe. At ejus picturam, non poëſin, videmus. Quae regio, quae ora, qui locus Graeciae, quae ſpecies formaque pugnae, quae acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita expictus eſt, ut quae ipſe non viderit, nos ut videremus, effeceris?* nam quamvis Pictori comparetur Homerus, ex ſequentibus tamen adparet, Ciceronem eum coecum facere; quod etiam confirmatur exemplo Tireſiae coeci vatis, quem ilico ſubjungit Cicero. Vid. notam *Daviſii*, quem conſulendum Cl. *Hemſt.* in marg. *Graevianae* Ed. indicarat; ubi is *Brod.* Miſc. V. 9. & *Scholiaſten* Lucian. ad T. 2. p. 17. (i. e. ad *Somn.* ſ. *Gall.* ad verba τυφλὸς αὐτὸς ὤν) id cum Luciano negantem citat; nec non *Vellej. Pat.* qui L. I. 5. ait: *Homerum, ſi quis coecum genitum putat, omnibus ſenſibus orbus eſt.* Non igitur plane negat Vellejus Homerum coecum fuiſſe; ſed ab nativitate id calamitatis ei obtigiſſe negat: cum prae ſenio viſum amiſiſſe dici queat, quod & illi, quos *Daviſ.* citat, voluere. Vide etiam not. *Boecleri* ad Vellej. p. 38. Ed. *Burm.* Coecum autem fuiſſe *Daviſius* nullo modo dubitat; quod ſub Demodoci perſona ſemet ipſum deſcribere credatur ap. *Max. Tyr.* Diſſ. XXII. nec ego dubito, ſi caſu aut ſenio id contigiſſe dixeris, ut *Brod.* l. c. ex *Herodoto*, *Pauſan.* in Meſſen. & *Tzetze* probat; nam ab nativitate coecum ſtatuere abſurdum videtur; quum peregrinatio ad varios hominum mores, cultum, regionumque & urbium ſitum, quarum ingentem nobis catalogum reliquit, cognoſcenda, praecipuum ejus fuerit ſtudium. Quod autem ab ſtatuariis deſumitur argumentum, qui eum oculis captum finxerint, id admodum incertum mihi videtur; nam aut vulgarem hi rumorem ſecuti ſunt,

animae circuitibus. Erat vero dextro toto latere aureus. Illud quidem judicatum est, eum versari secum : hoc vero dubitabatur, utrum Pythagoram vocare an Euphorbum oporteret. Venit & Empedocles, circum ustulatus, & toto assatus corpore. Neque tamen, quantumvis multis verbis supplicaret, receptus est.

22. Procedente tempore certamen instabat, quae Thanatusia (*Mortualia*) apud illos vocantur. Praesidebant Achilles, Theseus septimum. Reliqua longum fuerit dicere : summa capita rerum enarrabo. Lucta vicit Carus Heraclides, victo in certamine de hac corona Ulysse. Pugilatus aequa laus fuit Arei Aegyptii, qui Co-

ἐκτελέσας τ᾽ ψυχῆς τὰς περιόδους· ἦν δὲ χρυσοῦς ὅλον τὸ δεξιὸν ἡμίτομον. καὶ ἐκρίθη μὲν συμπολιτεύεσθαι αὐτοῖς, ἐνεδοιάζετο δὲ ἔτι, πότερον Πυθαγόραν ἢ Εὔφορβον αὐτὸν ὀνομάζειν χρή. ὁ μέντοι Ἐμπεδοκλῆς, ἦλθε μὲν καὶ ἧττον περιέφθον, καὶ τὸ σῶμα ὅλον ἀπημμένον· εἰ μὴν παρεδέχθη γε, καίτοι πολλὰ ἱκετεύων.

Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ἐνέστη ὁ ἀγών, τὰ παρ᾽ αὐτοῖς Θανατήσια. ἡγωνοθέτει δὲ Ἀχιλλεὺς τὸ πέμπτον, καὶ Θησεὺς τὸ ἕβδομον. τὰ μὲν οὖν ἄλλα, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν· τὰ δὲ κεφάλαια τῶν πραχθέντων διηγήσομαι. πάλιν μὲν ἐνίκησε ὁ Κάρος ὁ ἀφ᾽ Ἡρακλέους, Ὀδυσσέα περὶ τοῦ στεφάνου παλαγωνισάμενος. πυγμὴ δὲ ἴση ἐγένετο Ἀρείου τε τοῦ Αἰγυπτίου, ὃς ἐν Κορίνθῳ τέθα-

ὁ Κᾶρος] Sic *Ba. J. H.* & *P.* cum *A.* Ceterae Κάρος. Κάπρος *Palm.* Κάραος *Gron.*

sunt, aut non satis differentiae inter videntem ac coecum est in illorum arte ; solent enim marmoreae effigies oculorum orbes ac pupillam raro exprimere, quorum circuli quum sulcis aliquantum excavatis describendi sint, id totam faciem deformat, & maligniores, ut sic dicam, oculos exhibet, quam si exterior tantum eorum ambitus solus efformetur. *J. F. R.*

72. Μετὰ τ. δ.] Sic lego pro κατὰ, quod in omnibus libris est. *M. du S.*

74. Θερσίτου] *Hom.* Il. B. 212. *M. du S.*

75. Ἔσχατος] L. *Ba.* & *S.* In reliquis prave ἴσχατος. *M. du S.*

81. Χρυσοῦς ὅλον τὸ δεξ.] De femore Pythagorae aureo vid. supra T. I. *Vit. auct.* §. 6. Neque hic putes χρυσοῦς in χρυσοῦν mutandum ; est enim solita ellipsis. τὸ κατὰ. *aureus erat femur*, pro *ad femur*. Etsi hic *totum dextrum latus* pro femore dicit. *J. F. R.*

83. Εὔφορβον] Trojanus fuit adolescens Panthi filius, fratris Hecubae, teste *Hom.* Il. 17. Lege *Laërt.* in Pythag. & *Ovid.* L. XV. *Met.* *G. C.*

86. Πατραδέλφους] Sic infra in *mort. Peregr.* §. 37. ἀδὺ τὸ δίαιμα ἀστραδέλφου γίγνεται ὁρᾶν. Sed in praes. temp. mox c. 29. & supr. in *Necyom.* *J. F. R.*

89. Θαυμασιώτατα] Eecere! Vir optime caeteroquin de literis Graecis meritus hunc festum diem, eamque celebritatem *Graecine fuae feriatae* inseruit. O lepidum caput! Mirum ni *Barnabisus Socratis*, & *sympo-sium* in ejus *Attica* alicubi locum habeant. Sapit *Barnes*, qui cum caetera excerperet, expunxit. *M. du S.*

93. Πάλιν μὲν ἐνίκησε Κᾶρος ὁ ἀφ᾽ Ἡρακλέους] *Lucta vicit Carus Heraclides.* Sic vertit Interpres. Nullibi invenio Carum illum luctatorem egregium. Rursus hoc loco legendum est Κάπρος ὁ ἀφ᾽ Ἡρακλέους. *Caprus post Herculem primus*, de quo supra fuse diximus. *J. G. a P.*

Ibid. Κᾶρος ὁ ἀφ᾽ Ἡρακλέους] Quem hic interpretem probabimus? In *Basileensi* editione vertunt : *Carus qui ab Hercule stabat*, satis lepida captatione ; ac si Graeca eadem foret constructio, quae Latina ; & scilicet in hoc certamine componebantur partes, quibus plurimi continebantur, & alii ab hoc stabant, alii ab illo. Ridicule omnino. Benedictus : *Carus Heraclides*, quod propius ad genium sermonis Graeci. Sed nullibi invenio Carum illum luctatorem egregium, inquit *Palmerius*. Quasi vero Lucianus huc introduxerit talem in terris celebrem luctatorem : immo quis egregius luctator ille Ulysses ? ex quo alterius adversario patet prorsus ratiocinationem *Palmerii* non procedere : multo minus ut ὁ ἀφ᾽ Ἡρακλέους possit reddi, *post Herculem primus*, quidquid de Capro suo sollicitus sit. Opinor optime adnotasse patrem Κάραν. Non agitur de luctatore ; agitur de heroibus, inter quos memorabilis Caranus Heraclides. *J. G.*

Κᾶρος] Consule *Loyd.* honoratissimi Praesulis Wigornensis Doctissimum & ipsum filium ad Olymp. CXLII. *Casal. Olymp.* a *Scal.* editum. *Pauf. Suid.* (sed apud hunc suo loco non comparet aut κᾶρος aut Κάπρος ille) Ulyssem hic adducit, quia luctantem fecit Homerus (Iliad. Ψ. 710. & seqq.) cum Ajace, quem & prostravit. *M. du S.*

96. Ἀρίου] Vid. *Plut.* 396. 2. Sed is tamen a nostro diversus. *M. du S.*

2. Ὅμως

θαπται, ἡ Ἐπειῷ, ἀλλήλοις συνελθόντων· παγκρατίου δὲ ὁ τίθεται ἆθλα παρ' αὐτοῖς. τὸ μέντοι δρόμου, οὐκ ἔτι μέμνημαι τίς ἐνίκησε. ποιητῶν δὲ, τῇ μὲν ἀληθείᾳ, παπολὺ ἐκράτει Ὁμήρου, ἐνίκησε δὲ ὅμως Ἡσίοδος. τὰ δ' ἆθλα ἦν ἅπασι στέφανος, [a] πλακεὶς ἐκ πτερῶν ταωνίων.

rinthi sepultus est, & Epei, inter se congressorum. Pancratii praemia apud illos non proponuntur. Cursu quis vicerit, non amplius recordor. Inter poëtas re quidem vera multum Homerus praestabat, vincebat tamen Hesiodus. Praemia omnibus plexa e pavoninis pennis corona.

Ἄρτι δὲ τῶν ἀγώνων συντελεσμένων ἀγγέλλονται οἱ ἐν τῷ χωρίῳ τῶν ἀσεβῶν κολαζόμενοι, διορρήξαντες τὰ δεσμὰ, καὶ τὴν φρουρὰν ὑπερβάντες, ἐλαύνειν ὅπι τὴν νῆσον. ἡγεῖται δὲ αὐτῶν, Φάλαρίν τε τὸν Ἀκραγαντῖνον, καὶ [b] Βούσιριν τὸν Αἰγύπτιον, καὶ Διομήδην τὸν Θρᾷκα, καὶ τὸν ἐπὶ Σκείρωνα,

§ 23. Jam consummato autem certamine nunciantur ii, qui in loco impiorum puniuntur, ruptis vinculis, superataque custodia, pergere ad insulam, ducibus Phalari Agrigentino, & Aegyptio Busiride, & Diomede Thrace, Scirone item atque Pi-

a Πλακεὶς] Πλακὴς *J.* sola male. b Βούσιριν] Βούσυριν Edd. male.

98. Παγκρατίου] Τάχα ἀφ' τὸ πληγαῖς βάλλειν τοὺς πυγμάχους, ὁ ἐκεῖσε * ἀγρὸν παρ' ὅσον ἀπαθὴς ὁ ἐν ᾄδου βίος, ὅτε σωμάτων ἀπηλλαγμένων. *V.*

9. Φαλ.] Οὗτος χαλεποτάτας ἐπινόει κολάσεις. (Hoc Scholium sede sua in V. motum, & in II. Vol. Ed. *Amst.* ad *Jov. Trag.* insertum, huic loco, ut & duo sequentia, restituimus. *M. du S.*)

10. Βούσιριν] Οὗτος ἀμὸς ἦν ὡς ☾ ἀνθρώπους ἐσθίειν. *V.*

11. Διομήδην] Οὗτος ἵππους εἶχεν ἀνθρωποφάγους· ἡ ὃς ἐκράτει ἔβαλλεν αὐταῖς. (Ante hoc Scholium haec verba legebantur in V. Ἔχετος τὸ Ἠπείρου βασιλεὺς τιμωρητικώτατος. Sed *Echetus* ille neque hic neque usquam apud Lucianum conspicitur. *M. du S.*)

* Ἀιγὸν] Ἀναιρετὸν habet Ed. *Cler.* Sed ex C. correxit *M. du S.* Qui postremam hujus Schol. vocem etiam emendavit, cum legeretur ἀπηλλαγμένος.

2. Ὅμ. — Ἡσ.] Ad traditionem alludit, quae coactaneos faciebat. Vid. *Philostr.* Her. p. 726. & seq. & Hennet. p. 52. *M. du S.*

9. Φάλαριν] Hic Agrigentinorum tyrannus, cui Perillus taurum aeneum fabricavit, quo impositi noxii dum torrerentur, tauri mugitum reddebant. *Senec.* L. 2. de Clem. c. 4. & L. 2. de Ira. *G. C.*

10. Βούσιριν] Busiris Rex Ægyptiorum Neptuni & Lybiæ filius, qui Thrasii consilio hospites violabat incognitos, ut eorum sanguine pluviam eliceret, cujus penuria Ægyptus novem annis laboraverat. *Seneca* loc. cit. *G. C.*

Βούσιριν] Mendose antea scribebatur Βούσυριν. Sic ut edidimus non Auctores tantum multi, sed & numismata scribunt: de quo vide *Apollod.* II. p. 53. B. *M. du S.*

11. Διομήδην] Diomedes Rex Thraciæ dum equos suos humana carne aleret, in Tyrida opido truculentus ab Hercule equis ipsis ad devorandum objectus est. *Ovid.* IX. Met. *G. C.*

43. ὁ δὲ] Tyrannicida gloriabundus commemorans, tyranni filium, juvenem, robustum, pessimum patriae immanitatis sectatorem, a se occisum esse; idque gloriosius sibi multo esse, quam si tyrannum ipsum, superstite adhuc filio, occidisset; ait se noluisse patrem tyrannum sua manu interimere; neque enim ulli futurum sibi fuisse gloriae, post tam nobile facinus, ignobiliori caede praecedens decus comminuere; propterea se reliquisse gladium, quo pater posset, si vellet, uti: atque adeo gladium sibi fuisse ministrum. ὁ δὲ, inquit porro, ὅπερ ἐγὼ προμαντευσάμην, διεπράξατο, καὶ ἐτυραννοκτόνησε, καὶ τέλ@ ἐπέθηκε τῷ ἐμῷ δράματι. Pro ὁ δὲ, legendum necessario vel τὸ δὲ, vel, ut potius nihil mutetur, ὃ δὲ. intelligitur ξίφ@, quod tyrannicida reliquerat occiso tyranni filio; & cui (ξίφει) quasi imperaverat, ut pro se reliquum opus efficeret, ipsum nempe tyrannum confoderet. Propterea deinceps c. 19 alloquens suum gladium, ait, ὦ ξίφ@, καινὸν, καὶ ἀφάδηκον τ ἐμῶν καλορθωμάτων. *J. J.*

ὁ δὲ] Nihil muto. De gladio tam forti, quasi vir esset, loquitur. *M. du S.*

& accipere praemium : neque enim esse me tyrannicidam, neque peractum a me quidquam secundum legem ; sed deesse aliquid operi meo ad id, ut postulare praemium possim. Interrogo igitur illum, Quid reliquum a me poscis ? non volui ? non escendi ? non interfeci ? non liberavi ? numquis imperat ? numquis jubet ? numquis Dominus minatur ? numquis me maleficorum effugit ? Non sane dixeris. Sed pace omnia plena, & leges *valent* omnes, & libertas liquida, & firmum populi imperium, & matrimonia contumeliis non obnoxia, & liberi metus expertes, & virgines securae, & communis felicitatis caussa festos dies agit civitas. Quis igitur auctor horum omnium ? quis est qui istis omnibus finem imposuit, haec praestitit ? Si quis enim est prae me dignus honore, cedo illi praemio, renuntio muneri. Sin solus ego perfeci omnia, audendo, periculum subeundo, ascendendo, interficiendo, puniendo, alterum alterius opera ulciscendo, quid calumniaris res praeclare a me gestas ? quid populum, ut ingratus adversum me sit, inducis ?

11. *Neque enim*, inquit, *tyrannum ipsum interemisti : at lex tyrannicidae decernit praemium.* Interestne autem, dic mihi, utrum quis ipsum interfecerit, an caussam illi mortis praebuerit ? Equidem nihil puto ; sed hoc solum legislator spectavit, libertatem, potestatem populi, liberationem ab injuriis. Hoc honoravit, hoc dignum judicavit praemio, quod sane mea opera factum non negaveris. Si enim *eum* interfeci, propter quem *interfectum* iste vivere

λαμβάνειν. εἰ γὰρ εἶναι τυραννοκτόνον, οὐδὲ πεπρᾶχθαί μοι τὶ κατὰ τὸν νόμον, ἀλλ' ἐνδεῖν τι τῷ ἔργῳ τῷ ἐμῷ, πρὸς ἀπαίτησιν τοῦ δωρεᾶς. συνθάνομαι τοίνυν αὐτῷ, τί λοιπὸν ἀπαιτεῖς [a] παρ' ἐμοῦ ; οὐκ ἐβουλήθην ; οὐκ ἀνῆλθον ; οὐκ ἐφόνευσα ; οὐκ ἠλευθέρωσα ; μή τις [b] ὑπετάττετο ; μή τις κελεύει ; μή τις ἀπειλεῖ δεσπότης ; μή τις με τῶν κακούργων διέφυγεν ; οὐκ ἂν εἴποις· ἀλλὰ πάντα εἰρήνης μεστὰ, καὶ πάντες οἱ νόμοι, καὶ ἐλευθερία σαφὴς, καὶ δημοκρατία βέβαιος, καὶ γάμοι ἀύβριστοι, καὶ παῖδες ἀδεεῖς, καὶ παρθένοι ἀσφαλεῖς, καὶ ἑορτάζουσα ἡ κοινὴ εὐτυχίαν ἡ πόλις. τίς οὖν ὁ τούτων ἁπάντων αἴτιος ; τίς ὁ ἐκεῖνα μὲν παύσας, τάδε δὲ παρεσχημένος ; εἰ γάρ τις [c] ἔστι τῶν πρὸ ἐμοῦ τιμᾶσθαι δίκαιος, τῷδε χωρῶ τῷ γέρως, ἐξίσταμαι δὲ δωρεᾶς. εἰ δὲ μόνος ἐγὼ πάντα διεπραξάμην, τολμῶν, κινδυνεύων, ἀνιῶν, ἀναιρῶν, κολάζων, δι' ἀλλήλων τιμωρούμενος, τί με ἀγθάλλεις τὰ καλορθώματα ; τί δὲ ἀχάριστον πρὸς μὲ τὸν δῆμον ποιεῖς εἶναι.

Οὐ γὰρ αὐτὸν ἐφόνευσας τὸν τύραννον· ὁ δὲ νόμος, τυραννοκτόνῳ δίδωσι τὴν δωρεάν. διαφέρει δὲ εἰπέ μοι, τί, ἢ αὐτὸν ἀνελεῖν, ἢ τῷ θανάτῳ παράσχειν τὴν αἰτίαν ; ἐγὼ μὲν γὰρ, οὐδὲν, οἶμαι· ἀλλὰ τοῦτο μόνον ὁ νομοθέτης [d] οἶδε, τὴν ἐλευθερίαν, τὴν δημοκρατίαν, τὴν τῶν δεινῶν ἀπαλλαγήν· τοῦτ' ἐτίμησε, τοῦτ' ἄξιον ἀμοιβῆς ὑπέλαβεν, ὅσῳ οὐκ ἂν εἴποις, μὴ δι' ἐμὲ γεγενῆσθαι. εἰ γὰρ ἐφόνευσα δι' ὃν ἐκεῖνος ζῆν οὐκ ἐδύνατο, αὐτὸς

a Παρ' ἐμοῦ] Παρ' ἐμῶν *Fl.* b Ἐπετάττετο] Ἐπετάττη *Fl.* c Ἔστι] Ἔστι sine accentu *J.* d Οἶδε] Ex L. Edd.

Ὁ δὲ] Masculi gen. ait, etsi referendum ad praemissum τὸ ξίφος. Sed vid. supra ad 2. *Ver. Hist.* c. 37. Et *Maist.* de Dial. p. 84. & 263. Ubi ἐδὴς γυνὴ, ex *Achill. Tat.* aliaeque generis enallagae referuntur ; Non tamen hic statuo enallagen generis proprie sic dictam ; sed *Solano* accedo, dicenti : *alloquitur gladium, ut personam* ; idque confirmo ex c. 19. ubi gladium *facti socium* vocat, & se ambos *praemio dignos* pronunciat, masculino genere. *J. F. R.*

82. Τῶν] Illud τῶν officere videtur sententiae. Nam si ejus rationem habeas, ita vertendum fuerit, *si quis est eorum, qui ante me fuere, praemio dignus* : quod a nemine factum puto. Et sane aut omittendum videtur, aut in τῶν, aliamve particulam mutandum. *J. M. G.*

τὸς εἰργασμαι τ σφαγήν· ἐμὸς ὁ φόνος, ἡ χεὶς ἐκείνη. μὴ τοίνυν ἀκριβολογῶ ἔτι περὶ τῦ τρόπυ τ τελευτῆς, μηδ' ἐξέταζε [a] ὅπως ἀπέθανεν, ἀλλ' εἰ μηκέτ' ὄντι, εἰ δ' ἐμὲ τὸ μηκέτ' εἶναι ἔχῃ, ἐπεὶ κἀκεῖνο προσεξετάσειν μοι δοκεῖς, καὶ συκοφαντήσειν τὸς εὐεργέτας, εἴ τις μὴ ξίφει, ἀλλὰ λίθῳ, ἢ ξύλῳ, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ ἀπέκτεινε. τί δὲ εἰ λιμῷ ἐξεπολιόρκησα τ τύραννον, τῷ ἀνάγκην τ τελευτῆς παρέχων, ἀπήτεις ἂν καὶ τότε παρ' ἐμῦ αὐτόχειρα τ σφαγήν; ἢ ἐνδεῖν ἔλεγές μοι τι πρὸς τ νόμον; καὶ ταῦτα, χαλεπώτερον τῦ κακύργυ πεφονευ-

jam non potuit, caedem ipse patravi. Caedes mea est, illius manus. Noli igitur tenuiter porro disputare de genere mortis, neque exquire, quomodo perierit? sed utrum esse desierit? utrum a me illud habeat, quod desierit? Alioquin illud etiam quaesiturus videris, & calumniaturus bene meritos, si quis non ferro, sed lapide, aut fuste, aut alio modo interfecerit. Quid vero si fame expugnassem tyrannum, objecta illi necessitate moriendi, numquid tum etiam a me reposceres caedem manu mea factam, aut deesse aliquid mihi diceres ad legem? idque, licet difficiliori mortis genere interfectus sit maleficus? Quin tu unum

[a] Ὅπως] Ὅπερ male *S.* & *Ald.* Ὅπως recte *J. H. B. P.* &c.

1. Ἐμὸς ὁ φόνος] Eleganter sane idem Tyrannicida, qui Tyrannum ad suam ipsius caedem adegerat, ait: ἐμὸς ὁ φόνος, ἡ χεὶς ἐκείνου. *Si enim ego*, inquit, *filium obtruncavi, prae cujus desiderio pater non poterat vivere, ipse patrem occidi: mea est caedes, manus ejus fuit ministra.* Phyllis apud *Ovidium:*

Ille necis causam praebuit, ipsa manum.

Et apud eumdem in Fastis ipsiusque Didus epistola:

Praebuit Aeneas & causam mortis & ensem.
Ipsa sua Dido concidit usa manu.

Persequitur porro Tyrannicida, Μὴ τοίνυν ἀκριβολογῶ ἔτι περὶ τῦ τρόπου τ τελευτῆς, μηδ' ἐξέταζε ὅπερ ἀπέθανεν. Hoc tamen Amstelaedamenses sᵛ ποιοῦντες correxerunt, edideruntque ex antiquis editt. ὅπως ἀπέθανεν. Aldina tamen hac labe inquinata quoque est. Pergit Noster, id nimirum inquirendum esse, εἰ μηκέτ' ὄντι, εἰ δ' ἐμὲ τὸ μηκέτ' εἶναι ἔχει. ἐπεὶ κἀκεῖνο προσεξετάσειν μοι δοκεῖς, καὶ συκοφαντήσειν τὸς εὐεργέτας, εἴ τις μὴ ξίφει, ἀλλὰ λίθῳ, ἢ ξύλῳ, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ ἀπέκτεινε. τί δὲ εἰ λιμῷ ἐξεπολιόρκησα τ τύραννον, &c. ἄλλῳ τῳ τρόπῳ, *alio quo modo*; nempe articulus hic pro τις ponitur; ergo ita, uti fecimus, scribendum. Interpres egregie sane agit, verba εἰ δὲ λιμῷ ἐξεπολιόρκησα, vertens, *si fame obsedissem.* sed debuit bonus Noster, *si fame expugnassem.* *J. J.*

3. Ὅπως] Miror diligentiam *Solani* hanc varietatem praeteriisse, quam Editiones conferens deprehendi inter ὅπως & ὅπερ. Et quum viderem principes Edd. prius habere, id recepi, non curans quid reliquae habeant. *J. F. R.*

4. Εἰ μηκέτ' ὄντι] Adleverat Cl. *Hemsterh.* videndum *L. Bos* in Exerc. Phil. ad N. T. p. 5. Is autem ibi occasione verborum *Evang. Matth.* II. 18. Ῥαχὴλ κλαίουσα — ὅτι οὐκ εἰσί, plura testimonia adfert, ubi haec phrasis de mortuis adhibeatur, non omisso etiam hoc Luciani loco. *J. F. R.*

8. Ἄλλῳ τῳ τρόπῳ] Articulum τῳ pro τινὶ hic accipiendum, recte monuit Cl. *Fens.* nota superiore. Exempla vero vid. T. I. *Prometh.* c. 7. ibique Cl. *Hemsterh.* p. 33. b. Adde Cl. *Gesner.* ad *Quom. Hist.* c. 51. *J. F. R.*

16. Ἐλπὶς τῦ φόβου] Conf. hujus Diss. c. 3. & 18. Adde *Thucyd.* VII. c. 61. (quem adeundum Cl. *Hemsterh.* in marg. admonuerat) ubi τὴν ἐλπίδα τῦ φόβου similiter dictum, alio *Thucyd.* testimonio ab *Wassio*; p. 486. 71. Hoc ipso vero Luciani loco ab *Dukero* confirmatur. *J. F. R.*

19. Χρωμένου] Retulit librarius ad συκοφαντοῦντας. Sed esse debet accusativus junctus infinito ἀπαιτεῖν. Quam pronum fuerit ν mutare in υ, apparet. *J. M. G.*

24. Εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν, ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε, μὴ δὲ τῇ χειρὶ εἴργασε τὸ ἔργον, ἠνάγκασε δὲ, καὶ παρέχει ἀφορμὴν τῦ φόνου, τὰ ἴσα ᾧ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι. μάλα δικαίως. εἰ γὰρ ἐβούλετο τῦ πεπραγμένου ἴσον γίγνεσθαι τὸ τ ἀδικεῖν] Vertitur, [*Si quis ipse occidit, aut si non ipse quidem occidit, neque manu facinus peregit, verum compulit, praebuitque mortis occasionem. Ex aequo & hunc quoque supplicio affici oportere lex censet, idque jure optimo. Audaciam enim facto minus valere noluit.*] non nisi inficete haec ultima reddi vides, *Audaciam enim facto minus valere noluit.* Ubi hoc in Graecis? An ἴσον γίγνεσθαι significat *minus valere?* Λῆροι, λῆροι. Explodenda quoque correctio *Marcilii*, pro εἰ γὰρ legentis ἢ γάρ. Nihil hic intellexerunt boni viri. Id vult Tyrannicida; duas esse caedis causas, legibus praefinitas; si quis vel ipse occiderit, vel non ipse quidem sua manu, sed coëgerit, mortisque occasionem praebuerit. Ex aequo & hunc quoque puniri, censere legem: & quidem

unum ſolum exquire ; illud repoſce ; circâ illud curioſus eſto : quis impiorum relictus ſit ? aut quae metus ſuſpicio ? aut quod calamitatum monumentum ? Si vero pura omnia, & pacata ; calumniatoris eſt, modo & ratione facinoris ad hoc uti velle, ut intercipias praemium laboribus propoſitum.

12. Quin ego hoc etiam diſerte dictum in legibus memini, niſi per longam ſervitutem eorum quae ibi dicuntur oblitus ſum, cauſſas mortis eſſe duplices, ſi quis ipſe interfecit ; aut ſi ipſe quidem non interfecit, neque manu perpetravit opus ; coëgit autem, & cauſſam caedis praebuit ;

μένῳ ; ἐν μόνον ἐξέταζε, τοῦτο ἀπαίτει, τοῦτο πολυπραγμόνει, τίς τ' πονηρῶν λείπεται, ἢ τίς ἐλπὶς τῇ φύσει, ἢ τί ὑπόμνημα τ' συμφορῶν ; εἰ δὲ καθαρὰ πάντα, καὶ εἰρηνικὰ, συκοφαντοῦντός ἐστι τῷ τρόπῳ τ' πεπραγμένων χρωμένου, ἀποστερεῖν ἐθέλειν τ' ὅτι τοῖς πεπονημένοις δωρεάν.

Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο μέμνημαι διηγορευμένον ἐν τοῖς νόμοις, ἐκτὸς εἰ μὴ ἔξω τ' πολλὴν δουλείαν ὑπελέλησμαι τ' ἐν αὐτοῖς εἰρημένων, αἰτίας θανάτου εἶναι διττὰς, εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν, ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε, μηδὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἀνάγ-

dem id jure cenſere legem. *Neque enim* (pergit ille, quae ita vertenda ſunt) *voluit* lex, *ejus, qui tantumdem commiſeris, eſſe impunitatem.* hoc eſt, noluit lex, id impunite abire alicui, qui plane id, quod ſecundum leges etiam caedes cenſetur, perpetraverit. Τὸ ἀθῷος, uſu loquendi Graecis tritiſſimo, eſt hoc in loco *impunitas.* Praecipue autem videtur *Marcilius* cum Interprete offendiſſe ad πεπραγμένου, quod pro ipſo facto uterque adſpexit ; ubi πεπραγμένος (nam in maſculino hic πεπραγμένου dicitur) ſit ipſe interfector, hoc quidem in loco. Saepiſſime Graeci perfecto paſſivo pro activo utuntur. *Lucianus* id facit paſſim ; ſic in *Nigrino* §. 10. Σὺ γὰρ ὀλίγα, καὶ ὅσα οἷόν τε ἦν, τυγχάνεις τῇ μνήμῃ συγκεκομισμένος. *Tu enim pauca, & tantum quantum pote erat, memoria complexus tecum adfers.* pro συγκεκομικώς. lib. II. *Verae Hiſt.* c. 33. Οὗτος γὰρ δὴ ἄρχει παρ' αὐτοῖς, σατράπας δύο, καὶ ὑπάρχους πεποιημένος. *Is enim apud illos regnat, duobus ſatrapis & praefectis creatis.* in *Toxar.* c. 11. ἴσθι μὲν ὦ Τάξαρι, ἐ φαῦλον τὸ ἔργον ἀνδρὶ οἷῳ σοί, ... τεθηγμένου πεπαιδευμένῳ τοὺς λόγους. *Eſt quidem, o Toxari, res haud parva viro, qualis tu es, paratam habenti orationem ſolerti acumine.* *Aelianus* VI. Ποικιλ. c. 11. Οἱ δὲ σὺν ἤθελον, δηλονότι πεπειραμένοι αὐτῶ. pro πεπειραμένοις. *Diodorus Sic.* lib. IV. cap. 69. Ἐπήγοντο τὴν στρατείαν ἐπιφανῆ πεποιημένοι. Sic πεποιημένος τύχας apud eumdem lib. V. cap. 58. *Polybius* lib. I. Ῥωμαίοις Τυρρηνοὺς ὑφ' αὑτοὺς πεποιημένοι. & τοὺς Καρχηδονίους πολλὰ μέρη τ' Λιβύης ὑπήκοα πεποιημένους. *Dionyſ. Halic.* lib. IV. ἀρχαιολογ. Ἐὰν τύραννος παρασκευασμένος ὅπλα. Sic κεκτημένος paſſim pro domino, quum proprie is ſit κεκτημένος. Nec in Participiis tantum, ſed etiam in Indicativis utuntur paſſivo, ſenſu activi. *Lucianus* in De ſaltatione c. 79. Ἡ μὲν γε Βακχικὴ ὄρχησις κεχείρωται τοὺς ἀνθρώπους. perſpicue pro κεχείρωκε. In *Deor. dialogis* VII. fin. Ῥαδάμανθυς τινὰς πεποίηται θεωρασείων τὴν δύταμιν, ἢ ψυχαγωγεῖ, καὶ κατάγει τοὺς νεκρούς. *Virgam quamdam fecit* Mercurius, *mirifica pollentem vi, qua animas ſub triſtia tartara mittit.* Sic ἐπεποίητο pro ἐποίησαι Noſter in *Prometheus es in verbis.* Itidem in Infinitivo : iterum Noſter in *Hermotimo* c. 54. Φασὶ γοῦν Φειδίαν, ὁπόταν μόνον λάθωσιν ἰδόντα, ἀπ' ἐκείνου ἀπολελογῆσθαι ἡλίκῳ ἂν ἀ πᾶς λίθῳ γένοιτο. E contrario ἀλοὺς in activa forma, ſignificatione paſſiva poni, nemo harum litterarum peritus ignorat. Ita & ἁλωκὼς valet *captus* apud Noſtrum in *Philopſeude* c. 2. Huc referam quoque id quod in Gloſſario legitur, *Abſumptum*, καταναλωσαντα ; nec ſentiam cum Vulcanio, emendanti καταναλωθέντα. Ego exiſtimem, quia καταναλώσασθαι, quamvis in activa forma, repertum fuerit ſignificatione paſſiva, propterea potiſſimum fuiſſe notatum. Nam profecto iterum habes idem in Gloſſario Graeco-Latino, καταναλώσασθαι, *abſumptum.* Caeterum quod monere fere oblitus eram, locus, quo de agimus, ita, ac nos eum ſupra poſuimus, diſtinguendus eſt : vulgo male, καὶ παρέχει ἀφορμὴν τῷ φόνου τὰ ἴσα, καὶ τοῦτον ἄξιοῦ ὁ νόμος αὐτὸν αὐτικολάζεσθαι. Sequitur continuo apud Noſtrum, Εἶτα τ' μὲ ὅτως ἀπεκτόνοτα, κολάζειν ὡς ἀνδροφόνον ἀξιοῖς, καὶ ἀδάμως ἀφιεῖς θήλεις. τ' δὲ κατὰ τ' αὐτὸν τοῦτον τρόπον τῷ πεποιηκότα τὴν πόλιν, ἐ τ' ὁμοίων ἀξιώσεις τῆς εὐεργέτας. Haec per interrogationem puto prolata eſſe, atque adeo ejus ſignum in calce utriusque periodi requiritur. Secundum leges, ait, non modo qui ipſe caedem perpetravit, punitur, ſed & qui utcumque caedis auctor fuit. *Ergone eum* (pergit) *qui ita cecidit aliquem, puniri tamquam homicidam cenſes, & neutiquam abſolvi vis ? Eum vero qui pari ratione ac ille* (ſcilicet qui caedem commiſit, licet utcumque fuerit auctor) *bene de civitate meritus eſt, non iisdem dignum cenſebis, quibus dignos cenſes bene meritos ?* Forſan ſcripſit quoque Noſter ἀπεκτόνασθα, non ἀπεκτόνοτα. Sed illud κατὰ τ' αὐτὸν τοῦτον τρόπον, utique ſanum & ſincerum eſt, ac ab *Marcilio* indigne ſollicitatum. Eſt enim, ut expoſuimus, *pari ratione, mereri praemium cenſendus eſt hic, qua ille* (*qui caedis auctor fuit,*) *vere commiſiſſe caedem, & puniendus eſſe, cenſendus eſt.* ſive, *eadem ratione illi rationi, quam modo poſuimus.* Sic enim αὐτὸς τινι dicitur, qui plane idem ſit, ac alius. *J. J.*

νάγκασε δὲ, καὶ παρέχειν ἀφορμὴν τῷ φόνῳ· τὰ ἴσα καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀνθικολάζεσθαι [a] μάλα δικαίως. [b] οὐ γὰρ ἐβούλετο τῷ πεπραγμένῳ [c] ἧσσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας. καὶ ταύτῃ λοιπὸν ἡ ἐξέτασις τοῦ τρόπου τῆς σφαγῆς. εἶτα τὸ μὲν ὅτως ἀποκτείνοντα, κολάζειν ὡς ἀνδροφόνον δικαιοῖς; καὶ ἀδαμῶς ἀφεῖναι θέλεις; τὸ δὲ κτείναντα τὸν αὐτὸν [d] τούτῳ τρόπον εὖ πεποιηκότα τὴν πόλιν, οὐ τοῖς ὁμοίων ἀξιώσεις τοὺς εὐεργέτας;

Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο ἂν ἔχοις λέγειν, ὡς ἐγὼ μὲν ἁπλῶς αὐτὸ ἔπραξα, ἠκολούθησε δέ τι τέλος ἄλλως χρηστὸν, ἐμοῦ μὴ θελήσαντος. τί γὰρ ἔτι ἐδεδίειν, τοῦ ἰσχυροτέρου πεφονευμένου; τί δὲ κατέλιπον τὸ ξίφος ἐν τῇ σφαγῇ, εἰ μὴ πάντως τὸ ἐσόμενον αὐτὸ προεμαντευόμην; ἐκτὸς εἰ μὴ τοῦτο φὴς, ὡς οὐ τύραννος ὁ τεθνεὼς ἦν, οὐδὲ ταύτῃ εἶχε τὴν προσηγορίαν, οὐδὲ δωρεὰς ἐπ' αὐτῷ πολλὰς, εἰ ἀποθάνοι, ἥδεως ἂν [e] ὑμεῖς ἐδώκατε.

aequaliter hunc etiam ipsum lex censet vicissim debere puniri: juste sane. Non enim voluit ipso facto minorem esse *suppeditatam plenam faciendi* facultatem. Caeterum supervacuum est quaerere de modo caedis. Deinde eum, qui ita interfecit, punire ut homicidam justum arbitraris, & nullo modo vis dimitti; eum vero, qui eadem plane qua hic ratione beneficio urbem affecit, non iisdem, quibus *alios* bene meritos *praemiis* dignum censes?

13. Neque enim illud possis dicere, me simpliciter illud *ac temere* feciisse, consecutum autem aliunde finem bonum praeter meam voluntatem. Quid enim amplius metuebam, interfecto, qui erat fortior? Quid vero gladium in jugulo reliqui, nisi omnino quod futurum erat divinavi? Nisi forte hoc dicis, tyrannum non fuisse, qui periit, neque illam habuisse appellationem, neque vos de ipso, si moreretur, praemia plu-

a Μάλα] Καὶ μάλα L. & *Marcil.* Deest καὶ in Edd. b Οὐ γὰρ] Καὶ γὰρ marg. *AiW.* ut conjecit *Marc.* c Ἧσσον] Ita restituimus ex L. & P. Ἴσον enim Edd. d Τούτῳ] Τοῦτον *Marc.* & *Vorst.* male. Τούτῳ servant *J. Fl. Bz. H. P.* &c. e Ὑμεῖς] Sic recte *J. Bz.* & *S.* cum Cod. L. & margine *AiW.* Ἡμεῖς male *Fl. P.* & *H.*

29. Μάλα δικαίως] Καὶ μάλα δικαίως. *Th. M.*

Μάλα δικαίως] Non improbem illud καὶ μάλα, si plures Codd. addicerent; nam vulgata claudicabat, quia comma ante μάλα expressum erat, quod jam sublatum minus hiantem facit orationem: si quis tamen καὶ insertum cupit, ei licet id adsumere. *J. F. R.*

Ibid. Οὐ γὰρ ἐβούλετο] Καὶ γὰρ ἐβούλετο. Etenim voluit par esse facto id quod extra metum seu periculum facti, τὸ τῆς ἀδείας, nempe ἀφορμὴν ἴσως παρέχειν. *Th. M.*

Οὐ γὰρ ἐβούλετο] Οὐ γὰρ ἐβούλετο ἄτοπον. Sic legendum videtur. Et sic videtur legisse interpres. *F. G.*

Οὐ γὰρ — ἧσσον] Sic P. & L. οὐ γὰρ ἐ. τ. π. ἧσσον γ. τ. τ. ἀ. Antea pro ἧσσον in omnibus legebatur ἴσον. Locum corruptum merito censebat *Vorstius*, qui illud ἧσσον non viderat. *M. du S.*

Οὐ γὰρ ἐβούλετο τῷ πεπραγμένῳ ἴσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας] Sic vertere visum, ut ipsa argumentandi ratio magis pateret. Opponuntur, ut arbitror, τὸ πεπραγμένον, (ut mox κεφαλὴ, τῆς πεπραγμένου & alia) id quod sua quis manu fecit, & τὸ τῆς ἀδείας. Ἄδειαν autem puto, quam modo ἀφορμὴν τοῦ φόνου dixit. Obversantur mihi alia etiam loca, ubi ἄδεια & ἀδεῶς similiter ponuntur, ut non tam ad metus absentiam & impunitatem, quam ad plenam, *cui nihil deest*, facultatem, opportunitatemque referantur: sed memoriae confisus, ut fit, scribere neglexi. *J. M. G.*

30. Ἧσσον] Quia probis Codd. nititur, & bellam argumentationem efficit, recepi, & pro *nonne* . . . *aequalem*; *non enim minorem*, in versione reposui, ut quam minime multa in Cl. *Gesneri* interpretatione mutarem; quae ad vulgatam οὐ γὰρ — ἴσον compositae, sic habebat: *nonne enim voluit ipsi facto aequalem esse suppeditatam plenam faciendi facultatem?* Quam versionem ut non rejicio, sic tamen illud ἧσσον eo planiorem sensum exhibere existimo, quo ipse sic est simplicior, si sine interrogatione procedat. Est enim sensus: *Lex non minus respicit consilium, quam ipsum factum.* Ἄδεια enim temerariam atque audacem molitionem hic significare videtur; quare, si liceret, omnia sic redderem: *Non enim voluit* (lex) *facto ipso levius censeri audax consilium*, vel potius: *conatum* istius, qui eo minore cum poenae metu agit, quod tutius per alium, quam per se caedem perficit. Verum & recte *licentiam*, sive *potestatem agendi*, quam alteri facio, vertas, cujus significatus exempla

Steph.

phara libenter fuisse daturos. Tum tu caeso tyranno, ei qui caussam illi caedis praebuit, praemium non reddes? Vah curiositatem! Curas autem quomodo mortuus sit, cum libertate fruaris? an ab eo qui populo restituit imperium, amplius quid postulas? Quamquam lex quidem, ut ais, caput factorum exquirit; quae vero in medio sunt, relinquit omnia, nec amplius curiosa est. Quid enim? nonne etiam qui expulit tyrannum, jam praemium tyrannicidae accepit? Et juste quidem. Libertatem enim & ipse pro servitute praestitit. At meum factum non exilium, non novae metus invasionis, sed perfecta undique destructio, & plenus universi generis interitus, radicitusque malum omne exstirpatum.

14. Et jam mihi, obsecro, ab initio inde usque ad finem, exquirite, si videtur, omnia, si quid eorum, quae ad legem *implendam* pertinent, praetermissum

τι. ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις. εἶτα τῷ τυράννῳ προφερομένῳ, τῷ τὴν αἰτίαν τοῦ μαχόντι τὴν σφαγῆς, οὐκ ἀποδώσεις τιμὴν δωρεάν; ὦ τῆς πολυπραγμοσύνης. μέλει δέ σοι πῶς ἀπέθανεν, ἀπολαύοντι τὴν ἐλευθερίας, ἢ τὴν τιμὴν δημοκρατίαν ἀποδεδωκότα, περιττότερόν τι προσαπαιτεῖς; καίτοι ὅ γε νόμος, ὡς φῂς, τὸ κεφάλαιον ἐξετάζει τῶν πεπραγμένων τὰ δὲ μέσα δὲ πάντα ἐᾷ, καὶ οὐκ ἔτι πολυπραγμονεῖ. τί γάρ; ὁ μὴ ἐξελάσας τὸν τύραννον, ἤδη τιμὴν ἔλαβε τυραννοκτόνου; καὶ μάλα δικαίως· ἐλευθερίαν γὰρ καθεῖναι ἀντὶ δουλείας παρέσχηται. τὸ δ' ὑπ' ἐμοῦ γεγενημένον, οὐ φυγή, οὐδὲ δευτέρας ἀναστάσεως ἐλπὶς, ἀλλὰ παντελὴς καθαίρεσις, καὶ πανωλεθρία παντὸς τοῦ γένους, καὶ ῥιζόθεν τὸ δεινὸν ἅπαν ἐκκεκομμένον.

καί μοι πρὸς θεῶν ἤδη ἀπ' ἀρχῆς ἐς τέλος, εἰ δοκεῖ, πάντα ἐξετάσατε, εἴ τι τοῦ πρὸς τὸν νόμον παραλέλειπται, καὶ εἰ ἐνδεῖ τι

Steph. in Thes. licet haud nimis adcurate, notavit; ideoque hac in parte nihil quidem Cl. *Gesnero* adversor, modo ea agendi facultas per ἄδειαν intelligatur, quae simul securitatem quandam aut impunitatem promittit. Nam & recte hoc *Josephi* de Bell. Jud. IV. c. 7. §. 2. Διὰ γοῦν τὴν εἰς μεθορτάλιος φόβου καὶ ταραχὴν, ἄδειαν εἶχον (sic enim pro ἴσχυον lego) οἱ κατὰ τὴν χώραν πονηροὶ, τὰ ἁρπαγῶν, convertas: *Itaque propter seditionem ac turbam in metropoli plenam facultatem habebant nequissimi accolae ad rapinas.* Verum ea facultas licentiam & impunitatis spem involvit. Conf. tamen praemissam Cl. *Jussii* notam, quam quia alia erudite tradit, integram servavi; circa haec verba autem haud scio an sententiam fuerit mutaturus, si *Solani* mutatam lectionem vidisset. Adsentirer facile de πιπράσκω hic active accipiendo, cujus exempla quoque dedi ad I. *Ver. Hist.* c. 35. Sed quomodo sic τὸ τῆς ἀδείας significet: *ejus esse i punitatem*, non video, quia tum videtur dicturus fuisse Lucianus: ἐβούλετο γίγνεσθαι τὴν ἄδειαν. At jam τὸ τῆς est *licentia ipsa*. *J. F. R.*

32. Ἀποκτείνειλα] Non rejicio vulgatam; sed commode ἀπεκτείναμεν legas. *J. F. R.*

34. Τὸν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτῳ τρόπον] *Marcilius* pro τοῦτῳ legendum censet τοῦτον. Sed quam habuerit emendandi rationem, non video: αὐτὸς enim passim cum casu tertio construitur. *Xen.* K. Π. 2. ὑμεῖς δὲ εἰς μὲ τὸ αὐτὸ ὑμῖν σπεύδητε. Et in *Sympos.* p. 893. εἰς ταὐτὸν τῷ οἴνῳ. Imitati sunt Latini: *Horat. Invitum qui servat, idem facit occidenti.* *H. V.*

35. Αὐτὸν τοῦτῳ τρόπον] Clar. *Vitringam* & *Jensium* recte contra *Marcilium* sentire, si quid probatione indiget, vide nos ad I. *Ver. Hist.* c. 3. *J. F. R.*

42. Ἐς τὴν σφαγήν] Probe monuerat Cl. *Hemsterh.* videndum Cl. *Duker.* ad Thucyd. IV. p. 266. n. 73. Is igitur σφαγὴν & hic *jugulum* significare, aeque ac ap. *Thucyd.* l. c. pluribus testimoniis probat, inter quae eminet illud *Plutarchi* Galb. τὴν σφαγὴν προτείνας, δῶσε, εἶπε. Quod *Suet.* Galb. XX. dicit: *obtuliisse ultro jugulum.* Tum neque Luciani verba sola adduxerat; sed & ea quae mox cap. penult. sequuntur: ἀπέσπασας δὲ τὸ σφαγῆς, καὶ τῷ τραύματι ἐξελὼν τὸ ξίφος. (quod *Erasm.* ibi recte verterat: *avulso igitur ense e jugulo*) nec non *Phalar.* I. c. 5. μᾶλλον δὲ γυμνὸν ἤδη ὑπῆχεν τὴν σφαγὴν, ubi Cl. *Gronov.* recte reprehendit Interpretem, qui haec, *nudam eandem sustinere*, convertit. Sed vid. quae ibi noto. Adde *Foës.* in Oecon. Hippocr. ubi σφαγὰς ex *Hippocr.* Libro περὶ ἀδένων, *venas jugulares* esse recte docet, & σφαγὴν *jugulum* significare, ex *Polluce* tradit; ideoque id versioni inserui. *J. F. R.*

47. Ἡμεῖς] Quamquam *Parisina* habebat ἡμεῖς, in versione tamen recte expresserat, *vos*. *J. F. R.*

51. Μᾶλλα δὲ σοι ὡς ἀπέθανεν;] Non ita populus Romanus, de quo *Cic.* Fam. 9, 10. *Te hoc scire volo, vehementer populum solicitum fuisse de P. Sullae morte, antequam certum scierit. Nunc quaerere desierunt, quomodo perierit. Satis putant se scire, quod sciunt.* *J. M. G.*

77. Ταῦ-

τ προσεῖναι ὀφειλόντων τυραννοκτόνῳ. πρῶτα μὴ δὴ γνώμην πρὸπάρχειν χρὴ γενναίαν, καὶ φιλόπολιν, καὶ πρὸ τ κοινῶν κινδυνεύειν ἐθέλουσαν, καὶ τῷ οἰκείῳ θανάτῳ τ τ πολλῶν σωτηρίαν ὠνησομένην· ἆρ' ἦν πρὸς τοῦτο ἐνεδέησα, ἐμαλακίσθην, ἢ προειδόμενός τινα τ ἀφ' ἑσυτ κινδύνων ἀπώκνησα; οὐκ ἂν εἴποις. μένε τοίνυν ἐπὶ τούτῳ ἔτι μόνῳ, καὶ νόμιζε τοῦ θελῆσαι μόνον, καὶ τοῦ βουλεύσασθαι ταῦτα, εἰ καὶ μὴ χρηστὸν ἀποβεβήκει· ἔκ γε τ γνώμης αὐτῆς καλῶς ἄντα με, γέρας ἀξιῶν, ὡς εὐεργέτιν λαμβάνειν. ἐμοῦ μὲν ὑ δυνηθέντος, ἄλλου δὲ μετ' ἐμὲ τελυραννοκτονήσοντος, ἄλογον εἰπέ μοι, ἢ ἄγνωμον ἦν προσδοκᾶν; καὶ μάλιστα εἰ ἔλεγον, ἄνδρες, ἐβουλόμην, ἠθέλησα, ἐπεχείρησα, ἐπειράθην τ γνώμης, μόνος ἄξιός εἰμι τιμᾶσθαι, τί ἂν ἀπεκρίνω τότε;

Νῦν δὲ, ὑ τοῦτό φημι, ἀλλὰ καὶ ἀνῆλθον, καὶ ἐκινδύνευσα, καὶ μυρία πρὸ τ τοῦ νεανίσκου σφαγῆς ἐποίησα. μὴ γὰρ οὕτω ῥᾴστον, μηδ' εὐχερὲς ὑπολάβῃς εἶναι τὸ πρᾶγμα, φρουρὰν διαφθεῖραι, καὶ δορυφόρων κρατῆσαι, καὶ τρέψασθαι τοσούτους μόνον· ἀλλὰ σχεδὸν τὸ μέγιστον ἐν τῇ τυραννοκτονίᾳ, καὶ τὸ κεφάλαιον τ ἔργων, τοῦτό ἐστιν. ὑ γὰρ δὴ αὐτός γε ὁ τύραννος μέγα καὶ δυσάλωτον καὶ δυσκατέργαστόν ἐστιν, ἀλλὰ τὰ φρουροῦντα καὶ συνέχοντα τ τυραννίδα· ἃ τις ἂν νικήσῃ, πάντα ἤδη κατώρθωσε, καὶ τὸ λοιπὸν, ὀλίγον. τὸ δὲ δὴ ἄχρι τοῦ τυράννου προσελθεῖν, οὐκ ἂν ὑπῆρξέ μοι, μὴ ἐκεῖ τοὺς αὐτοὺς φυλάκων, καὶ δορυφόρων ἀπάντων

sit: & si quid desit eorum, quae inesse in tyrannicida debent. Primo sane animum ante adesse oportet generosum, & amantem civitatis, & pro publica re periclitari volentem, & sua morte salutem multitudinis emturum. Num quid igitur ad hoc defeci, emollitus sum, aut praeviso aliquo eorum quae intervenire solent, periculorum, conatum abjeci? Non dixeris. Mane vero in hoc jam solo, & puta me voluntatis solius & consilii hujus, etsi utile *patriae* non evenerit, & de *solo* ipso animo consistentem, postulare praemium, ut bene meritum, accipere. Si igitur non potuissem, alius autem post me interfeciſſet tyrannum, absurdum, dic mihi, aut irrationabile fuerit praestari *mihi praemium?* in primis si dicam, Viri, cogitavi, volui, conatus sum, experimentum animi dedi: solus honore dignus sum: quid tum mihi respondeas?

15. Jam vero non hoc dico, sed etiam escendi, periclitatus sum, & sexcenta ante caedem juvenis feci. Nolite enim putare facillimum adeo, & proclive esse negotium, praesidia superare, satellites vincere, tot homines in fugam conjicere unum: sed maximum fere in tyrannicidio, & caput operum hoc est. Neque enim sane tyrannus ipse magnum quiddam est, captuque & confectu adeo difficile; sed ea quae custodiunt, continentque tyrannidem, quae si quis vicit, omnia ille praeclare confecit; parvum quiddam est, quod supereſt. Accedere autem ad tyrannos mihi non contigit, nisi superatis devictisque prius, quos circ-

a Ἔκ γε] Ex L. Ἔκ τε Edd.

77. Ταῦτα, εἰ καὶ] Hic deest verbum τολμῶ, aut simile quid. F.G.

78. Ἔν γε] Sic P. in reliquis est ἐκ τε. M.du S.

Ibid. Τ γνώμης μόνης] Aurea in omnibus aliter interpungebantur haec verba, & μόνος pro μόνης legebatur, ad hunc modum: ἐπειράθην τ γνώμης, μονος &c. nullo aut certe misero sensu, qui nunc longe, ut puto, melior apparet. M.du S.

Ibid. Καλῶς ἄντα] An προσδραμόντα? F.G.

Καλῶς ἄντα] Accipio κατὰ ἄντα judiciali significatione, ubi significat *stare in judicio*, quo sensu *consistere* Tertulliano & aliis Latinis usitatum. *Thucyd.* I, 131. καθίστασιν ἑαυτὸν ἐς κρίσιν κ. τ. λ. J M.G.

84. Ἐπειράθην τ γνώμης] *Solanus* in J. aliter distinxerat

circa se habebant; custodibus, satellitibusque universis. Nihil jam adjicio; sed in hoc rursus maneo. Praesidium superavi, vici satellites: tyrannum custodibus exui, inermem, nudum reddidi. Num propter haec honore dignus tibi videor: an insuper caedem a me poscis?

16. Verum si caedem quoque poscis, neque haec deest: neque incruentus sum, sed caedem feci magnam & fortem, juvenis in ipso vigore constituti, & omnibus formidabilis, propter quem iste quoque superior erat insidiis, in quo solo habebat fiduciam, qui pro multis sufficiebat satellitibus. Numquid igitur, mi homo, non dignus praemio, sed inhonoratus post tot ac tanta ero? Quid enim si satellitem unum, quid si ministrum tyranni unum, interfeciſſem? Quid vero si servum *illi* carum? nonne magnum videatur hoc quoque, ascendere aliquem, & in media arce, inter media arma, caedem facere alicujus amicorum tyranni? Jam vero interfectum vide ipsum. Filius erat tyranni: potius vero tyrannus asperior, & implacabilis dominus, & suppliciorum exactor crudelior, & in facienda injuria violentior: quod vero maximum, heres universorum & successor, quique multum extendere calamitates nostras posset.

17. Vis hoc solum a me perfectum? vivere autem & effugisse tyrannum? Praemium equidem & ob haec peto. Quid dicitis? non dabitis? nonne illum quoque suspectum habebatis? non dominus? non gravis? non intolerabilis erat? Jam vero

τῶν κεκραληκότι, κἀκείνης ἅπαντας προνεικηκότι. οὐδὲν ἔτι προσθήμι, ἀλλ' ὑπὲ τούτων αὖθις μάχω· φυλακῆς ἐκράτησα, δορυφόρους ἐνίκησα, τὸ τύραννον, ἀφύλακτον, ἄνοπλον, γυμνὸν ἀπέδωκα· τιμῆς ἄξιός ὑπὲ τούτοις εἶναί σοι δοκῶ, ἢ ἔτι ἀπαιτεῖς παρ' ἐμοῦ τὸν φόνον;

Ἀλλ' εἰ καὶ φόνον ζητεῖς, οὐδὲ τοῦτο ἐνδεῖ, οὐδ' [b] ἀναίμακτός εἰμι, ἀλλ' εἴργασμαι μεγάλην καὶ γενναίαν σφαγήν, νεανίσκου ἀκμάζοντος, καὶ πᾶσι φοβεροῦ, δι' ὃν ἀνεπιβούλευτος κἀκεῖνος ἦν, ᾧ μόνῳ ἐθάρρει, ὃς ἀντὶ πολλῶν ἤρκει δορυφόρων. ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιος, ὦ οὗτος, δωρεᾶς, ἀλλ' ἄτιμος ὑπὲ τηλικούτοις γένωμαι; τί γὰρ εἰ δορυφόρων ἕνα, τί δὲ εἰ ὑπηρέτην τινὰ τοῦ τυράννου ἀπέκτεινα; τί δ' εἰ οἰκέτην τίμιον; ἀ μέγα ἂν ἔδοξε καὶ τοῦτο, ἀνελθόντα ἐν μέσῃ τῇ ἀκροπόλει, ἐν μέσοις τοῖς ὅπλοις, φόνον τινὸς ἐργάσασθαι τῶν τοῦ τυράννου φίλων; νῦν δὲ καὶ τὸν προφονευθέντα αὐτὸν ἴδε. υἱὸς ἦν τυράννου, μᾶλλον δὲ τύραννος χαλεπώτερος, καὶ δεσπότης ἀπαραίτητος, καὶ κολαστὴς ὠμότερος, καὶ ὑβριστὴς βιαιότερος· τὸ δὲ μέγιστον, κληρονόμος τῶν ὅλων, καὶ διάδοχος, καὶ ὑπολυμαίνεσθαι τὰς ἡμετέρας συμφορὰς δυνάμενος.

Βούλει τοῦτο μόνον πεπράχθαι μοι; ζῆν ἔτι τὸν τύραννον διαπεφευγότα; γέρας δὴ ὑπὲ τούτοις αἰτῶ· τί φατέ; οὐ δώσετε; οὐχὶ κἀκεῖνον ὑφεωράσθε; οὐ δεσπότης; οὐ βαρύς; οὐκ ἀφόρητος ἦν; νῦν δὲ καὶ τὸ κεφά-

[b] Ἀναίμακτος] Sic *J. Alld. Fl. Fr. B2. S.* Ἀναίματος *P. H1.* & 2. in qua ἀναίματος correxerat *Gesn.* Hanc variat. *Salm.* omisit.

xerat & correxerat haec; scilicet sic: ἐπεχείρησα, ἐπιμένω τῷ γ. μόνης μόνος ἄξιός εἰμι. i. e. ut conjicio, τῷ γάμης μόνης &c. ut sensus esset: *suscepi negotium, periculum feci; propter solam adeo voluntatem solus praemio dignus sum.* ἵνεκα enim tum ante γάμης relinquitur intelligendum. Non male. *J. F. R.*

88. Οὕτω ῥᾷστον] Malles fortasse, Lector, οὕτω ῥᾴδιον, quia sic utitatius post adverbia intendendi; sed quia mox opponit τὸ μίγιστον, καὶ δυσκατέργαστον, studio videtur ῥᾷστον superlativo gradu posuisse, ut non facillimum, sed maximum & difficillimum facinus id fuisse praedicet. Neque contra linguae genium esse, ut rarior sit locutio, patet ex faceto *Lucillii* versu in *Anthol.* L. 2. c. 32. Οὕτω κουφότατος πέλε Γάϊος, ὡς' ἐκολυμβᾶ &c. *J. F. R.*

97. Κατόρθωσε] Vide quae de hoc verbo dicta, supra hoc T. ad I. *Ver. Hist.* c. 12. pr. adde mox c. 19. κατορθωμάτων pro egregiis factis. *J. F. R.*

32. Δεσπότης] Pro tyrannico imperio etiam Galli hac voce adjective utuntur, aeque ac Germani & Belgae. *J. F. R.*

φάλαιον αὐτὸ ἐννοήσαλε· ὁ γὰρ ὅτ⟨ῳ⟩ ἀπαιτεῖ παρ' ἐμοῦ, τοῦτο ὡς ἐγὼ, ἄριστα διεπραξάμην, καὶ τὸ τύραννον ἀπέκτεινα ἑτέρου φόνῳ, οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ πληγῇ μιᾷ, ὅπερ εὐκταιότατον ἦν αὐτῷ, ὑπὸ τηλικούτοις ἀδικήμασιν, ἀλλὰ λύπῃ [a] προβασανίσας πολλῇ, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς δείξας τὰ φίλτατα οἰκτρῶς προκείμενα, υἱὸν ἐν ἡλικίᾳ, εἰ καὶ πονηρὸν, ἀλλ' ὢν καὶ ἀκμάζοντα, καὶ ὅμοιον τῷ πατρὶ, αἵματ⟨ι⟩ καὶ λύθρῳ ἐμπεπλησμένον. ταῦτ' ἐστὶ πατέρων τὰ τραύματα, ταῦτα ξίφη δικαίων τυραννοκτόνων, ὅτ⟨ῳ⟩ θάνατ⟨ος⟩ ἄξι⟨ος⟩ ὠμῷ τυράννων, αὕτη τιμωρία πρέπουσα τοσούτοις ἀδικήμασι· [b] τὸ δ' εὐθὺς ἀποθανεῖν, τὸ δ' εὐθὺς ἀγνοῆσαι, τὸ δὲ μηδὲν τοιοῦτο θέαμα ἰδεῖν, οὐδὲν ἔχει τυραννικῆς κολάσεως ἄξιον.

caput ipsum rei cogitate. Quod enim iste me poscit, hoc ipsum, quam poteram pulcherrime perfeci, & alia tyrannum caede interemi, non simpliciter, nec una plaga, quod optabile illi quam maxime fuerat, in tot tantisque maleficiis: sed postquam illum dolore multo ante excruciavi, & ante oculos ei ostendi, quod carissimum habebat, misere projectum, filium adultum, etsi malum, at in ipso constitutum vigore, & patri similem, sanguine & tabo oppletum. Haec sunt patrum vulnera, hi gladii justorum tyrannicidarum, haec mors digna crudelissimis tyrannis, hoc conveniens tot injuriis supplicium. Statim mori, statim *sensu & cognitione* privari, nullum tale spectaculum videre, nihil habet tyranni vindicta dignum.

Οὐ γὰρ ἠγνόουν, ὦ ὅτ⟨ε⟩, οὐκ ἠγνόουν, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδείς, ὅσην ἐκεῖν⟨ος⟩ εὔνοιαν πρὸς τὸν υἱὸν εἶχε, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἠξίωσεν ὀπίσω ἐλθεῖν οὐδ' ὀλίγον αὐτῷ χρόνον. πάντες μὲν γὰρ πατέρες ἴσως πρὸς τοὺς παῖδας τοιοῦτοι· ὁ δὲ, καὶ περιττότερόν τι τῶν ἄλλων

18. Neque enim ignorabam, mi homo, non ignorabam, neque aliorum quisquam, quantam ille adversus filium benevolentiam haberet, & quam nollet vel pauxillo ei tempore superstes esse. Nam omnes quidem patres ita forte affecti erga filios. At hic etiam amplius quiddam praeter caeteros ha-

[a] Προβασανίσας] Προβασανίσας male *F.* [b] Τὸ δ' εὐθ. ἀπ.] Haec desunt in *Fl.* Adsunt in *F. Ald. P. H.* &c. Sed pro ἀγνοῆσαι iterum ἀποθανεῖν marg. *AIW.*

41. Υἱὸν ἐν ἡλικίᾳ] Ἡλικία, κατ' ἐξοχὴν de adolescentia dicitur, & illi qui in ἀκμῇ, in flore aetatis sunt, dicuntur εἶναι ἐν ἡλικίᾳ, *Ulpian.* ad Olynth. I. *Demosth.* ἡλικία ἐξαίρετ⟨ος⟩ ἐπὶ τὸ νικητήριον. In Philipp. III. *Demosth.* ὁ ἐν ἡλικίᾳ opponitur πρεσβυτέροις. *Thucyd.* L. VI. c. 24. τοῖς δ' ἐν τῇ ἡλικίᾳ. Et L. VII. c. 60. *Xen.* Hist. Gr. L. I. p. 446. Pari modo Latinis *aetas* usurpatur. Liv. XLII. 34. *Cum primum in aetatem veni.* *L. Bos.*

Ibid. Ἐν ἡλικίᾳ] In Epicuri testamento apud *Diog. Laërt.* p. 272. A. εἰς ἡλικίαν ἐλθεῖν dicitur virgo cum nubilis est. *M. du S.*

48. Εὐθὺς ἀγνοῆσαι] Non satis liquet, volueritne marg. *AIW.* notare Codicis alicujus lectionem, qui bis ἀποθανεῖν habeat, omisso ἀγνοῆσαι, (quod tamen ita videtur, quia sic & alibi solet similia notare) an vero ἀγνοῆσαι ἀποθανεῖν, quo *Solani* conjectura, qui hanc collationem non vidit, belle adjuvaretur. *F. F. R.*

Ibid. Τὸ δ' εὐθὺς] Turbant hic codices. In *Flor.* desunt τὸ εὐθὺς ἀποθανεῖν. Ego τὸ δ' εὐθὺς ἀγνοήσαντα ἀποθανεῖν legendum censeo. Sed interim, dum accedat codicum auctoritas, vulgatam retineo. *M. du S.*

51. Ὦ ὅτ⟨ε⟩] Frequens compellandi formula, non tamen nimis honorifica, sed plerumque aliquid reprehensionis habens, ut *Aesop.* in fabulis persaepe solet, veluti Fab. 16. Cum Oraculum maligno exploratori respondet: ὀπίσω, ὦ ὅτ⟨ε⟩ βούλῃ, πάψῃ, & alibi non semel; vel pro heus tu, ut ap. *Aristoph.* Ran. 172. & Pluto 439. Verum & in mitiorem partem *Aesop.* Fab. 25. ubi medicus ait consulenti, ὦ ὅτ⟨ε⟩, εἰ σώζεσθαι βούλει, λαβὼν ἄρτον — ἐπίδ⟨ος⟩. Quare non iratior priscino interpreti, haec verba vertenti: *vir egregie*, nec tamen satis probo. V. idem c. 66. *F. F. R.*

66. Τὰς ἐπὶ τοῦ] Pro ἐπὶ, lego ἔτι. Vide an sic sanetur locus. Nam quod ἐλπίδας χρόνων μελλόντων pro *metu futuri* sumitur, ne te moretur. Habuisti enim jam in praecedentibus, c. 3. τὸ τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίδ⟨ος⟩. & c. 11. ἐλπὶς τοῦ φόβου. Sic etiam *Chrysost.* 253, 1. ad Pop. Antioch. Omnium maxima difficultas ex sequentibus oritur, ἐπ' ἀ. ἐ. τ. σ. quo enim referantur non habent. *M. du S.*

67. Ἐλπίδας] Conf. quae supra dicta ad c. 3. De plurali autem supra quoque jam dixi. Conf. c. 38. f. *Quom. Hist.* & c. 61. f. & *Long. Past.* III. p. 99. παρ' ἐλ-

habuit merito, videns ſolum illum ſtudioſum & cuſtodem tyrannidis, ſolum pericula pro patre ſubeuntem, ſolum ſecuritatem praeſtare imperio. Itaque ſciebam, etſi minus propter benevolentiam, at certe propter deſperationem mox illum periturum eſſe, cum ita rationes ſubducturus eſſet, nihil ſibi prodeſſe vitam, ſublata quam a filio habuiſſet ſecuritate. Omnia igitur illi confertim objeci, naturam, dolorem, deſperationem, terrorem, futuri metum temporis. *His* contra illum auxiliis uſus ſum, & ad ultimam illam deliberationem eum adegi. Interiit vobis orbus, plorans, lacrumans, luctum lugens brevem illum quidem, ſed patri *conficiendo* qui ſufficeret: & quod graviſſimum eſt, *interiit* ſua ipſius manu, quae miſerrima omnium mors eſt, multumque, quam ſi ab alio inferretur, difficilior.

19. Ubi eſt gladius meus? Num eum agnoſcit alius? Numquid alterius cujusquam telum illud fuit? quis illum in ar-

εἶχεν, εἰκότως, ὁρῶν μόνον ἐκεῖνον κηδεμόνα, καὶ φύλακα τῆ τυραννίδος, καὶ μόνον προκινδυνεύοντα τῷ πατρὸς, καὶ τὴν ἀσφάλειαν τῇ ἐξουσίᾳ παρεχόμενον. ὥστε εἰ καὶ μὴ διὰ τὴν εὔνοιαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπόγνωσιν, εὐθὺς ἠπιστάμην τεθνηξόμενον αὐτὸν, καὶ λογιζόμενον ὡς οὐδὲν ἔτι τῷ ζῆν ὄφελος ἐκ τῆς παιδὸς ἀσφαλείας καθηρημένης. ἅπαντα οὖν στοίνυν αὐτῷ ἀθρόα προεισήνεγκα, τὴν φύσιν, τὴν λύπην, τὴν ἀπόγνωσιν, τὸν φόβον, τὰς ἐπὶ τοῖς μελλόντων ἐλπίδας χρόνων ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην τοῖς συμμάχοις, καὶ πρὸς τὴν τελευταίαν ἐκείνην σκέψιν κατηνάγκασα· ἀπέθανεν ὑμῖν ἄτεκνος, λελυπημένος, ὀδυρόμενος, δακρύων, προπενθηκὼς πένθος ὀλιγοχρόνιον μὲν, ἀλλ' ἱκανὸν πατρί· καὶ τὸ δεινότατον, αὐτὸς ὑφ' αὑτῷ, ὥσπερ θανάτων οἴκτιστος, καὶ πολλῷ χαλεπώτερος, ἢ εἰ ὑπ' ἄλλου γίγνοιτο.

Πῦ μοι τὸ ξίφος, μή τις ἄλλος τοῦτο γνωρίζῃ; μή τινος ἄλλου ὅπλον τοῦτο ἦν; τίς αὐτὸ ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀνεκόμισε; πρὸ

e Παρεχόμην] Nil mutant Edd. priſcae. An παρεχόμ.? *M. du S.* *d* Ἀπόγνωσιν] Sic recte Edd. & P. Ἐπίγνωσιν ſola *Fl.* male. *e* Ἐλπίδας χρόνων] Deſunt haec verba in *Fl.* ſed lacuna re icta. Adſunt in cett. & Cod. P. *f* Ἐπ' αὐτὸν] Τούτοις ἐπ' αὐτὸν *Pell.* *g* Πρὸς] Sic *Pell.* Περὶ *F.* & P. & marg. *A1.* Παρὰ *Fl. Ald. P. H. S. Fr.* *h* Ὅστις] Ita bene Edd. plurimae. Sed ὥστις male *F.*

ἐλπίδας, & Cl. *Duker.* ad *Thucyd.* VIII. c. 81. 43. *F. F. R.*

Ibid. Χρόνων, ἐπ' αὐτὸν] Ait Tyrannicida, ſe ſublato tyranni filio, omnia ſimul mala patri ingeſſiſſe, quae eum mori cogerent. Ἅπαντα τοίνυν αὐτῷ ἀθρόα προεισήνεγκα, τὴν φύσιν, τὴν λύπην, τὴν ἀπόγνωσιν, τὸν φόβον, τὰς ἐπὶ τοῖς μελλόντων ἐλπίδας χρόνων, ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην τοῖς συμμάχοις, καὶ πρὸς τὴν τελευταίαν ἐκείνην σκέψιν κατηνάγκασα. Videtur aliquid intercidiſſe; nimirum καὶ poſt vocem χρόνων. *Omnia itaque cumulata ei circumdedi, naturam* (τοργὴν ſcilicet), *dolorem, deſperationem, metum, temporum inſecuturorum horrores, & auxiliatoribus in eum uſus ſum, atque ad extremum hoc conſilium perpuli.* Interpres non male ſupplevit τούτοις, *his adverſus illum auxiliis uſus ſum.* In editione Florentina poſt vocem μελλόντων hiatus eſt, & duae voces ſequentes omiſſae; quod argumento eſt, codicem, quo Florentini uſi ſunt, eo loco ſe male habuiſſe. *F. F.*

Ibid. Ἐπ' αὐτὸν] Τούτοις hic deſiderari videtur, legendumque, τούτοις ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην. *F. G.*

Ἐπ' αὐτὸν] Parum abfuit quin illud τούτοις ante ἐπ' in contextum receperim; ita id mihi neceſſarium videtur. At poteſt jam eo uti qui voluerit. Neque quisquam vitio vertat, quod tamen mox πρὸς pro πρὸς & περὶ ex eodem receperim; id enim factum, quia res ipſa loquebatur, etiam ſine codicum ope ſic corrigendum; tum quia nec vulgata lectio ſibi conſtabat; quae quando conſtans eſt, minus facile movenda. Ceterum, ſi cui minus adridet illud καὶ quod Gl. *Fenſ.* poſt χρόνων inſeri vult, punctum minus poſt id vocabulum ponat, & ſic ſine καὶ ſenſus ſatis conſtat, qui tamen vel cum commate tolerabilis eſt. *F. F. R.*

68. Πρὸς] Sic reſcripti. In impreſſis παρὰ, excepta *Junt.* quae περὶ habet, quod in P. etiam extat. *M. du S.*

Ibid. Καὶ πρὸς τὴν] Hic locus integer non videtur. *F. G.*

Καὶ παρὰ τὴν] Jam tamen ex *Solani* emendatione integer videbitur. *F. F. R.*

73. Ὑφ' αὑτῷ] Ὑφ' αὑτῷ erat in P. Sed ex ipſo ὑφ' ſatis adparet, eam & αὑτῷ adſpirare voluiſſe. *F. F. R.*

πρὸ τῦ τυράννυ τίς ἐχρήσαλο; τίς αὐτὸ ἐπ' ἐκεῖνον ἀπέστειλεν; ὦ ξίφος κοινωνὸν καὶ διάδοχον τῶν ἐμῶν καλορθωμάτων, μὴ τοσῦτος κινδύνους, μὴ τοσῦτος φόνους ἀμελήσεσθε, καὶ ἀνάξιοι δοκῶμεν δωρεᾶς. εἰ γὰρ ὑπὲρ μόνυ τύτυ τὴ τιμὴν ἤτυν παρ' ὑμῶν, εἰ γὰρ ἔλεγον, ἄνδρες, ἀποθανεῖν ἐθελήσαντι τῷ τυράννῳ, καὶ ἀνόπλῳ ὄπι τῷ καιρῷ κατειλημμένῳ, ξίφος τῦτο ἐμὸν ὑπηρέτησε, καὶ πρὸς τὸ τέλος τὴ ἐλευθερίας συνήργησε [a] παντὶ, τῦτο τιμῆς τε καὶ δωρεᾶς ἄξιον [b] νομίσαλε, δεσπότῃ ὕτω δημοτικῷ κτήματος οὐκ ἂν ἠμείψασθε; οὐκ ἂν ἐν τοῖς εὐεργέταις ἀνεγράψαλε; οὐκ ἂν τὸ ξίφος ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνεθήκαλε; οὐκ ἂν μὴ τῶν θεῶν ἐκεῖνο προσεκυνήσαλε;

[c] Νῦν μοι ἐννοήσαλε, οἷα πεποιηκέναι εἰκὸς τὸν τύραννον, οἷα δὲ εἰρηκέναι πρὸ τῆς τελευτῆς. ἐπεὶ γὰρ ὑπ' ἐμῦ φονευόμενος, καὶ τιτρωσκόμενος πολλοῖς τραύμασιν ἐς τὰ φανερὰ τῦ σώματος, ὡς ἂν μάλιστα λυπήσειν ἔμελλον τὸ [d] γεγεννηκότα, ὡς ἂν ἐκ τῆς πρώτης θέας [e] διαταράξειν, ὁ μὲν ἀνεβόησεν οἰκτρὸν, ὄπιβοώμενος τὸ γεγεννηκότα, ὦ βοηθὸν, οὐδὲ σύμμαχον, ἥδει γὰρ πρεσβύτην ὄντα καὶ ἀδύνη, ἀλλὰ θεατὴν τῶν οἰκείων κακῶν. ἐγὼ γὰρ ἀπηλλαττόμην, ποιητὴς μὲν τῆς ὅλης τραγῳδίας γεγενημένος, cem detulit? ante tyrannum quis eo usus est? quis eum isti immisit? o gladie particeps & successor praeclare a me factorum, post tot pericula, post tot caedes negligimur, & indigni videmur praemio. Si enim pro hoc solo honorem a vobis peterem; si enim dicerem, Viri, tyranno mori volenti, cum inermis a tempore deprehensus esset, gladius hic meus ministravit, & ad finem libertatis *restituendae* unicuique adjutor fuit; hunc honore & praemio dignum judicate! dominum rei ita popularis nonne remuneraremini? non in bene meritis illum scriberetis? non ipsum ensem in templi donariis reponeretis? non cum diis illum adoraretis?

20. Jam mihi animum advortite quid tyrannum fecisse probabile fuerat, & quid dixisse ante obitum? Cum enim trucidatus a me, & vulneratus multis vulneribus in apertas partes corporis *inflictis*, (ut nempe maximum dolorem patri objicerem, ut primo illum spectaculo perturbarem) ipse quidem miserabile quiddam exclamaret, parentem advocans, non adjutorem neque auxiliarium, (norat enim senem esse & imbecillum) sed spectatorem malorum domesticorum. Ego nempe abieram, auctor quidem totius tragoediae, sed reliqueram huic actori

[a] Παντὶ] Constans lectio. [b] Νομίσατε] Sic habent Edd. omn. [c] Νῦν μοι] Nil varietatis notat *Solan.* Sed video *Hagen.* utramque male habere νὺν μη, reliquas νὺν μοι. [d] Γεγεννηκ.] Ita hic & mox iterum dedi, monente *Solano*, quum Edd. γεγενηκ. uno γ. excepta S. [e] Διαταράξειν] Διασπαράξειν P. & marg. *AIW.* Nil mutant Edd. priscae.

89. Παντὶ] Leg. πάντη τοῦτο. *F.G.*

90. Νομίσατε] Ἐνομίσατε. *F.G.*

Οὐκ ἀντὶ τούτου — ἐνομίσαλε] Fuit cum putarem legendum πάντως. Sed nondum sic satis sanus erat locus. Nunc autem verissima mihi videtur, quam in textum recepi, emendatio. *M. du S.*

Νομίσατε] Quia sequentia verba omnia suum augmentum habent, etiam in hoc verbo addidissem, quod & *Solan.* in *Junt.* fecerat. Licet haud immemor sim eorum, quae supra non semel de augmento frustra adjecto dixerim. Verum quia Cl. *Gesner.* id imperativo modo accepit, nihil mutavi. Sed si quid mutandum, possis etiam νομίσαιτε legere, ut sit, *judicassetis*; nam vel sic, vel ἐνομίσατε legendo, argumentatio clarior, & sensus magis cohaerens mihi videtur. *J.F.R.*

93. Ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνεθ.] Non ut ipse quoque inter Deos referatur gladius; quamquam apud Scythas cultum acinacem legimus: sed quoniam ad donaria in templis suspensa, (forte etiam Deo alicui ut Jovi ultori, ut Marti, appensus gladius) pars etiam cultus & religionis illius videtur pervenire. Sic supra Ἐνυπν. c. 8. statuarii nobiles μὴ τῶν θεῶν προσκυνητὰς dicuntur, quod cum Phidiae Jupiter adoratur, etiam ipse artifex in partem honoris videtur venire. *J.M.G.*

98. Τιτρωσκόμενος] Hic desiderari videtur ὁ υἱὸς vel

ri mortuum, scenam, gladium, & reliqua fabulae *peragenda*) superveniens autem ille, vidensque filium, quem solum habebat, vix spirantem, cruentatum, oppletum caede, vulneraque ejus continua, & multa, & letalia: haec exclamavit, *Fili, periimus, trucidati sumus, pro tyrannis caesi sumus. Ubi est interfector? cui rei me servat? cui me custodit? per te, fili, jam ante caesum? aut numquid senem contemnit; & ipsa tarditate ut puniat, extendit mortem meam, & longiorem mihi caedem efficit?*

21. Et haec dicens quaerit ensem, inermis ipse, cum filio in omnibus confideret. Sed ne hic quidem illi defuit: olim autem erat a me ille praeparatus, & ad facinus futurum relictus. Extrahens nempe de caede & vulnere gladium, *Paullo ante*, inquit, *me interfeciſti, nunc vero recrea, gladie; veni lugenti patri solatium, & infelicem manum senilem adjuva: macta, tyrannum interfice, luctu libera; utinam prius in te incidissem! utinam ordinem caedis praecepissem! mortuus essem, sed solum ut tyrannus, sed* χαλαλιπὼν δὲ τὸν ⸂τυραννοκτόνην⸃ τὸ νεκρὸν, καὶ τὸ σκηνὴν, καὶ τὸ ξίφος, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ δράματος· ὅπισθεν δ' ἐκεῖνος, καὶ ἰδὼν υἱὸν, ὃν εἶχε μόνον ὀλίγον ἐμπνέοντα, ἡμαγμένον, ἐμπεπλησμένον τοῦ φόνου, καὶ τὰ τραύματα συνεχῆ, καὶ πολλὰ, καὶ χαλεπὰ, ἀνεβόησε τοῦτο, Τέκνον, ἀπωλόμεθα, πεφονεύμεθα, τετυραννοκτονήμεθα, ποῦ ὁ σφαγεύς; τίνι με τρεῖς; τίνι με φυλάττῃ; ἆρα σοῦ, τέκνον, προαπηλθόν, ἢ μήτι ὡς γέροντος ⸂ὑπερφρονεῖ⸃; καὶ τῇ βραδύτητι κολάζειν δέον, καὶ παρατείνῃ μοι τὸν φόνον, καὶ μακροτέραν μοι τὴν σφαγὴν ποιεῖ;

Καὶ ταῦτα λέγων, ἐζήτει τὸ ξίφος· αὐτὸς γὰρ ἄνοπλος ἦν, ἅτε τὸ πάντα τῷ παιδὶ θαρρεῖν. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἐνεδέησε, πάλαι δ' ἦν ὑπ' ἐμοῦ καὶ τοῦτο [f] προπαρεσκευασμένον, καὶ πρὸς τὸ μέλλον τόλμημα καλαλελειμμένον· ἀποσπάσας δὴ τὴν σφαγῆς, καὶ τοῦ τραύματος ἐξελὼν τὸ ξίφος, Φησὶ, Πρὸ μικροῦ μοὶ με ἀπέκτεινας, νῦν δ' ἀνάπαυσον ξίφος, παλιρροίᾳ πενθοῦντι πατρὶ θεραπεύθιον ἐλθὲ, καὶ προσβυσικῇ χειρὶ δυστυχοῦσι συναγώνισαι, ἀπόσφαξον, τυραννοκτόνησον, καὶ τοῦ πενθεῖν ἀπάλλαξον, εἴθε [g] πρώτως σοὶ ἐνέτυχον, εἴθε τὴν τάξιν προέλαβον τοῦ φόνου. ἀπέθανον ἂν, [h] ἀλλ' ἢ ὡς τύ-

[f] Προταρισκ.] Προπαρασκ. male *Fl.* Reliquae recte, ut edidi. [g] Πρώτως] Forsan πρῶτος. [h] Ἀλλ' ἢ] Hanc esse constantem lect. notat *M. du S.*

ὁ παιδίσκος, ut interpres exposuit. *F. G.*

Τετρωσκόλμος] Non adeo desideratur υἱὸς vel παιδίσκος, quam intelligitur ex antecedentibus & consequentibus. Nexus enim orationis est: Ἐπεὶ γὰρ φονεύομαι, ὁ μὲ ἀνεβόησεν. Nisi malis mecum articulum addere, ὁ φονεύομαι legendo, ut sic plenius eidem respondeat repetitum deinde ὁ μὲ, quod ἐπαναδὰς inservit, propter insertas illas caedis rationes, sensum suspendentes. *J. F. R.*

24. Προπαρισκ.] Vid. si operae est, similem lapsum complurium Editionum, προπαρασκ. pro προπαρισκ. exhibentium infra in *Lexiph.* c. 24. Hic enim augmentum ab Auctore fuisse neglectum, non credo, etsi supra exemplorum satis dedimus, ubi id studio fecerint auctores. *J. F. R.*

33. Πρώτως] Legendum omnino aut πρῶτος aut πρώτῳ, sed illud concinnius videtur. *M. du S.*

34. Ἢ] Delendum istud ἢ, ut ineptum. *M. du S.*

Ibid. Ἀλλ' ἢ] *Solanus* particulam ἢ deletam cupit; Nec ego desiderarem, si abesset; Verum, etsi ἀλλ' ἢ etiam pro ἀλλὰ μόνον accipiatur, ut *Viger.* de partic. ex *Aristoph.* Εἰρην. docet, quid prohibet μόνον vel ἢ per pleonasmum addi. Nam & alibi abundat ἢ, in alio locutionis genere, ut *Æsop.* fab. 2. Aquil. & Scarab. ὀμνύω αὐτὸν κατὰ τοῦ ψευστοῦ Διὸς, ἢ μὲν μὴ καλαφρονῆσαι τοῦ μικροτητος αὐτοῦ. Sic sine accentu ἢ legitur in mea Edit. *Æsopi.* Sed ἢ μὴν in jurandi formulis usitatum circumflecti solet; quare & forsan hic scribendum ἀλλ' ἢ ut significet *certe quidem*, cujus significatus exempla *Stephan.* jam dedit in Thes. *J. F. R.*

τύραννον μόνον, ἀλλ' ἔτι νομίζων ἕξειν ἔκδικον. νῦν δ' ὡς ἄτεκνος, νῦν δ' ὡς οὐδὲ φονέως εὐπορῶν· καὶ ταῦθ' ἅμα λέγων, ἐπῆγε τὴν σφαγὴν, τρέμων, καὶ δυνάμενος, ὑπεθυμεῖτο μὲν, ἀδυνάτων δὲ πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ τολμήματος.

putans habiturum me vindicem: nunc vero nullum orbus; nunc ut is cui ne interfectoris quidem sit copia. Dum haec dicit, urget caedem, tremens, *perficere* nequiens, cum cuperet ille quidem, sed viribus ad ministerium conatus deficeretur.

Πόσαι κολάσεις ταῦτα; πόσα τραύματα; πόσοι θάνατοι; πόσαι τυραννοκτονίαι; πόσαι δωρεαί; καὶ τέλος, ἑωράκατε πάντες τὸν μὲν νεανίαν προκείμενον, οὐδὲ μικρὸν, οὐδ' εὐκαταγώνιστον ἔργον. τὸν πρεσβύτην δὲ αὐτῷ προσεκεχυμένον, καὶ τὸ αἷμα ἀμφοῖν ἀνακεκραμένον, τὸν ἐλευθέριον ἐκείνην, καὶ ὑπατίκιον σπονδὴν, καὶ τὰ ἔργα τοῦ ξίφους τοῦ ἐμοῦ· αὐτὸ δὲ τὸ ξίφος ἐν μέσῳ ἀμφοτέρων ὑπιδεικνύμενον, ὡς οὐκ ἀνάξιον γεγένηται τοῦ δεσπότου, καὶ [a] μαρτυρόμενον ὅτι μοι πιστῶς [b] διακονήσαιτο, τοῦτο ὑπ' ἐμοῦ γενόμενον, μικρότερον ἦν. νῦν δὲ λαμπρότερόν ὅσῳ τῇ καινότητι. καὶ ὁ μὲν καθελὼν τὸν τυραννίδα πᾶσαν, εἰμὶ ἐγὼ· μεμέρισται δ' ἐς πολλοὺς τὸ ἔργον, ὥσπερ ἐν δράμασι. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐγὼ ὑπεκρινάμην, τὰ δεύτερα δὲ ὁ παῖς, τὰ τρίτα δὲ ὁ τύραννος αὐτός· τὸ ξίφος δὲ πᾶσιν ὑπηρέτησεν.

22. Quot hae sunt poenae? quot vulnera? quot mortes? quot tyrannicidia? quot praemia? Denique vidistis omnes juvenem quidem jacentem in conspectu, opus neque parvum, neque superatu ita facile; senem autem illi circumfusum; permistum utriusque sanguinem, libationem Liberatori *Jovi* sacram pro victoria; eaque gladii mei opera, ipsumque adeo gladium in medio utriusque ostentantem se, quam non indignus fuerit domino, testantemque, fideliter se mihi ministrasse. Hoc *universum* mea manu factum, minus futurum erat. Jam ipsa novitate clarius est. Ac destructor totius tyrannidis ego sum: opus autem ipsum in plures descriptum, ut in fabula: primarum partium actor ego, secundarum filius, tertiarum ipse tyrannus, gladius ministravit universis.

a Μαρτυρόμενον] Sic *V. Fl. Bz. H. P. S.* Immo & *Ald.* & *Fr.* Forsan tamen μαρτυρούμενον legend. b Διακονήσαιτο] Διακονήσαιτο *Fl.*

37. Ἐπῆγε τὴν σφαγὴν] Vertitur: *gladium adegit.* Sed vertendum, *caedem accelerabat*, ac pro ἐπῆγε ἐπεῖ- γε legendum, *F.G.*

Se-

Sequebatur in Parisina Editione Declamatio D. *Erasmi Rotterodami*, non illa quidem e Graeco conversa, sed quae superiori Declamationi Lucianeae respondeat. Verum quia ad opera LUCIANI non pertinet, eam ad calcem operis rejecimus.

ABDICATUS. ΑΠΟΚΗΡΥΤΤΟΜΕΝΟΣ.

ARGUMENTUM.

Abdicatus aliquis Medicinam didicit. Patrem furiosum, & ab aliis relictum medicis cum medicamento dato sanasset, receptus est in familiam. Post haec novercam furiosam sanare jussus, *cum non pareret, denuo* abdicatur.

30. Ὁ δὲ τ. ἀναθήματος] Περὶ τοῦ χαλκοῦ ταύρου, ὅπως Φαλάριδας ψεύστης ὁ Χαλκουργός. *G.*

pro δικαίως κολάζειν. Lego igitur εἰ βουλ. . . . donec ab aliis meliora in medium proferantur. *Accipere quam facere praestat injuriam*, inquit *Cic.* Tusc. V. 19. ubi doctissimus enarrator, *ex decreto Socratis*, hoc esse ait, qui apud Platonem in Gorg. p. 290. ait, εἰ ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν. *M. du S.*

13. Φιλανθρώπως προσφέρομαι] Vid. *L. Bos.* In Ep. ad *Hebr.* XII. 7. ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ θεός. Ubi monet προσφέρεσθαι τινὰ, esse *se gerere erga aliquem*, *tractare aliquem*, & hunc Luciani locum aliaque testimonia adfert. Sed usque adeo hoc obvium est, & quidem cum dativo personae, ut multa similia proferre liceret, veluti ex *Ael.* V. H. XII. 27. Ἡμιφωτατά, φασι, τὸν Ἡρακλῆν προσενεχθῆναι τοῖς ἑαυτοῦ πολεμίοις. Et ex *Herodian.* IV. 7. 8. χρημάτων ἐπιδόσεις, αἷς ἀφειδῶς προσεφέρετο αὐτοῖς. At haec sufficiant. Sed, quod rarius, etiam cum accusativo *Diod. Sic.* XIX. p. 299. Ed. *Bas.* μήποτε — προσενέγκηται τὴν παρθένον θηριωδῶς. *J. F. R.*

20. Πυθαγ.] Vixit Pythagoras circa Olymp. LX. De Phalaridis aetate vide quid Vir Cl. *Rich. Bentlejus* scripserit. *M. du S.*

χήματων. ἀλλὰ [a] Περίλαος ἦν τις ἡμεδαπὸς, χαλκεὺς μὲν ἀγαθὸς, πονηρὸς δὲ ἄνθρωπος· ὅτος πάμπολυ τ ἐμῆς γνώμης διημαρτηκὼς, ᾤετο χαριεῖσθαί μοι, εἰ χαλκῆν τινα κόλασιν ἐπινοήσειεν, ὡς ἐξ ἅπαντος κολάζειν ἐπιθυμοῦντι. ἐγὼ δὴ καλάσκευάσας τ βοῦν, ἦκέ μοι κομίζων, κάλλιστον ἰδεῖν, καὶ πρὸς τὸ ἀκριβέστατον εἰκασμένον· κινήσεως μὲν αὐτῷ ἐγὼ μυκηθμῷ ἔδει μόνον πρὸς τὸ καὶ ἔμψυχον εἶναι δοκεῖν. ἰδὼν δὲ, ἀνέκραγον εὐθὺς, ἄξιον τὸ κτῆμα τῷ Πυθίῳ πεμπτέος ὁ ταῦρος τῷ θεῷ. ὁ δὲ [b] Περίλαος παρεστὼς, Τί δ' εἰ μάθοις, ἔφη, τ σοφίαν τὴν ἐν αὐτῷ, καὶ τ χρείαν, ἣν παρέχει; καὶ ἀνοίξας ἅμα τ ταῦρον κατὰ νῶτα, ἤν τινα, ἔφη, κολάζειν ἐθέλῃς, ἐμβιβάσας εἰς τὸ μαχάνημα τοῦτο, ἐγὼ κατακλείσας, προσιέναι μὲν τοῖς αὐλοῖς τοῦσδε πρὸς τὰς μυκτῆρας τοῦ βοός, σοῦ δ' [c] ὑποκαίειν κελεύειν· ἐγὼ ὁ μὲν οἰμώξεται, ἐγὼ βοήσει), ἀλήκτοις ταῖς ὀδύναις ἐχόμενος· ἡ βοὴ δὲ, διὰ τ αὐλῶν μέλη σοι ἀποτελέσει, οἷα λιγυρώτατα, ἐγὼ ἐπαυλήσει θρηνῳδές, ἐγὼ [d] μυκήσεται γοερώτατον, ὡς τ

sidere cupiam. Sed fuit Perilaus aliquis nostras, faber bonus, sed homo *idem* pessimus. Hic multum a conjectando animo meo aberrans, gratum se mihi facturum rebatur, tanquam poenis omnino gaudenti, si novam quandam poenam excogitasset. Fabrefactum igitur bovem mihi attulit, pulcherrima specie, & ad exactissimam similitudinem elaboratum: solo enim motu & mugitu deficiebatur, quo minus animatus esse videretur. Ad primum autem conspectum exclamavi, dignum opus, quod habeat Pythius. Mittendus hic taurus Deo. Adstans autem Perilaus, *Quid si*, inquit, *noris artem in illo adhibitam, & quem usum praebeat? & simul aperiens prope tergum bovem, si quem punire*, inquit, *volueris, impositio illo in hanc machinam, eaque clausi, applicari has tibias jube naribus bovis, & succendi ignem. Sic iste ejulabit & clamabit, dolore infinito cruciatus; clamor autem iste per tibias modulos tibi efficiet canoros maxime, & threnis aptos sonos accinet, ac lugubre quiddam mugiet: adeo ut dum ille*

a Περιλαος] Sic Edd. quas consului omnes. *J. Ald. Fl. B2. H. P. S.* Πέριλλος tamen adscripsit margini *M. du S.* b Περίλαος] Hic vero nihil adscripsit idem. Sed neque hic Edd. variare invenio, neque postea, ubi idem nomen recurrit. c Ὑποκαίειν κελεύειν] Et sic *Fl.* habere cum *J.* notat idem. d Μυκήσεται] Sic *B2. P.* & *S.* recte. Μηκήσεται male *J. H. Fl. Ald.*

34. Περίλαος] Qui *Perilaus* Luciano, is *Plutarcho*, *Plinio*, *Ovidio*, & aliis *Perillus* audit. Vide *Plut* 561. f. Apud *Scholiastem* Pindari *Perilaus* etiam scribitur, ad Pyth. I. sub finem. *M. du S.*

Περίλαος] Tam saepe eodem modo scriptum in proximis capitibus occurrit, ut non verisimile sit, ubique aberratum esse; alioqui considerari mereretur, num Πέριλλος pro Περίλαος recipi queat. Nam *Perillus* Latinis poëtis audit ubique. Περίλαος vero frater Regis Cassandri est, de quo *Plutarch.* Mor. p. m. 486. Et quum Cl. *Gesner.* quoque nihil in versione mutarit, nec ego quidquam hic mutassim; quamvis *Suidas* ex *Demosthene* etiam Πέριλλος, adferat, quod iisdem verbis habet *Harpocration* p. 287. Cum neuter tamen indicet, qualis *Perillus* Demosthenis intelligatur, inde nihil conficitur; sed Latinorum & posteriorum Graecorum Scriptorum *Perillus* ex Περίλαος contractum videri posset. Immo ad quam Demosthenis orationem pro Ctesiphonte, i. e. *de corona*, provocant *Suidas* & *Harpocrat.* eam pervolvi, nec tamen Περίλλου sed Περιλάου ubique mentionem ab eo fieri cognovi, ita ut utriusque lectio mihi jam sit suspecta. Nam & ejusdem *Perilai* meminit Demosth. compluribus aliis locis, qui est Megarensium proditor, nec quidquam cum hoc tauri fabro commune habet. *Plutarchus* vero de Fortun. Rom. p. m. 315. C. Πέριλλος δὲ τέχνῃ χαλκουργὸς, habet. Ita ut verisimile sit Πέριλλος ad Latinum idioma conformatum esse, dum Περίλαος genuinum nomen Graecum est. *J. F. R.*

48. Καὶ ἀνοίξας] Legend. Interpr. Pers. *J. B.*

51. Προσιέναι] Ἀντὶ τοῦ προσίθει. Attic. *J. B.*

Προσιέναι — σοῦ δὲ ὑποκαίειν κελεύειν] Quod *Fl.* quoque habere dicit *Solanus*, id habent & aliae, & recte; infinitivus enim est pro imperativo; exempla sunt obvia. *Hom.* Il. E. 261. — σὺ δὲ — Αὐτοῦ ἰφικάκειν. *Tu vero ibi cohibe. Hippocr.* Aph. 10. S. I. Ὀκόσοισι μὲν ἐν αὐτίκα ἡ ἀκμὴ, αὐτίκα λεπτῶς διαιτᾶν. & ibid. iterum, ubi tamen δεῖ commode intelligitur. Adde

Aphor

le punitur, tibiae tu ſonis interim demulceare.

12. Ego vero his auditis, infelix artificium hominis abominatus, & exoſus ingenium hujus machinae, propriam illi poenam impoſui: &, *Age ſane*, inquam, *Perilae, niſi vana temere illa ſunt promiſſa, oſtende nobis ingreſſus ipſe veritatem artis tuae, & imitare clamantes, ut ſciamus utrum, quos praedicas modulos, ii per tibias ſonent.* Obſequitur Perilaus: at ego, cum intus eſſet, concluſo homine, ignem ſuccendi juſſi, *Habe tibi*, dicens, *dignam mercedem admirabilis illius artis tuae, ut magiſter illius Muſices primus ipſe canas.* Atque ille digna factis ſuis paſſus eſt, fructum percipiens ingenioſae machinationis. Caeterum ego viventem adhuc & ſpirantem hominem eximi juſſi, ne intra moriendo opus polluеret, & inſepultum per praeceps abjici. Expiatum vero bovem vobis miſi dedicandum Deo, & inſcribi totam narrationem

μὴν, κολάζεαϛ, σὲ δὲ τέρπειαϛ μέλαξι καλαυλεύμενον.

Ἐγὼ δὲ ὡς τᾶτ' ἤκεσα, ἐμυσάχθην τ̀ κακομηχανίαν τᾷ ἀνδρὸς, καὶ τ̀ ὀπίνοιαν ἐμίσησα τᾷ καλασκευάσματος, καὶ οἰκείαν αὐτῷ τιμωρίαν ἐπέθηκα. καὶ ἄγε δὴ, ἔφην, ὦ Περίλαε, εἰ μὴ κενὴ ἄλλως ὑπόχεσις ταῦτά ὅτι, δεῖξον ἡμῖν αὐτὸς εἰσελθών, τ̀ ἀλήθειαν τ̀ τέχνης, καὶ μίμησαι τὰς βοῶντας, ἵν' εἰδῶμεν εἰ καὶ ἃ φῂς μέλη, ἅμα τ̀ αὐλῶν φθέγγεϛ. πείθεϛ μὴν τούτοις ὁ Περίλαος· ἐγὼ δὲ, ἐπεὶ ἐνδον ἦν, καλλείσας αὐτὸν, ὡς ὑφάπτειν ἐκέλευον, Ἀπολάμβανε εἰπὼν τ̀ ἄξιον μισθὸν τ̀ θαυμαστῆς σᾶ τέχνης, ἵν' ὁ διδάσκαλος τ̀ μουσικῆς πρῶτος αὐτὸς αὐλῇς. καὶ ὁ μὴν δίκαια ἔπαθεν, ἀπολαύων τ̀ αὐτᾷ εὐμηχανίας· ἐγὼ δὲ, ζῶντα, καὶ ἔτι ἔμπνουν ὄντα τ̀ ἄνδρα, ἐξαιρεθῆναι κελεύσας, ὡς μὴ μιάνειε τὸ ἔργον ἐναποθανὼν, ἐκεῖνον μὲν ἄταφον χῦ κρημνῶν ῥίπτειν ἐκέλευσα· καθάρας δὲ τ̀ βᾶν, ἀπέπεμψα ὑμῖν ἀναλεθησόμενον τῷ θεῷ· καὶ ὀπιγράψαι γε ἐπ' αὐτῷ ἐκέλευσα τ̀ πᾶσαν

60 65 70 75 80

f Καταυλούμενον] Καταλούμ. male ſola *B*3.

Aphor. 19. 20. & alibi. Et ut in illo *Homeri* μίμνησο intelligere queas, ita alibi κιλεύω omiſſum ſtatuere pro lubitu licet. Vid. Fratris *G. O. Reitzii* Belgam Graeciſſ. p. 386. qui plura congeſſit, unde aeque atque ex his Hippocratis parebit, non ſoliis Atticis familiare eſſe hoc loquendi genus. *J. F. R.*

Ibid. Τοὺς αὐλοὺς τούσδε] Sic *Long. Paſt.* 2. p. 67. μίμησαι τᾷ πιθλου τοῦδι, καὶ τ̀ Νυμφῶν τῶνδι. Similes articuli & pronominum repetitiones vid. ſupr. T. I. p. 297. Et hoc Tom. *Ver. Hiſt.* I. pr. Et alibi non ſemel. *J. F. R.*

57. Ὡς τ̀ μὲ κολάζειαϛ, σὲ δὲ τέρπειαϛ μέλαξι καλαλούμενον] Hæc ultima vox in mendo cubat. Silet ad eam interpres, nec emendavit, vix exprimere tentavit. Καλαλίω eſt molo, mola frango, qui ſignificatus non convenit huic loco. Lege meo periculo καλακηλούμενον, id eſt delenitum, ſenſu manifeſto & apto. *J. P. a G.*

59. Καλαυλούμενον] Hic vero mirari ſubit eruditiſſimi Viri caecitatem, cui tam turpiter prava unius Editionis ſcriptura impoſuit, neque apud interpretem obſervavit *inter modulandum*, quod ad veram manu quaſi ducebat. Eo magis etiam, quod *Pariſienſem* Ed. quae recte habet, inſpexiſſe videtur, cum paginam adſcribat, in qua invenitur hic locus. Iterum uſurpat Ὀρχ. c. 2. & Δικ. c. 17. *M. du S.*

Καλαυλούμενον] Ita eſſe in *H. B*2. *Fl. Ald. Fr. P.* & A. Sed male καλαλούμενον in *B*3. notaverat *M. du S.* in marg. *Junt.* quae etiam recte καλαυλ. At non opus erat tanta perquiſitione, ubi enim in re tam manifeſta tres quatuorve Edd. conveniunt, ibi ceterarum errores in cenſum vocari nihil eſt opus. Melius tamen operae erat, quod in eodem marg. addidit, conferri poſſe Π. Ὀρχ. c. 2. & Δικαϛ. c. 17. ubi idem verbum occurrit. At nota *Palmerii* tanto conatu, ſed irrito, hunc locum emendantis ei anſam dedit inquirendi; quare jam laudo *Solani* diligentiam & addo, etiam καλαυλούμ. legi in *Ald.* & *Salm.* ac miror alterum nullam edit. contuliſſe; quod ſi feciſſet, facile detexiſſet, credo, errorem tantum typographicum eſſe illud καλαλ. pro καλαυλ. quod autem de Interprete ait, eum ſiluiſſe, liceat mihi animadvertere, in Pariſinae verſione ab *Opſopoeo* concinnata tamen hoc verbum ſic redditum: *inter modulandum*, & a *Bened. modulatione delecteris.* At his ſcriptis, video in notis *Solani* eadem contra *Palmerium* notata. *J. F. R.*

σαν διήγησιν· τῦ ἀναθέντος ἐμῦ τὄνομα, τὸ τεχνίτου τὸ Περίλαου, τὴν ὀπίνοιαν τὴν ἐκείνυ, τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐμὴν, τὸ πρέπυσαν τιμωρίαν, τὰ τῦ σοφῦ χαλκέως μέλη, τὸν πρῶτον πεῖραν τῆς μυσικῆς.

Ὑμεῖς δὲ, ὦ Δελφοὶ, δίκαια ποιήσετε, θύσαντες μὲν ὑπὲρ ἐμῦ μετὰ τῶν πρέσβεων, ἀναθέντες δὲ τὸ ταῦρον ἐν καλῷ τῷ ἱερῷ, ὡς πάντες εἰδεῖεν οἷος ἐγὼ πρὸς τὺς πονηρύς εἰμι, καὶ ὅπως ἀμύνομαι τὰς πλεονεξίας ἐς κακίαν ὀπυθυμίας αὐτῶν. ἱκανὸν γὰρ καὶ τῦτο μόνον δηλῶσαί μυ τὸν τρόπον, Περίλαος κολασθεὶς, καὶ ὁ ταῦρος ἀνατεθεὶς, καὶ μηκέτι φυλαχθεὶς πρὸς ἄλλων κολαζομένων αὐλήματα, μηδὲ μελῳδήσας ἄλλο ἔτι, πλὴν μόνα τὰ τῦ τεχνίτυ μυκήματα· καὶ ὅτι ἐν μόνῳ αὐτῷ καὶ πεῖραν ἔλαβον τῆς τέχνης, καὶ κατέπαυσα τὴν ἄμυσον ἐκείνην καὶ ἀπάνθρωπον ᾠδήν. καὶ τὰ μὲν παρόντα ταῦτα παρ' ἐμῦ τῷ θεῷ. ἀναθήσω δὲ καὶ ἄλλα πολλάκις, ἐπειδάν μοι πλέον μηκέτι δεινὸς κολάσεως.

Ταῦτα μὲν, ὦ Δελφοὶ, τὰ παρὰ τῦ Φαλάριδος, ἀληθῆ πάντα, καὶ οἷα ἐπράχθη ἕκαστα, καὶ δίκαιοι ἂν εἴημεν πιστεύεσθαι ὑφ' ὑμῶν, μαρτυρῦντες, ὡς ἂν καὶ εἰδότες, καὶ μηδεμίαν τῦ ψεύδεσθαι νῦν αἰτίαν ἔχοντες. εἰ δὲ δεῖ καὶ δεηθῆναι ὑπὲρ ἀνδρὸς μάτην πονηρῦ δοκῦντος, καὶ ἄκοντος κολάζειν ἠναγκασμένυ, ἱκετεύομεν ὑμᾶς ἡμεῖς οἱ Ἀκραγαντῖνοι, Ἕλληνές τε ὄντες, καὶ τὸ ἀρχαῖον Δωριεῖς, [a] προσήσεσθαι τὸν ἄνδρα, φίλον εἶναι ἐθέλοντα, καὶ πολλὰ καὶ δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ ἕκαστον ὑμῶν εὖ ποιῆσαι ὡρμημένον. λάβετε ὖν αὐτοὶ τὸν ταῦρον, καὶ ἀνάθετε, καὶ

juſſi, meum, dedicantis, nomen, artificem Perilaum, ipſius commentum, meam juſtitiam, poenam decentem, ſapientis fabri modulos, primum Muſices experimentum.

13. Vos vero, Delphi, quod juſtum eſt feceritis, ſi pro me cum Legatis rem ſacram feceritis, dedicaveritisque taurum honeſto ſacri loco, ut ſciant omnes, qualis ego in malos ſim, & quomodo ulciſcar nimias illorum ad mala cupiditates. Sufficit enim vel hoc ſolum ad declarandum ingenium meum, Perilaus punitus, dedicatus taurus, neque ſervatus amplius ad aliorum puniendorum cantus, nulla dum alia melodia edita, praeter ſolos artificis mugitus: & quod in illo ſolo & experimentum cepi artis, & finem impoſui cantui illi a Muſis & humanitate abhorrenti. Et in praeſens iſta quidem a me Deo *oblata ſunto*. Dedicabo autem ſaepe etiam alia, ſi hoc mihi praeſtiterit, ut poenis non amplius indigeam.

14. *Haec, Delphi, quae a Phalaride, dicere juſſi ſumus, vera omnia, & qualia geſta ſunt ſingula. Ac digni videmur eſſe, quibus fides habeatur a vobis, cum perhibeamus teſtimonium, tanquam qui ſciamus, & nullam jam mentiendi cauſſam habeamus. Si vero etiam preces interponendae ſunt pro viro, qui ſine cauſſa videtur malus, quique praeter voluntatem ſuam punire cogitur, ſupplicamus vobis nos Agrigentini, qui Graeci ſumus, & antiqua origine Dores, ut admittatis virum, amicum vobis eſſe cupientem, & multa in vos publice, & privatim in ſingulos veſtrum bona conferre paratum. Accipite ergo ipſi taurum, &*

a Προσήσεσθαι] Sic *J. H. Fl. P.* &c. Προσίεσθαι P. L. & marg. *AIW.*

88. Ἐν καλῷ τῷ ἱερῷ] Non eſt, ut Interpres, *in eleganti delubro*; ſed *in loco templi conſpicuo*. Sic in *Navig.* ἐν καλῷ τῆ πόλεως. *Aelian.* V. Hiſt. L. 2. 13. ἐν καλῷ τῷ θεάτρου, ſupple χωρίῳ. Haec *L. Bos* in notis MSS. Eadem habet in libello de Elliſi, p. 164. Ibique & alia ſimilia ellipſeos exempla. *J. F. R.*

13. Δωριεῖς] Vide *Thucyd.* *M. du S.*

Ibid. Προσήσεσθαι] Sic impreſſi omnes. P. & L. προσίεσθαι. & ſic *Dem.* 173. A. μὴ προσίεσθαι τὴν πόλιν εἰς τὸν χῶρον. Sed elegantius hic futurum videtur. Saepiſſime uſurpat Noſter. Φαλ. β. c. 3. N. δ. XXIII. Ἐρωτ. c. 1. & Ῥητ. c. 16. *M. du S.*

2. Πρό-

& dedicate, & pro Agrigento, ipsoque Phalaride vota facite: & nec infecta re nos dimiseritis, nec illum affeceritis contumelia, nec Deum pulcherrimo justissimoque donario privaveritis.

εὔξασθε ὑπέρ τε τ᾽ Ἀκράγαντος, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ Φαλάριδος, καὶ μήτε ἡμᾶς ἀπράκτους ἀποπέμψητε, μήτ᾽ ἐκεῖνον ὑβρίσητε, μήτε θεὸν ἀποστερήσητε καλλίστου τε ἄμα, καὶ δικαιοτάτου ἀναθήματος.

PHALARIS ALTER.

ΦΑΛΑΡΙΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

NEque cura mihi Agrigentinorum hospitum publice data, Delphi, neque privatum cum Phalaride hospitium intercedit, neque aliam habeo aut peculiarem benevolentiae erga illum causſam, aut futurae ſpem amicitiae. Caeterum auditis Legatis ab eo venientibus, aequa & moderata differentibus, atque id quod pium, & publice utile eſt, & Delphos maxime decet, ſpectans, ſurrexi adhortaturus vos, ut neque contumelia afficiatis virum poten-

Οὔτε Ἀκραγαντίνων, ὦ ἄνδρες Δελφοί, πρόξενος ὤν, ὅτε ἰδιόξενος αὐτοῦ Φαλάριδος, ὅτ᾽ ἄλλην ἔχων πρὸς αὐτὸν, ἢ εὐνοίας ἰδίαν αἰτίαν, ἢ μελλούσης φιλίας ἐλπίδα· τὰ δὲ πρέσβεων ἀκούσας τὰ ἥκοντων παρ᾽ αὐτοῦ, ἰσηκοῖ καὶ μέτρια διεξιόντων, καὶ τὸ εὐσεβὲς ἅμα, καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον, καὶ μάλιστα τὸ Δελφοῖς πρέπον προορώμενος, ἀνέστην παρακελευσόμενος ὑμῖν, μήτε ὑβρίζειν ἄνδρα δυνάστην εὐσεβοῦντα, μητ᾽

2. Πρόξενος ὤν] (1) Πρόξενος ὁ ὅλης πόλεως ξένος ἰδιόξενος, ὁ ἰδίᾳ καθ᾽ αὑτὸν ξένος ὤν. πρόξενος δὲ καὶ ἰδιόξενος καὶ (2) ἀσύλους ταύτῃ λέγουσι. πρόξενος μέν, ὁ φανερῶς πόλεώς τινος πολίταις κατὰ τρόπον ξένος. ἰδιόξενος δὲ ὁ ἰδίως (3) ἐπὶ ξένοις. ἀσύλους δὲ ὁ κοινῇ πᾶσι τοῖς ἐκ τῶν πόλεων ξένοις, ὁποῖοι ποτ᾽ ἂν ὦσι τὸ (4) ἦθος. (5) οἱ μέντοι νεώτεροι τῶν ῥητόρων πρόξενους καλοῦσι τοὺς ἀφιξιτους τινὸς πράξεως (6) τισὶ γινομένους· καὶ ἴσως (7) ἀπὸ τοῦ ἐς τοὺς πρόξενους συσπουδάζειν τοῖς, ὧν εἰσι πρόξενοι τὰ ἀφίξια. (8) τῶν καθυμιῶν, καὶ ἐκφορίζειν ἐπὶ τὸ ῥᾷστον προάγοντας. ἢ ἐπὶ τῶν χειρόνων παρειλημμένου τοῦτο (9) καὶ αχρησαμένων ἔτι λοιπὸν τῶν μὴ κεκριμένων τῇ κρίσει προσεχόντων· ἕτεροι δὲ προξένους μέν φασι, τοὺς κατὰ δόγμα (10) πολιτικὸν προσάτας ὅλων πόλεων γινομένους. ἰδιοξένους δὲ τοὺς ἐκ πλείονος χρόνου ἢ ἐκ πατέρων (11) ἀφιξόσεως τυροῦντας ἀμόνοιαν, (12) καὶ πολὺ ταῖς πατρίσιν ἀπέχωσιν· οἳ φαίνονται, καὶ σφραγίδας ἀλλήλοις δεικνύντες, καὶ σύμβολά τινα ποιούμενοι, ἵνα ὃς ἂν πέμπωσιν ἀγνῶτας οἷον υἱοὺς ἢ οἰκείους (13) προσδέχωνται, ἕτεροι δὲ σύμβολας. φασὶ δὲ καὶ διορυξέντου ἔτει τοὺς κατὰ πόλεμον ἀλλήλους φιλοποιησαμένους, ὡς Διομήδης Γλαῦκον. ξένους δὲ ἁπλῶς, τοὺς ἐξ ἑτέρας πόλεως παρεπιδημοῦντας. ἐάν τε ἀγνῶτες ὦσιν, ἐάν τε ἐγνωσμένοι. τοὺς δὲ ἰδιοξένους (14) ὃς ἂν οἰκίᾳ τις ὑποδέξαιτο, καὶ συμπράξαιέ τι τῶν χρησίμων ἢ μηνύσειε τῶν ἀπορ. . . . . *V.*

(1) Scholium hoc in Impreſſ. corruptiſſimum, MSS. Codd. ope nitori ſuo, ſi ultima excipias, reddidimus. *M. du S.*

(2) Ἀσύλους] Ἀσύλους C. hic & in ſequentibus.

(3) Ἐπὶ] Ἰδίως ἐπὶ ξένοις C. recte, & ſic dedi pro *idiom xenos* quod in Vulgato erat. *Idiom . . . . xenos G.* *M. du S.*

(4) Ἦθος] An ἴθυς? *J. F. R.*

(5) Οἱ μέντοι νεώτεροι] Sic ex C. reſtitutum. Οἱ ἕτεροι V. Lacuna eſt in *G.*

(6) Τίσι γινομένους] Οἱ γίνεσθαι in Ed. *Cler.* erat. Sed hoc & alia permulta quibus enumerandis non morabor lectorem, reſtituit *M. du S.* ex Coll. Codicum.

(7) Ἀπὸ τοῦ] Haec verba in C. non exſtant. Sed retinenda ſunt. *M. du S.*

(8) Τῶν κ. &c.] Lacunas Ed. *Amſtel.* ex Coll. ſupplevit idem, integer enim verſus deerat.

(9) Καὶ χρ.] Et hic lacuna erat in Ed. *Cler.* pro qua κεχρημένων τῇ κρίσει eſt in *Coll.*

(10) Πολιτικὸν] Πολιτικὺς C.

(11) Παραδόσεως τυρεύντας] Sic C. Ψευδόχης τυχόντας miſere in Editis π. τυρεύντας. V.

(12) Καὶ πολὺ ταῖς πατρίσιν] Et hoc ex C. eſt. Πολλοὶ ταῖς πατρᾶσιν *G.* Πολλοὶ ταῖς πράξεσιν V. Unde πολιτικαῖς πράξεσιν fecerant editores priores.

(13) Προσδέχωνται] Προσδέχηται ante legebatur. Mutavit *M. du S.* ex C, item ἕτερας ex eodem, quum ἄτερας in editis eſſet.

(14) Lacuna hic eſt in Exc. *G.* & V.

2. Πρόξεν] Differentiæ inter πρόξενον & ἰδιόξενον, multæ, quas tradunt Grammatici. *J. B.*

Ibid. Ἰδιόξεν] Adducit *Thomas Magiſter* hunc Luciani locum in voce ἰδ. Sed miſerum in modum interpolatum additione ὁ Ἀπόλλων. Pro Phalaride *ſecundo* etiam *primum* dicit. Quae ſi lubet & vacat, in eo emendato. *M. du S.*

μητ' ἀνάθημα ἤδη τῷ Θεῷ καθωμολογημένον, ἀπαλλοτριῶσαι· καὶ ταῦτα, τριῶν τῶν μεγίστων ἐς ἀεὶ ὑπόμνημα γενησόμενον, τέχνης καλλίστης καὶ γνώμης κακίστης, καὶ δικαίας κολάσεως.

2. Ἐγὼ μὲν οὖν, καὶ τὸ ἐνδοιάσαι ὑμᾶς ὅλως περὶ τούτου, καὶ [a] δημιουργὸς ἡμῖν [b] προσθεῖναι τὸ ἀφόσκεψιν, εἰ χρὴ δέχεσθαι τὸ ἀνάθημα, ἢ ὀπίσω αὖθις ἀποπέμπειν, ἀνόσιον ἤδη εἶναι νομίζω· μᾶλλον δὲ, οὐδ' ὑποψολὴν ἀσεβείας ἀπολελοιπέναι· οὐδὲν γὰρ ἀλλ' ἢ ἱεροσυλία τὸ πρᾶγμά ἐστι, μακρῷ τῶν ἄλλων χαλεπωτέρα, καὶ [c] ὅσῳ τῶν τὰ ἤδη ἀνατεθέντα συλᾶν, τοῦ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τοῖς ἀνατιθέναι βουλομένοις ἐπιτρέπειν ἀσεβέστερον.

3. Δέομαι δὲ ὑμῶν Δελφοὶ καὶ αὐτοὶ ὄντες, καὶ τὸ ἴσον μετέχοντες τῆς τε δημοσίᾳ εὐκλείας, εἰ φυλάττοιτο, καὶ τῆς ἐναντίας δόξης, εἴ τι παρόντων προσγένοιτο, μηδ' ἀποκλείειν τὸ ἱερὸν τοῖς εὐσεβοῦσι, μήτε τὴν πόλιν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους διαβάλλειν, ὡς τὰ πεμπόμενα τῷ Θεῷ συκοφαντοῦσαν, καὶ ψήφῳ καὶ δικαστηρίῳ δοκιμάζουσαν τοὺς ἀναθέντας. οὐδεὶς γὰρ ἔτι ἀναθεῖναι τολμήσειεν ἂν, εἰδὼς [d] ὃ προσηκόμενον τὸν Θεὸν, ὅ, τι ἂν μὴ πρότερον Δελφοῖς δοκῇ.

tem, religiosum, neque donarium jam nuncupatum Deo, abalienetis, quod trium maximarum rerum omni aevo monimentum futurum est, artis praestantissimae, commenti pessimi, & justi supplicii.

2. Equidem ipsum hoc, dubitare vos omnino hac de re, ipsum hoc, quod eam proposuere nobis magistratus disputationem, *Sit ne recipiendum donarium, an retro rursus remittendum?* irreligiosum esse arbitror, vel potius, nullum impietati gradum ultra quem ascendat, reliquisse. Nihil enim aliud quam sacrilegium hoc est, longe aliis gravius, quanto nimirum major est impietas, quam spoliare dedicata, ne permittere quidem dedicare volentibus.

3. Rogo autem vos, Delphus ipse quoque, & in partem veniens tum publicae bonae famae, si ea servetur, tum contrariae opinionis, si qua ex praesenti negotio contrahatur, ne claudatis sacrum religiosis, neque civitati nostrae infamiam apud omnes homines concilietis, quasi ea quae mittuntur Deo calumnietur, & calculo judicioque exploret, qui aliquid donant. Nemo enim amplius donare quidquam temere audebit, si sciat, non admissurum esse Deum, quod non prius Delphis *admittendum* videatur.

4. Ac

a Δημιουργὸς] Deest in *Angl.* Adest in Edd. b Προσθεῖναι] Προσθεῖναι marg. *A*1*W*. c Ὅσῳ] Ita restitut. ex L. & marg. *A*1. Ὅσον Edd. d Οὗ] Μὴ marg. *A*1*W*.

17. Δημιουργοὺς] Deest in Angl. Cod. *J.B.*

Δημιουργοὺς] *Suidas* quidem δημιουργοὺς vocari ait τοὺς δημόσια ἐργαζομένους. Sed nondum habemus, quod plene satisfaciat. Idem credo innuit, quod *Livius* diserte docet de Magistratu Achaeorum sic dicto; vide XXXII. 22. Conjule etiam *Demosthen. Diog. Laërt.* p. 42. F. & *Platonem* ex quo habet, in Apol. & adde *Thucyd.* V. 47. *M.du S.*

23. Καὶ ὅσον τῷ τὰ ἤδη ἀνατεθέντα συλᾶν, τὸ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τ. ἀ. β. ἐ. ἀσεβέστερον] Plane non ut apud Lucianum in Græcis patronus Phalaridis, sic in Latinis quoque interpres ratiocinatur, cujus collectio longe infra efficaciam prioris; qui non id evincit, non minus impium factu fore, si volentibus dedicare auferatur potestas, quam si dedicata auferantur, sed altius se efferens in id laborat, ut pro certo affirmet longe magis impium factum fieri ab eo, qui potestatem volenti dedicare præcidat quam qui dedicata auferat; & quanto gravius ille peccat, in tanto pejus peccatum induci Delphos. In fine hujus paginæ μισθὸν τῆς εὐσεβείας erronee vides verti *præmium impietatis*, quod mirum qui ex Opsopœo imitetur Benedictus. *J.G.*

36. Προσηκόμενον] Conf. *Phal.* I. vers. fin. & *Dial. mort.* XXIII. vers. f. *J.F.R.*

43. Εὐδίκως] Sic L. melius quam quod in reliquis est εὐδίως. *M.du S.*

61. Χρὴ δὲ τὰ μὲ τοιαῦτα, μὴ δὲ τοῖς πιστοῦσθαι φάσκουσι πάνυ πιστεύειν διηγουμένοις. ἄδηλον γὰρ εἰ ἀληθῆ λέγουσιν, ἐκ ὅπως αὐτοὺς, μὴ ἀ ἐπισάμενοι καθηγορεῖν] Pro μὴ ἃ meliori ordine ἀ μὴ antiquiores editiones omnes, ut ex sua *Basileensi* notavit Cl. *Gronovius*, qui jure quoque castigat hic Interpretem, reddentem ul-

4. Ac Pythius quidem juſtum jam de donario ſuffragium tulit. Si enim odiſſet Phalarin, aut munus illius abominaretur, facile illi erat medio in Ionio illud, cum ipſa navi, quae vehebat, demergere. Verum ille contra per ſerenitatem uti trajicerent, ut aiunt, ipſis tribuit, & ſalvi ad Cirrham uti appellerent.

5. Qua re etiam manifeſtum eſt, admitti ab eo monarchae pietatem. Oportet autem vos quoque eadem decernere, & adjicere hunc taurum reliquis templi ornamentis. Omnium enim abſurdiſſimum fuerit, magnifici adeo muneris Deo miſſi auctorem, damnans ex templo ſuffragium referre, & mercedem hanc religionis ſuae habere, ut ne dignus quidem ſit habitus, qui aliquid donet.

6. Ille quidem, qui contraria mihi decrevit, quaſi qui Agrigento modo huc appulerit, caedes quasdam, & vim factam, & rapinas, & abductiones tyranni tragica oratione retulit, tantum non viſa a ſe narrari dicens; quem tamen neque ad navem usque peregrinatum eſſe, novimus. Oportet autem talia ne his quidem, qui ſe paſſos eſſe dicunt, omnino credere narrantibus; cum, utrum vera dicant, incertum ſit: nedum ut ipſi, quae non *certo* ſcimus, accuſemus.

Ὁ μὲν ὢν Πύθιος, τὴν δικαίαν ἤδη ψῆφον τῇ ἀναθήματος ψήφου ἤνεγκεν. εἰ γὰρ ἐμίσει τὴν Φάλαριν, ἢ τὸ δῶρον [e] αὐτὸ [f] ἐμυσάττετο, ῥᾴδιον ἦν ἐν τῷ Ἰονίῳ μέσῳ καταδῦσαι αὐτό, μὴ τὴν ἀγύσης ὁλκάδος. ὁ δὲ πολὺ τἀναντίον ἐν [g] εὐδίᾳ τε διαπεραιωθῆναι, ὥς φασι, παρέσχεν αὐτοῖς, καὶ σῶς εἰς τὴν Κίρραν καταῆραι.

Ὥ καὶ δῆλον, ὅτι προσίεται τὴν τοῦ μοναρχου εὐσέβειαν, χρὴ δὲ καὶ ὑμᾶς τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ ψηφισαμένους, προσθεῖναι καὶ τὸν ταῦρον τοῖς ἄλλοις κόσμοις τοῦ ἱεροῦ. ἐπεὶ πάντων ἂν εἴη τοῦτ' ἀτοπώτατον, τὸν μεμψάμενόν τινα μεγαλοπρεπὲς οὕτω δῶρον θεῷ, τὴν καλαδικάζουσαν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ψῆφον λαβεῖν, καὶ μισθὸν κομίσασθαι τῆς εὐσεβείας, τὸ κεκρίσθαι μηδὲ τοῦ ἀνατεθέναι ἄξιον.

Ὁ μὲν ὢν τἀναντία μοι ἐγνωκὼς, καθάπερ ἐκ τοῦ Ἀκράγαντος ἄρτι καταπεπλευκὼς, σφαγάς τινας, καὶ βίας, καὶ ἁρπαγὰς, καὶ ἀπαγωγὰς ἐτραγῴδει τοῦ τυράννου, μόνον οὐκ αὐτόπτης γεγενημένος λέγων, ὃν ἴσμεν οὐδ' ἄχρι τοῦ πλοίου ἀποδεδημηκότα. χρὴ δὲ τὰ μὲν τοιαῦτα, μηδὲ τοῖς πεπονθέναι φάσκουσι πάνυ πιστεύειν διηγουμένοις. ἄδηλον γὰρ εἰ ἀληθῆ λέγουσιν, οὐχ ὅπως [h] αὐτοὺς ἃ μὴ ἐπιστάμεθα, καταγορεῖν.

Εἰ

e Αὐτὸ] Sic *Fl. H. P. S. Ald.* Αὐτοῦ *J.* & marg. *AIW. f* Ἐμυσάττ.] Ἠμυσάττ. *J.* Prius ſervant *H. Ald. P.* &c. *g* Εὐδίᾳ] Ex Cod. L. Ἀδίᾳ marg. *AIW.* Εὐδίῳ Edd. priores. *h* Αὐτοὺς] Sic *J. Fl. P. S.*, Αὐτοὺς *P. H. Ald.* & *Bz.*

ultima, *Etenim incertum eſt verane dicant, ſiquidem non poſſunt non criminari ea quae explorata habemus.* Αὐτοὺς pendet a χρὴ, quod praeceſſit. οὐχ ὅπως ſignificat *nedum.* Verba, ἄδηλον γὰρ εἰ ἀληθῆ λέγουσιν, includenda ſunt parentheſi. Vertendum autem, *Oportet vero, ut talia ne iis quidem, qui ea ſe paſſos eſſe dicunt, narrantibus magnopere accredamus (incertum enim eſt, num vera dicant) nedum ut ipſi ea, quae neſciamus, accuſemus.* *J. J.*

63. Οὐχ ὅπως αὐτοὺς μὴ ἃ ἐπιστάμεθα καταγορεῖν] Benedictus, *ſiquidem non poſſunt non criminari ea quae explorata habemus.* Itane? Imo contra, quis poterit ea criminari, quae explorata habeo? Et hæc quidem ſunt *Benedicti.* Nam in *Baſileenſi* editur οὐχ ὅπως αὐτοὺς ἃ μὴ ἐπιστάμεθα κ. & vertit Opſopæus, *ne quo modo eos de quibus nihil certi nobis compertum eſt, injuſte ſceleris accuſemus.* Certe hæc lectio & vocum ſeries videtur melior, & exponenda Latine (pendet autem ab præcedenti χρὴ) *nedum ipſos quae ignoramus criminari*, quod nempe fiebat proponenda hac deliberatione. *J. G.*

64. Αὐτοὺς] Sic P. *H.* & *Bz.* In reliquis αὐτοὺς. Verſio noſtra ſenſum aperiet prioribus interpretibus ignotum. (verto enim: *nedum ipſos quae ignoramus criminari.*) *M. du S.*

Ibid. [d]Α μὴ] Nullam hic varietatem notaverat *Solanus* noſter; quumque Cl. *Jenſ.* indicet μὴ ἃ legi, idque recte immutet, evolvi Edd. ſed cognovi veteres

Εἰ δ' ὅν τι χ' πέπραχ') τοιοῦτον ἐν Σικελίᾳ, τοῦτ' ἀ Δελφοῖς ἀναγκαῖον πολυπραγμονεῖν, εἰ μὴ ἀντὶ ἱερέων ἤδη δικαστὰ εἶναι ἀξιοῦμεν· χ' δέον θύειν, [a] χ' τ' ἄλλα θεραπεύειν τ' θεὸν, χ' συναναλιθέναι, εἰ πέμψειέ τις, σκοποῦντες καθήμεθα, εἴ τινες τ' ὑπὲρ τ' Ἰόνιον δικαίως ἢ ἀδίκως τυραννοῦνται.

Καὶ τὰ μὲν τῶν ἄλλων ἐχέτω ὅπη χ' βούλ') ἡμῖν δὲ ἀναγκαῖον, οἶμαι, τὰ ἡμέτερα αὐτῶν εἰδέναι, ὅπως τε πάλαι διέκειτο, καὶ ὅπως νῦν ἔχει, καὶ τί ποιοῦσι λῷον ἔσται. ὅτι μὲν δὴ ἐν χρημνοῖς τε οἰκοῦμεν αὐτοὶ, καὶ πέτρας γεωργοῦμεν, οὐχ Ὅμηρον χρὴ προσμένειν, δηλώσοντα ἡμῖν, ἀλλ' ὁρᾶν πάρεστι ταῦτα· καὶ ὅσον ὀπὶ τῇ γῇ, βαθεῖ λιμῷ ἀεὶ συνῆμεν ἄν. τὸ δ' ἱερὸν, καὶ ὁ Πύθιος, καὶ τὸ χρηστήριον, καὶ οἱ θύοντες, καὶ οἱ εὐσεβοῦντες, ταῦτα Δελφῶν τὰ πεδία, ταῦθ' ἡ πρόσοδος, ἐντεῦθεν ἡ εὐπορία, ἐντεῦθεν αἱ τροφαί. χρὴ γοῦν τἀληθῆ πρός γε [b] ἡμᾶς [c] αὐτοὺς λέγειν, καὶ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τ' ποιητῶν, ἄσπαρτα ἡμῖν καὶ ἀνήροτα φύει τὰ πάντα ὑπὸ γεωργῷ τῷ θεῷ, ὃς δὲ μόνον τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις

7. Utrum igitur tale quidquam in Sicilia factum sit, hoc Delphis necesse non est studiose quaerere; nisi pro sacerdotibus jam judices esse postulamus; & cum mactare nos oportebat, & reliquum Dei cultum peragere, & una ponere donaria si quis mittat, sedemus disceptaturi, si qui trans Ionium mare juste aut injuste tyrannidem gerant.

8. Aliorum quidem res quomodocumque lubuerit se habeant. Nobis autem necessarium arbitror nostra ipsorum scire, cum ut olim constituta fuerint, tum uti nunc se habeant, & quid facientibus melius futurum sit. Ac nos in praecipitiis habitare, & saxa arare, non Homerus nobis expectandus est, qui nos doceat; sed videre ista licet: & quantum ad terram, prolixa semper cum fame essemus. Sed templum, & Pythius, & oraculum, & mactantes, & religiosi, hi Delphorum agri, hi reditus, hinc bona copia, hinc alimenta, (oportet enim vera, inter nos quidem certe, dicere,) & quod a poëtis dicitur, sine semine nostro, sine aratro, proveniunt omnia: agrum nostrum colente Deo, qui non ea solum, quae apud reliquos *Graecos* nascuntur,

a Καὶ τ' ἄλλα] Sic recte L. marg. *A1.* & *J.* nisi quod τ' ἄλλα circumflectat ubique illa editio. Καὶ ἄλλα tantum Edd. reliquae. b Ἡμᾶς] Male ὑμᾶς *S. P.* & *Fl.* Recte *J. H. Ald.* c Αὐτοὺς] Recte *Fl.* & *S.* spiritu leni. Αὑτοὺς ceterae.

P. J. B2. H. &c. jam sic habuisse, solamque adeo *Salmurienſem* ejusque adfeclam *Amst.* male dedisse μὴ ἀ. *J. F. R.*

69. Τ' ἄλλα] Etiam T. I. monuimus *Junt.* & alias quoque nonnullas τ' ἄλλα circumflectere. Quod non imitamur, quia id in ἄλλῳ & ἄλλα non fit, nec igitur per accessionem particulae τε accentus mutabitur; elisio enim per se non facit syllabam longam. Et cum apostrophus tantum sit rejectio vocalis brevis, ejusmodi elisio quae fit in duabus vocibus concurrentibus, non est ejusdem naturae atque crasis & contractio in uno verbo. Margo *A1.* rectius τ' ἄλλα habet. Ignoscet Lector has minutias persequenti. *J. F. R.*

79. Πέτρας γεωργοῦμεν] Πυθῶνα τε πετρήσσαν vocat in catalogo *Homerus*. Haec adscripta erant in marg. *Ald. Wesselingi.* *J. F. R.*

80. Ὅμηρον] Vid. Il. B. in *Catal.* vers. 26. & Schol. I. 405. *Hom.* l. c. Πυθῶνά τε πετρήσσαν. Ibi enim Scholiastes docet *Pythona* eandem esse cum *Delphis*, quae recentior appellatio est. *M. du S.*

88. Ἄσπαρτα — χ' ἀνήροτα] Quae citra nostram operam casu nobis eveniunt, ἄσπαρτα & ἀνήροτα contingere dicunt Graeci. Id in *Paraem.* & *Rhetor. Discal.* natum a fabula Insularum Fortunatarum, de quibus *Homer.* Odyss. IX. *Horat.* & *Lucianus.* *G. C.*

Ἄσπαρτα — χ' ἀνήροτα] *Homer.* Od. I. 109. *M. du S.*

91. Ἕλλησιν ἀγαθὰ] Solus L. hanc vocem suppeditat sensui omnino necessariam. *M. du S.*

Ἕλλησιν] Haec vox in marg. *Ald. Wesseling.* ita adscripta legitur, ut potius pro ἄλλοις substituenda, quam insuper adjungenda videatur: & haud scio an Codex L. non etiam sic habeat; ut enim Ἕλλησιν probum est, ita jam adjecto ἄλλοις carere posse videmur. Quia tamen *Solanus* sic vult, morem gessi. At cum

tur, bona nobis praebet ; ſed ſi quid apud Phrygas , Lydos , Perſas, Aſſyrios, aut Phoenices, aut Italos, aut ipſos Hyperboreos, *naſcitur*, Delphos omnia perveniunt. Et ſecundo poſt Deum loco nos colimur ab omnibus , & abundamus , & beati ſumus. Haec antiqua ratio , haec adhuc obtinet , & utinam ita vivere non deſinamus !

9. Recordatur autem nemo unquam ſuffragium de donario apud nos latum , nec prohibitum quemquam , quo minus ſacrificaret, vel dedicaret aliquid. Ac propter hoc ipſum , puto , ſupra modum auctum eſt ſacrum , & abundat donariis. Quare nec in praeſenti novandum quidquam , neque praeter patrium morem lex conſtituenda , ut ſcrupuloſe judicentur donaria , & eorum quae mittuntur origo inquiratur , unde , a quo, & qualia ſint? ſed accepta ſine operoſa quaeſtione dedicare , tum Deo miniſtrantes, tum religioſis.

10. Videmini autem mihi, Delphi, ſic demum optime de praeſentibus judicaturi, ſi primum conſideraveritis, de quot quantisque rebus ſit quaeſtio. Primo quidem de Deo,

[d] Ἕλλησιν ἀγαθὰ γιγνόμενα παρέχῃ, ἀλλ' εἴ τι ἐν Φρυξὶν, ἢ Λυδοῖς, ἢ Πέρσαις, ἢ Ἀσσυρίοις, ἢ Φοίνιξιν, ἢ Ἰταλιώταις, ἢ Ὑπερβορέοις αὐτοῖς, πάντα ἐς Δελφοὺς ἀφικνεῖται. καὶ τὰ δεύτερα μετὰ τὸν Θεὸν ἡμεῖς τιμώμεθα ὑφ' ἁπάντων, καὶ εὐπορέμεν, καὶ εὐδαιμονέομεν· ταῦτα τὸ ἀρχαῖον· ταῦτα τὸ μέχρι νῦν, καὶ μὴ παυσαίμεθά γε ὕτω βιῶντες.

Μέμνηται δὲ οὐδεὶς πώποτε ψῆφον ὑπὲρ ἀναθήματος παρ' ἡμῖν ἀναδοθεῖσαν, οὐδὲ κωλυθέντα τινὰ θύειν ἢ ἀνατιθέναι. καὶ διὰ τοῦτ', οἶμαι, καὶ αὐτὸ ἐς ὑπερβολὴν ηὐξηται τὸ ἱερὸν, καὶ ὑπερπλουτεῖ ἐν τοῖς ἀναθήμασι. δεῖ τοίνυν μηδ' ἐν τῷ παρόντι καινίζομεῖν μηδὲν, μηδὲ παρὰ τὰ πάτρια νόμον καθιστάναι, [e] φιλοχρινεῖν τὰ ἀναθήματα, καὶ γενεαλογεῖν τὰ πεμπόμενα, ὅθεν, καὶ ἀφ' ὅτου, καὶ ὁποῖα· δεξαμένους δὲ ἀπραγμόνως ἀνατιθέναι, ὑπηρετοῦντας ἀμφοῖν, καὶ τῷ Θεῷ, καὶ τοῖς εὐσεβέσι.

Δοκεῖτε δέ μοι, ὦ ἄνδρες Δελφοὶ, ἄριστα βουλεύσεσθαι περὶ τῶν παρόντων, εἰ λογίσεσθε πρῶτον ὑπὲρ ὅσων καὶ ἡλίκων ἐστὶν ἡ σκέψις· πρῶτον μὲν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἱεροῦ,

[d] Ἕλλησιν] Reſtitutum ex L. & marg. *AIW.* Deeſt in Edd. prioribus. [e] Φιλοχρινεῖν] Ita Edd. unaniniter. *Φυλοχρ. Angl.*

cum pro certo adfirmare non queam , num ipſe hunc Codicem inſpexerit , an ejus collationem tantum ab alio acceperit , dubito num τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἀγαθὰ in eo legatur, an τοῖς Ἕλλησιν ἀγαθὰ ſolum ; ideoque fere alterutrum parentheſi incluſiſſem. Sed quia amplius deliberanti melius viſum , ſi utrumque conjungatur, quia ſe ſic vere Graecum facit, ſuosque Acragantinos Siculos partem quaſi adhuc Graeciae eſſe, fatetur, a quibus ſe ſejungeret, ſi ἄλλοι abeſſet, ideo utrumque jam adeſſe malui. Sic *Demoſth.* ſaepiſſime ἄλλους Ἕλληνας ait, ut in Or. de *coron.* p. 486. D. & 476. C. &c. Etſi ibidem Graeciam & Graecos interdum ab Athenienſibus diſtinguit , ad *Hellada* propriam reſpiciens. At Phalaridem ſuos cives Graecis adnumerare , patet ſupra ex I. *Phal.* c. 6. ὅτι Ἕλληνες — εἶναι λέγεσθε. c. 7. παρ' ὑμῶν τοῖς Ἕλλησι. Adde c. 14. Ideoque ἄλλοις Ἕλλησι optime ſe habet. *J. F. R.*

95. Καὶ τὰ δεύτερα, μετὰ τὸν Θεὸν, καὶ εὐπορούμεν, ἡμεῖς τιμώμεθα ὑφ' ἁπάντων, καὶ εὐδαιμονούμεν] Qui ſerio haec verba legit, mirum ſi non mirifice perturbata deprehendat; id nempe renovatis debemus editionibus. Sed veteres , Καὶ τὰ δεύτερα μετὰ τὸν Θεὸν ἡμεῖς τιμώμεθα ὑφ' ἁπάντων, καὶ εὐπορούμεν, καὶ εὐδαιμονούμεν. *Ac ſecundum Deum Apollinem, nos ab omnibus honoramur , & opulenti & beati ſumus.* *J. J.*

Ibid. Μετὰ τὸν Θεὸν] Μετὰ τὸν Θεὸν ⊖ εὐπορούμεν *Salm.* Ed. alieno loco ; ceterae enim Edd. εὐπορούμεν una verſu ſerius proferunt, & cum εὐδαιμονούμεν conjungunt. Quam varietatem cum non adnotarit *Solanus*, eam hic addimus, quo Cl. *Jenſii* correctio melius intellecta confirmetur. *J. F. R.*

8. Φιλοχρινεῖν] Rectius fortean Φυλοχρινεῖν , ut eſt in Anglicano Cod. *per ſtirpes donaria diſcernere*, ſequitur enim καὶ γενεαλογεῖν τὰ πεμπόμενα. *J. B.*

Φιλοχρινεῖν] Proba lectio. Vide Ἀποκρ. c. 4. quamvis ibi *Fl. Φυλ . . .*, ut hic A. habeat. *M. du S.*

ἱερῷ, καὶ θυσιῶν, καὶ ἀναθημάτων, καὶ [a] ἐθῶν ἀρχαίων, καὶ θεσμῶν παλαιῶν, καὶ δόξης τῆ μαντείῳ· ἔπειτα, ὑπὲρ τ πόλεως ὅλης, καὶ τ συμφερόντων τῷ τε κοινῷ ἡμῶν, καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ Δελφῶν· ὅπι πᾶσι δὲ, τ περὶ πᾶσιν ἀνθρώποις εὐκλείας ἢ κακοδοξίας. τούτων γὰρ οὐκ οἶδα εἴ τι μεῖζον, εἰ σωφρονεῖτε, ἢ ἀναγκαιότερον ἡγήσησθε ἄν.

& templo, & victimis, & donariis, & moribus antiquis, & legibus vetuſtis, & gloria oraculi: deinde de tota civitate, & his, quae cum reipublicae noſtrae, tum privatim unicuique Delphorum conducant: ſuper omnia vero de bona aut mala apud omnes homines fama. Hiſce enim ſi quid majus, magisve neceſſarium, modo ſanum adhibeatis judicium, exiſtimetis, non novi.

Περὶ μὲν οὖν ὧν βουλευόμεθα, ταῦτά ἐστιν. οὐ Φάλαρις τύραννος εἷς, οὐδὲ ταῦρος οὗτος, οὐδὲ χαλκὸς μόνον, ἀλλὰ πάντες βασιλεῖς, καὶ πάντες δυνάσται, ὅσοι νῦν χρῶνται τῷ ἱερῷ, καὶ χρυσὸς, καὶ ἄργυρος, καὶ ὅσα ἄλλα τίμια, πολλὰ πολλάκις ἀνατεθησόμενα τῷ θεῷ. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ κατὰ τ θεὸν ἐξεταθῆναι ἄξιον.

11. Haec ergo ſunt, de quibus deliberamus; non Phalaris unus tyrannus, neque taurus iſte, neque aes tantum; ſed reges omnes, & omnes Dynaſtae, qui jam ſacro utuntur, & aurum, & argentum, & quaecumque alia pretioſa dedicanda ſunt in poſterum Deo. Primo quidem, quod ad Deum pertinet, exploratu dignum.

Τίνος οὖν ἕνεκα, μηδ' ὡς [b] αἰεὶ, μηδ' ὡς πάλαι τὰ περὶ τ ἀναθημάτων [c] ποιήσομεν; ἢ τί μεμφόμενοι τοῖς παλαιοῖς ἔθεσι, χαινολομήσομεν; καὶ ὃ [d] μηδὲ πώποτε, ἀφ' οὗ τ πόλιν οἰκοῦμεν, καὶ ὁ Πύθιος χρᾷ, καὶ ὁ τρίπους φθέγγεται, καὶ ἡ ἱέρεια ἐμπνεῖται, γε-

12. Qua igitur de cauſſa non ut ſemper, neque ut olim, quae ad donaria referuntur, faciemus? aut quid reprehendentes in vetuſto more novabimus; & quod nunquam a nobis, ex quo urbem habemus, & Pythius reſpondet, & tripus loquitur, & facer-

a Ἐθῶν] Merito conſpirat cum Edd. Cod. P. Θεῶν male *Fl.* ſola. b Αἰεὶ] Sic *J. Fl. H. P. Ald.* &c. c Ποιήσομεν] Ποιήσωμεν penult. longa habebant *J. Fl. H. P.* At recte quod edidimus, eſt in P. & *B2.* & marg. *AIW.* d Μηδὲ] Al. Μὴ δὲ.

31. Τὸ κατὰ τ θεὸν] Probe notanda haec phraſis. *M. du S.*

33. Αἰεὶ] Quod magis poëticum videretur, pro vulgari ἀεὶ, ideo Edd. perquiſivit *Solanus*, & ego reliquas pervolvi, atque eodem modo habere cognovi. Sed & ſupra idem ſic habuimus circa fin. 2. *Ver. Hiſt.* vel initium *Tyran.* *J. F. R.*

34. Ποιήσομεν] P. *H. B2.* Alii ποιήσωμεν. *M. du S.*

36. Μηδὲ πώποτε] Etſi confundi ſolet cum μηδέποτε, plus tamen eſt; nam haec *nondum*, illud *numquam* ſignif. in illo *Diog. Laërt.* cujus verba, aliud agens adfert *Solanus* ad 2. *Ver. Hiſt.* c. 18. p. 115. Ἐρωτηθεὶς ποῖα καιρῷ δεῖ γαμεῖν; ἔφη τοὺς μὲν νέους μηδέποτε, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους μηδὲ πώποτε. Quod autem ex eo tempore Pythius numquam reddat oracula, vid. *Plutarch.* de Oraculor. defectu T. 2. p. 409. & ſeqq. *J. F. R.*

48. Ἔτι] Melius videtur cum ſequentibus conjungi. *M. du S.*

49. Αὐτὸν καθιστάναι] *F. Gujet.* etiam monuerat vulgatum αὐτὸν in αὐτὸν mutandum, quod vidi, poſtquam ipſe jam mutaveram. *J. F. R.*

51. Παρ' αὐτοῦ] An ἄλλου? *F. G.*

Παρ' αὐτοῦ] Si cum antecedentibus conjungas, paulo melius ſe res habebunt. Sed an ſana ſint haec, dubito. *M. du S.*

52. Βιωτὸν] Sic nude pro *vivendum* etiam alibi Noſter utitur. Ita ἀβίωτον quoque *Euripid.* Herc. fur. 1257. — ἀναπτύξω δέ σοι Ἀβίωτον ὑμῖν νδν τε & πάροιθεν ὄν. *J. F. R.*

ΑΛΕΞ.] Duos ejusdem aetatis ab hoc diverſos memorat *M. Aurel.* I. 10. 12. Galenus etiam tertii meminit, VIII. π. τ γινωσκ. *M. du S.*

ΑΛΕΞ.] Vide *Dodwelli* Diſſert. Iren. II. p. 215. *M. V. la Croze.*

1. Ὦ φίλτατε Κέλσε] Is eſt *Celſus*, Philoſophus Epicureus, qui contra Chriſtianos ſcripſit, & contra quem ſcripſit *Origenes*. Videndus *Valeſius* ad Euſebium. *AE. M.*

Ibid. Φίλτατε Κέλσε] Hic *Celſus* is eſſe videtur, qui contra Chriſtianos ſcripſit, contra quem Origenes. *F. G.*

Ibid. Κέλσε] Plures fuiſſe Celſos monuerunt jam viri

cerdos inſpiratur, factum eſt, nunc conſtituemus, ut judicentur, & explorentur, qui aliquid dedicant? Atqui ex antiquo illo more, quo promiſcue & omnibus hoc licet, videtis quot quantisque bonis templum impletum ſit, dedicantibus omnibus, & ſupra vires ſuas quibusdam Deo donantibus.

13. Si vero vos cognitores quaeſitoresque donariis conſtitueritis, metuo ne non habeamus amplius, quae explorentur; cum futurum ſit, ut nemo ſuſtineat reum ſe conſtituere, & ſumtibus atque impenſis e ſua re familiari factis inſuper judicari, & periclitari adeo de capite. Quis enim vivendum ſibi putet, ſi indignus, qui donet aliquid, judicetur.

γένηϑ ἡμῖν, νῦν καλαϛησόμεθα, κρίνεαϑ, ϗ ἐξεταζεαϑ, τὸς ἀνατιθέντας; ϗ μὴν ἐξ ἐκείνυ μὲν τῦ παλαιῦ ἔθυς, τῦ ἀνέδην ϗ πᾶσιν ἐξεῖναι, ὁρᾶτε ὅσων ἀγαθῶν [e] ἐμπέπληϛαι τὸ ἱερὸν, ἁπάντων ἀναϑιθέντων, ϗ ὑπὲρ τ ὑπάρχυσαν δύναμιν ἐνίων δωρεμένων τ θεόν.

Εἰ δ' ὑμᾶς αὐτὸς δοκιμαϛὰς, ϗ ἐξελαϛὰς ὀπιϛήσαιϛε τοῖς ἀναθήμασιν, οὐκέϖ μὴ [f] ἀπορήσωμεν τ δοκιμαϑησομένων ἔτι, ϑδενὸς ὑποδυομένυ, ὑποδίκυ [g] αὐτὸν καθιϛάναι, ϗ ἀναλίσκονία, ϗ καλαδαπανῶντα, παρ' αὐτῦ κρίνεσϑαι, [h] ϗ ὑπὲρ τ ὅλων κινδυνεύειν. [i] ἢ τίνι βιωτὸν, εἰ κριθήσεται τῦ ἀνατιθέναι ἀνάξιος.

ALEXANDER, SEU PSEUDOMANTIS.

PArvum tu forte, Celſe caniſſime, & leve exiſtimas, quod juſſiſti,

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ, Η ΨΕΥΔΟΜΑΝΤΙΣ.

1 ΣΥ μὲ ἴσως, ὦ φίλταϛε Κέλσε, μικρόν τι τῦτο ϗ φαῦλον οἴῃ τὸ πρόσταγμα,

[e] Ἐμπέπλησαι] Ita recte P. B2. H. Fl. aliaeque. Ἐμπέπλησϑαι male J. [f] Ἀπορήσωμεν] Bene jam ſic J. item H. B1. Ald. S. P. & P. Ἀποριήσομεν Fl. [g] Αὐτὸν] Αὐτὸν Edd. priores. [h] Καὶ ὑπὲρ] Καὶ μὴ ὑπὲρ Vorſt. male. Sic notat M. du S. [i] Ἢ τίνι] Ἤτινι Ex. Fl. At vulgatam Edd. lectionem firmat P.

1. Ὦ φίλτατε Κέλσε] Οὗτος ἐγὼ Κέλσος, ὁ τὴν καθ' ἡμᾶς μακρὰν φλυαρίαν ἐν ὀκτὼ γράψας βιβλίοις. ᾧ * πρὸς ἰσάριθμον ἀντεξαγομένῳ πρόθεσιν, ὁ σπουδαιότατος ἀντιτίθεται Ὠριγένης, μεϛοὺς ἀπάσης σοφίας ϗ εὐσεβείας † ἐξυφηκὼς λόγους, ϗ λήρου ἀποφαίνας τὸ θαυμαϛὸν αὐτοῦ σπούδασμα. V.

* Πρὸς ἰσάριθμον] Sic ex C. reſtituit M. du S. πρυσάριθμον enim ante legebatur.

† Ἐξυφην.] Et hoc emendavit idem pro vulgato ἐξυφακὼς μένος.

ri docti. J. Celſi ſub Adriano Juriſconſulti meminit Spartianus: qui idem alterum, ut puto, Celſum ab eo memorat occiſum. Vide etiam *Xiphil.* 256. D. Duos Epicureos agnoſcit *Origenes*; alterum ſub Nerone, ſub Adriano & deinceps alterum (p. 8. contra Celſum) his verbis Δύο δὲ παρειλήφαμεν Κέλσους γεγονότας Ἐπικουρείους· τὸν μὲν πρότερον κατὰ Νέρωνα, τοῦτον δὲ κατ' Ἀδριανὸν ϗ καθ' ἡμᾶς. Qui poſterior procul dubio hic noſter eſt, qui Lucianus librum hunc ſuum inſcribit. Omnia enim concurrunt. Primo *etas*. Sub Adriano enim natus ad Commodi usque tempora facile vitam produxerit, quo imperante liber hic ſcriptus eſt. Secundo *Secta*: Epicureus enim hic ſummus, ut ex toto hoc libello, praecipue tamen ex ultimis verbis, patet, qualem & Origenes ſuum deſcribit, qui id ei paſſim vitio dat; p. 8. 10. 16. 97. 131. 141. 159. 200. 213. 232. Tertio *liber contra magos*, quem ſuo diſſerte Lucianus aſſignat, c. 21. Origenes autem utpote remotior, dubitanter, cum ait p. 53. ὁρᾷς ὡς ἅψα τούτων οἰονεὶ ἀντέχεται μαγείαν εἶναι, τάχ οἶδα εἰ ὁ αὐτὸς ὢν τῷ γράψαντι κατὰ μαγείας βιβλία πλείονα. Pluribus enim libris hoc argumentum, ut ex utroque patet, tractarat. *M. du S.*

Κέλσε] De aetate *Celſi* male ſenſiſſe videtur *Dodwellus* in Diſſ. Iren. & in notis ad fragmentum *Phil. Sidetae*. *M. V. la Croze.*

3. Ἀλ.

μα, προστάξειν τ' Ἀλεξάνδρῳ σοι τῷ Ἀβωνοτειχίτῃ τὸν γόητος βίον, καὶ [a] ἐπινοίας αὐτοῦ, καὶ τολμήματα, καὶ μαγγανείας εἰς βιβλίον ἐγγράψαντα, πέμψαι τὸ δὲ, εἴ τις ἐθέλοι πρὸς τὸ ἀκριβὲς ἕκαστον ἐπεξιέναι, ἔμειόν ἐστιν, ἢ τὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου πράξεις ἀναγράψαι· τοσοῦτος [b] εἰς κακίαν ὅτος, ὅσος εἰς ἀρετὴν ἐκεῖνος. ὅμως δὲ εἰ μὴ συγγνώμης ἀναγνώσεσθε [c] μέλλοις, καὶ τὰ ἐνδέοντα τοῖς ἱστορημένοις προσλογιεῖσθαι, ὑποστήσομαί σοι τὸν ἆθλον, καὶ τὸν Αὐγείου βουστάσιον, εἰ καὶ μὴ πᾶσαν, ἀλλ' εἰς δύναμίν γε τὴν ἐμαυτοῦ, ἀναχαθήραντα πειράσομαι, ὀλίγους ὅσους τὰ κοφίνων ἐκφορήσας, ὡς ἀπ' ἐκείνων τεκμαίρεσθαι πόση πᾶσα, καὶ ὡς [d] ἀμέτρητος ἦν ἡ κόπρος, ἣν τρισχίλιοι βόες ἐν πολλοῖς ἔτεσι ποιῆσαι ἐδύναντο.

Alexandri me tibi Abonoteichitae impostoris vitam, & commenta, & ausus, & praestigias, in librum relatas mittere. At illud, si quis accurate velit singula persequi, non minus est, quam Alexandri Philippi F. actiones describere. Quantus enim ille ad virtutem, tantus hic ad malitiam. Verumtamen si cum venia lecturus es, & quae deerunt narrationi imputare & *adjicere* de tuo, laborem tibi illum sustinebo, & Augiae stabulum, etsi non universum, certe pro viribus repurgare studebo, paucos certe aliquot cophinos egerens, ut ex illis certe judicare possis, quantum omne quam immensum fuerit stercus, quod ter mille boves pluribus annis facere potuerunt.

Αἰδοῦμαι μὲν οὖν ὑπὲρ ἀμφοῖν, ὑπέρ τε σοῦ, καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ· σοῦ μὲν, ἀξιοῦντος μνήμην γραφῇ παραδοθῆναι ἀνδρὸς τρισκαταράτου· [e] ἐμοῦ δὲ, σπουδὴν ποιουμένου ἐπὶ τοιαύτῃ ἱστορίᾳ, καὶ πράξεσιν ἀνθρώπου,

2. Ac verecundia quadam afficior amborum nomine, tuo pariter ac meo: tuo, qui petas memoriae & scriptis commendari hominem omnibus modis exsecrabilem: meo, qui studium in tali historia ponam &

a Ἐπινοίας] Sic *J. Fr. S.* L. & marg. *A1.* Ἐποιείας *B2. P. Ald. Fl. H.* male. Ἀποιείας *Heinf.* b Εἰς κακίαν] Nihil mutant Edd. ἐν κακίᾳ P. & *Angl.* c Μέλλοις] Ita esse in *J. Fl. H.* & *B2.* notat *M. du S.* Sed & est in *Ald.* &c. d Ἀμέτρητος] Sic Edd. Ἀμυθητος marg. *A1W.* Ἀμύθητος P. e Ἐμοῦ] Ἐμαυτοῦ marg. *A1.*

3. Ἀλ. τῷ Ἀβων.] Fuit eo tempore Alexander quidam Sophista, *Peloplaton* dictus, cujus historiam *Philostratus* scripsit in vitis Sophistarum p. 570. Sed is a Luciani Alexandro diversus, quanquam forma speciesque utrique fere una. Sed nec patria convenit, nec vitae genus. Hoc tamen notatum volui, quia similitudine formae in utroque a Luciano & Philostrato descriptae, & nescio quibus aliis deceptus, primo unum eundemque fuisse, ipse putaram. Mirum autem est Philostratum hominem valde superstitiosum, cum Sophistae vitam scriberet, nihil omnino de propheta adfuisse. Abonotichitam non ideo tantum vocat, quia ibi sedem Oraculi sui fixerit, sed quia inde oriundus erat. Vide c. 9. 11. & 12. *M. du S.*

4. Καὶ ἐποιείας αὐτοῦ] Ἐποιεία vox a Librariorum putilagine, pro Attica ἐπίνοια. Lexicographi tamen eam obtrusere, quasi prox sive proba vox esset. *Henricus Stephanus* recte omisit. Patet autem quoque hoc ipso inferius Luciani dialogo, ubi est ἐπίνοια. *Tb. M.*

Ibid. Ἐτοιείας] L. *Junt.* Ed. & aliae recentiores non multae. In reliquis ἐποιείας. *M. du S.*

Ἐπινοίας] Hoc verum esse, vide infra hoc Dial. c. 22. *J. F. R.*

5. Μαγγανείας] Conf. supr. *Deor. Dial.* 2. Et infra Dial. proximo *Alex.* c. 17. c. 25. ac 43. f. & 54. *M. du S.*

9. Εἰς κακίαν] Angl. ἐν κακίᾳ. *J. B.*

14. Αὐγείου βουστασίαν] Allegoria proverbialis in hominem aut rem majorem in modum inquinatam, qua etiam usus est in *Fugitivis*. *G. C.*

27. Ἐν — θεάτρῳ ὑπὸ πιθήκ.] Conf. infra hujus Dial. c. 44. & infra *Tox.* c. 59. *M. du S.*

31. Καὶ Ἀρριανὸς γ'] Scripsit is, teste Simplicio, non solum dissertationes *Epicteti*, verum etiam Enchiridion. *AE. M.*

Ibid. Ἀρριανὸς] Hunc Luciani locum adducens *Vossius*, quod in viro tam diligenti mireris, in Catalogo operum *Arriani*, Historiam, cujus hic meminit Lucianus, omisit. Sub Hadriano floruisse dicit & probat idem Vir eruditissimus. De eo etiam quasi mor-

& actionibus hominis, quem non legi conveniebat ab eruditis hominibus, ſed in maximo theatro totisque populis confluentibus frequentiſſimo, ſpectari a ſimiis laceran-dum aut vulpibus. Verum ſi quis hoc nos crimine accuſet, habebimus & ipſi exemplum ad quod illum ablegemus. Etenim Arrianus Epicteti diſcipulus, vir ex primis Romanorum, & tota vita in doctrinae ſtudiis verſatus, cui ſimile quid uſu venit, cauſſam etiam pro nobis dixerit. Tillibori enim latronis vitam ſcribere ipſe quoque dignatus eſt. Nos autem crudelioris longe latronis monumentum faciemus, quatenus non in ſilva & montibus, ſed in urbibus hic latrocinatus eſt, qui non Minyam ſolam neque Idam percurrerit, neque ſolas Aſiae partes deſertiores ſit depraedatus: ſed omne, fere dixerim, Romanorum imperium latrocinio ſuo oppleverit.

3. Prius vero ipſum tibi oratione deſcribam, formamque illius quam ſimillime potero, non multum licet pingendi arte valeam, delineabo. Corpore enim, ut hoc

οὐκ ἀναγιγνώσκεις πρὸς τὰ πεπαιδευμένων ἦν ἄξιον, ἀλλ' ἐν θεάτρῳ τινὶ μεγίστῳ θεάτρῳ ὁρᾶις, ἐπὶ πᾶσι, καὶ ἀλλοπέκων σπαραττόμενον. ἀλλ' ἤν τις ἡμῖν ταύτῃ ἐπιφέρῃ τὴν αἰτίαν, ἔξομεν καὶ αὐτοὶ εἰς παράδειγμά τι τοιοῦτον ἀνενεγκεῖν. καὶ Ἀρριανὸς γὰρ ὁ τῆς Ἐπικτήτου μαθητὴς, ἀνὴρ Ῥωμαίων ἐν τοῖς πρώτοις, καὶ παιδείᾳ πᾶσαν ὅλον τὸν βίον συγγενόμενος, ὅμοιόν τι παθὼν, ἀπολογήσαιτ' ἂν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν. Τιλλιβόρου γὰρ τοῦ λῃστοῦ καὶ κεῖνος βίον ἀναγράψαι ἠξίωσεν· ἡμεῖς δὲ πολὺ ὠμοτέρου λῃστοῦ μνήμην ποιησόμεθα, ὅσῳ μὴ ἐν ὕλῃ καὶ ὄρεσιν, ἀλλ' ἐν πόλεσιν οὗτος ἐλῃστεύκει, καὶ ὁ Μινύαν μόνην, οὐδὲ τὴν Ἰδην καταδρέχων, οὐδὲ ὀλίγα τῆς Ἀσίας μέρη τὰ ἐρημότερα λελατῴδηκε, ἀλλὰ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐμπλήσας τῆς λῃστείας τοῦ αὐτοῦ.

Πρότερον δέ σοι αὐτὸν ὑπογράψω τῷ λόγῳ, πρὸς τὸ ὁμοιότατον εἰκάσας τὴν μορφὴν, ὡς ἂν δύνωμαι, καίτοι μὴ πάνυ γραφικός τις ὤν. τὸ γὰρ δὴ σῶμα, ἵνα σοι καὶ τῶν-

f Οὐ Μινύαν] Nil mut. Edd. *Μυσίαν Palm.*

31. Καὶ Ἀρριανὸς δὲ] Ὅτι Ἀρριανὸς κατὰ τὴν Σεβαστὸν ἦν. ἐπεὶ δὲ ὁ Ἐπίκτητος, ὁ Στωϊκὸς ἐκ τὰ ἠθικὰ φέρων] * κατὰ τοῦτον ἦν. *V.*

40. Οὐ Μινύαν μόνην] Πότερον τὴν Ὀρχομενίων Μινύαν, ἢ καθ' Ὅμηρον μεταμοιεῖ Ὀρχόμενον φασκων † Μινύειον, ἢ τὴν Βοιωτίαν; *V.*

* Fallitur Graeculus. Notum enim eſt Epictetum Neronis tempore vixiſſe. Vide *Suidam*, *J. Cler.* Ad Antoninos usque vitam produxiſſe Epictetus traditur, vid. not ad Ἀπαιδ. c. 13. *M. du S.*

† Μινύειον] Μινύειον antea male. Vid. *Homer.* Il. B. *Catal.* 18. vel 511. *M. du S.*

mortuo loquitur hic Lucianus. Nam de Libro ipſo Apologia intelligenda eſt. Vide *Xiph.* in Hadrian. 264. B. Ad Marci usque tempora deducit *Photius* Bibl. C. 58. p. 53. Vide etiam *Suidam*. Circa annum Chriſti 134. Cappadociae praefuit. *Dio* 69. p. 794. quo tempore *Ponti Euxini Periplum* Hadriano inſcripſit. *M. du S.*

36. Τιλλιβόρου] Hujus an meminerint alii ſcriptores, me latet. *M. du S.*

40. Οὐ Μινύαν μόνην] Quae ſit illa Minya regio, juxta cum ignariſſimis ignoro. Μινύας γῆ dicta eſt aliquando Orchomenus in Boeotia, ſed quam longe ab Aſia, toto Aegaeo mari intercedente, nullus ignorat. In Pamphilia fuit quaedam regio, quae Μυλίας dicebatur, non Μινύας. Sed & haec nimis longe ab Ida & locis ubi ſua latrocinia exercebat Tilliborus ille. Tu Lector, ſi mihi credis, leges confidenter, Μυσίαν. Nam Myſiae provinciae mons Ida erat in Aſia, ſi Aſiae vocem latius accipias, & ſatis vicina Aſiae proprie dictae. Ideo nulla eſt ratio dubitandi, quin noſtra emendatio ſit vera & proba. *J. P. a G.*

Οὐ Μινύαν] Τὴν τῆς Φρυγίας. *Steph. F. G.* Eadem nota, iisdem verbis in Ed. Graev. *Menagio* adſcribitur, quam modo ex *Gujeti* nott. Mſſ. exhibeo. *J. F. R.*

Ibid. Μινύαν] Scholiaſtes hic legendus. Sed prior ille Minyas apud *Homerum* in Catal. *v.* 18. in Boeotia eſt, atque adeo a poſteriore non diverſus. *M. du S.*

τῦτο δείξαι, μέγας τε ἦν, καὶ καλὸς ἰδεῖν, καὶ θεοπρεπὴς ὡς ἀληθῶς· λευκὸς τὴν χρόαν, τὸ γένειον δὲ πάνυ λάσιος, κόμην τε μὴ ἰδίαν, τὴν δὲ καὶ πρόσθετον ὑποκείμενος, εὖ μάλα εἰκασμένην, καὶ τὸς πολλὸς, ὅτι ἦν ἀλλοτρία, λελη θυῖαν. ὀφθαλμοὶ πολὺ τὸ γοργὸν καὶ ἔνθεον διεμφαίνοντες· φώνημα ἥδιστόν τε ἅμα καὶ λαμπρότατον· καὶ ὅλως, εὐδαμόθεν [a] μεμπτὸς ἦν ταῦτά γε.

etiam tibi oſtendam, & magnus erat, & honeſta ſpecie, & quae Deo dignum aliquid re vera prae ſe ferret: Colore candidus, mento non nimis hirſuto, comatus tum ſua coma, tum adſcita, praeclare illa aſſimulata, ut plerorumque oculos, alienam eſſe, fugeret: oculi vivaci lumine, & Deo plenum oſtendentes: vox ſuaviſſima ſimul & ſplendidiſſima: & paucis ut abſolvam, nulla pars, quantum ad haec, reprehenſionem habebat.

Τοιὸς δὲ μὴν τὴν μορφήν· ἡ ψυχὴ δὲ καὶ ἡ γνώμη, ἀλεξίκακε Ἡράκλεις, καὶ Ζεῦ ἀποτρόπαιε, καὶ Διόσκουροι σωτῆρες, πολεμίοις, καὶ ἐχθροῖς ἐντυχεῖν γένοιτο, ἢ συγγενέσθαι τοιούτῳ τινί. συνέσει μὲν γὰρ καὶ ἀγχινοίᾳ, καὶ δριμύτητι, πάμπολυ τῶν ἄλλων διέφερε· καὶ τόγε πρᾶγμα, καὶ εὐμαθὲς, καὶ [b] τὸ μνημονικὸν, καὶ πρὸς τὰ μαθήματα εὐφυὲς, πάντα ταῦτα εἰς ὑπερβολὴν ἕκαστα ὑπῆρχεν αὐτῷ· ἐχρῆτο δὲ αὐτοῖς εἰς τὸ χείριστον· καὶ ὄργανα ταῦτα γενναῖα ὑποβεβλημένα ἔχων, αὐτίκα μάλα τὴν ὀπὶ κα-

4. Talis quidem erat forma. Animus autem & mens hominis, averruncator Herocules, & Jupiter depulſor, & ſervatores Jovis liberi! in hoſtes noſtros & inimicos potius incidamus, quam verſemur cum tali. Nam intelligentia, & ſolertia, & acumine, multum alios excelluit, tum curioſitas, & docilitas, ac memoria, & ingenium diſciplinae capax, omnia haec, & ad excelſum usque ſingula ipſi aderant. Verum utebatur illis peſſime: & cum inſtrumenta iſta virtutis in poteſtate haberet; mox famoſiſſimae

a Μεμπτὸς] Μωμητὸς P. b Τὸ] Deerat in *Ald. P. Fl. H. S.* Aderat in *J.*

52. Πρόσθετον] Quomodo id deprehenſum ſit, infra narrabit c. 59. Sic κομῶν προσθέσεις inter muliebria lenocinia apud *Philoſtratum* recenſentur. p. 931. ubi Cl. interpres & hunc Luciani locum appoſite adducit & *Clem. Alexandr.* Paedag. I. 3. p. 218. *M. du S.*

55. Τὸ γοργὸν] Τὸ σεμνὸν, φοβερὸν. *F. G.*

59. Ζεῦ ἀποτρόπαιε] Recte ſecundum Theologiam gentilium. Quod autem *Clemens Alex.* 12, 2. — habet προτροπαίους, mendoſum eſt. & ἀποτρ. legendum. Quod diligentem & eruditum ejus Editorem non fugiet, credo. *M. du S.*

60. Πολεμίοις] Sic *Gall.* §. 30. ἐχθροῖς ἔτω πλουτεῖν γένοιτο. *Æſchylus* Prometh. vinct.

Ἑρ. χλιδᾶν ἔοικας τοῖς παροῦσι πήμασι.
Πρ. χλιδῶ; χλιδῶντας οἶδα τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ
Ἐχθροὺς ἰδεῖν.

Ex quo *Plaut.* Aſin. act. 3. ſc. *Agedum.*

Ar. Hem adſpecta rideo? utinam male qui mihi volunt ſic rideant.

Sic *Terent.* Eunuch. Act. 4. Sc. 3. *Albin.* Conſ. ad *Liv.*

Urbs gemit, & vultum miſerabilis induit unum.
Gentibus adverſis forma ſit illa, precor.

Idem *Albin.* etiam. *J. B.*

71. Κίρκαπας — Εὐρύοπα] Nobiles facinoroſi. Meminit horum & *Æſchines* adverſus Cteſiphontem: ἔτε γὰρ Φρυνώνδας, ἔτε Εὐρύοπα, ἔτε ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν παλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος καὶ γόης ἐγένετο. Vid. *Eraſmum* ad proverbium: ne in Jampygum incidas. *G. C.*

Κίρκαπας] Vide *Ovid.* Metam. XII. f. 2. *M. du S.*

Ibid. Εὐρύοπα] Vide *Eraſmum* in proverb. εἰρύοπα τύλας. *Voſſ.* Scholiaſtae hic parum notus. *M. du S.*

72. Φρυνώνδαν] Pravitate notum fuiſſe Scholiaſtes ait. *M. du S.*

Ibid. Ἀριστόδημον] Quem Ariſtodemum intelligat, neſcio; plures enim ſunt hujus nominis Tyranni, vide Scholium 4. *M. du S.*

Ibid. Σώστρατον] Eum intelligit, de quo ſupra N. 3. XXX. Vide etiam Δήμων. c. 1. *M. du S.*

73. Ῥαυτιλλωνῶ] Sic legit Interpr. ex Cod. Florent. *J. B.*

Ῥαυτιλλωνῶ] De hoc apud hunc muka deinceps: apud alios nihil invenio, quamvis clariſſimus illa aetate fuerit. *M. du S.*

74. Ὑπὲρ αὐτοῦ] Lege αὐτοῦ. *F. G.*

Ibid.

simae malitiae hominum, summus ipse factus est, supra Cercopas, supra Eurybatum, aut Phrynondam, aut Aristodemum, aut Sostratum. Ipse enim suo genero Rutiliano aliquando scribens, & modestissime de se loquens, Pythagorae similis esse praedicabat. Sed propitius sit mihi Pythagoras, sapiens vir & divina mente praeditus. Si vero hujus aetate vixissem, puer, bene novi, ad illum visus esset. Et per Gratiarum numen noli putare, me contumeliae in Pythagoram caussa ista dicere, aut quo componere illos audeam, quantum ad actionum similitudines. Verum si quis pessima quaeque, & contumeliosissima, quae per calumniam dicuntur de Pythagora, quibus ego fidem ut veris nunquam adhibuero, tamen in unum conducat omnia; vix minima pars ea fuerit ejus quae in Alexandro fuit calliditatis. Omnino enim cogita mihi, & in animo effinge, variam vehementer animae temperaturam, ex mendacio, dolis,

γοκία Ἀλαζόνων ἀκρότατος ἀπετελέσθη, ὑπὲρ τὸς Κέρκωπας, ὑπὲρ † Εὐρύβατον, ἢ Φρυνώνδαν, ἢ Ἀριστόδημον, ἢ Σώστρατον. αὐτὸς γὰρ τῷ γαμβρῷ [c] Ῥουτιλιανῷ ποτε γράφων, καὶ τὰ μετριώτατα ὑπὲρ [d] αὑτοῦ λέγων, Πυθαγόρᾳ ὅμοιος εἶναι ἠξίου. ἀλλὰ ἵλεως μὲν ὁ Πυθαγόρας εἴη, σοφὸς ἀνὴρ, καὶ † γνώμην θεσπέσιος· εἰ δὲ χρὴ τοῦτον ἐγεγένητο, παῖς ἂν, εὖ οἶδα, ὅτι πρὸς αὐτὸν εἶναι ἔδοξε· καὶ πρὸς Χαρίτων, μή με νομίσῃς ἐφ' ὑβρεῖ ταῦτα τῷ Πυθαγόρᾳ λέγειν, ἢ συνάπτειν πειρώμενον αὐτὸς [e] εἰς ὁμοιότητας τὰ πράξεων. ἀλλ' εἴ τις τὰ χείριστα καὶ βλασφημότατα τῶν ἐπὶ ἀλαζονείᾳ πρὸς τὸν Πυθαγόραν λεγομένων, οἷς ἔγωγε οὐκ ἂν πειθοίμην, ὡς ἀληθέσιν οὖσιν, ὅμως συναγάγοι εἰς τὸ αὐτὸ, πολλοστὸν ἂν μέρος ἅπαντα ἐκεῖνα γένοιτο τῆς Ἀλεξάνδρου δεινότητος. ὅλως γὰρ ὑπονόησόν μοι, καὶ τῷ λογισμῷ ἀπότυπωσον [f] ποικιλωτάτην τινὰ ψυχῆς κρᾶσιν, ἐκ ψεύδους, καὶ δόλων, καὶ ὑπορ-

[c] Ῥουτιλιανῷ] Ῥουτιλίῳ Fl. [d] Αὐτοῦ] Sic recte B2. Αὐτοῦ ceterae. [e] Εἰς] Sic Ald. P. H. Πρὸς J. [f] Ποικιλωτάτην] Ποικιλοτάτην Edd. priores.

71. Ὑπὲρ τοὺς Κέρκωπας] Οὗτοι ἐν Βοιωτίᾳ διέτριβον, οἰκιζηθέντες ὑπὸ Ἡρακλέους. * Σίλλος δὲ Τριβαλλὸς ὀνομαζόμενος ἱστορεῖ δὲ, ἀπ' αὐτῶν δὲ καὶ τὸ παροιμιαζόμενον, Κερκώπων ἀγορά. ἀπελιθώθησαν δ', ἔστι. Εὐναγόρας δὲ ἐκ πιθήκους μεταβαλεῖν φησιν Ἀλὼ κακοήθειαν. Ὁ δὲ Εὐρύβατος ὡς πονηρὸς καὶ πανοῦργος, πρὸς δὲ καὶ προδότης ἐπάγεται. Ὀσαύτως δὲ καὶ Φρυνώνδας ἐπὶ † πονηρίᾳ βοᾶται. ὁ Ἀριστόδημος δὲ μιαρὸς καὶ κακοπάγων ἐς ὑπερβολήν, ἀφ' ἧς καὶ ὁ πρωκτὸς Ἀριστόδημος καλεῖται. τούτοις ὁμοίως καὶ ὁ Σώστρατος. V.

* Σίλλος] Sic C. Σύλλος V. Σώλλος Edita. M. du S.

† Πονηρίᾳ] Ita mutavit Solanus, quum πονηρίᾳ editum esset. Sed confer & Suidam h. v. J. F. R.

nequaquam fraudi, si Lector sapiat, futuri. Vid. c. 25. M. du S.

71. Ἐπὶ τοῦ — ἀπὸ τοῦ π.] Hic locus apprime notandus, quo Luciani ingenium, scriptorumque ejus consilium atque institutum nosse discimus. Ex animo enim quin hic sit locutus, cur dubitetur nulla causa est. Cur ergo, inquies, si de magnis illis viris tam magnifice senserit, perpetuis eos insectatur calumniis? Dicam: sub eorum persona eos plerumque petebat, qui nomen eorum vitae flagitiosissimae praetendebant. Reliqui fere joci sunt eximiis illis viris

86. Πολλοστὸν — μέρος] Utitur hoc Luciani testimonio Cl. Duker. ad Thucyd. VI. 86. p. 432. ubi πολλοστὸν μόριον nonnulli Codd. habent. Sed & πολλοστημόριον dici, ut editum in Thucyd. vid. Pollux. L. IV. segm. 165. J. F. R.

89. Ποικιλωτάτην] Vitiose legitur, ὅλως γὰρ ὑπονόησόν μοι, καὶ τῷ λογισμῷ ἀπότυπωσον ποικιλοτάτην τινὰ ψυχῆς κρᾶσιν. ratio linguae postulat ποικιλωτάτην. id alibi observatum, vel potius non corruptum, apud Nostrum: ut de Saltatione c. 31. πλὴν ὅτι ποικιλώτερος αὐτοῖς, &c. J. J.

Ποικιλωτάτην] Cl. Jensii emendatio, ut Ὀρχ. c. 31. M. du S.

ὀπορκιῶν, ϗ κακοτεχνιῶν συγκειμένην, ῥᾳδίαν, τολμηρὰν, ϖαϱαβόλον, φιλόπονον ἐξεργάσαϛο τὰ νοηθέντα, ϗ ϖιθανὴν ϗ ἀξιόπιϛον, ϗ ὑποκϱιτικὴν τοῦ βελτίονος, ϗ τῷ ἐναντιωτάτῳ τῆϛ [a] βουλήσεως ἐοικυῖαν. 95 εὑϱὼν γοῦν τοπϱῶτον ἐντυχὼν, οὐκ ἀπῆλθε δόξαν λαβὼν ὑπὲϱ αὐτοῦ, ὡς εἴη ϖάντων ἀνθϱώπων χϱηϛότατος, ϗ ὀπτικώτατος, ϗ ϖϱοσέτι ἁπλοϊκώτατός τε, ϗ [b] ἀφελέϛατος. ὀπὶ ϖᾶσι δὲ τούτοις, τὸ μεγαλουϱγὲς [c] ϖϱοσῆν, ϗ τὸ μηδὲν ἀεὶ μικϱὸν ὀπτνοεῖν, ἀλλ' ἀεὶ τοῖς μεγίϛοις ἐπέχειν τὴν νοῦν.

perjuriis, malis artibus compoſitam, agilem, audacem, periculis ſe objicientem, laborioſam in perficiendis cogitatis, probabilem, quae fidem facile inveniat, quae optima ſimulet, & maxime his, quae vult, adverſari videatur. Nemo igitur, qui primo illum conveniſſet, non ſic ab eo diſceſſit, ut putaret, omnium illum hominum optimum, & aequiſſimum, & adhaec ſimpliciſſimum, atque ab omni fuco alienum. Super ea vero omnia inerat quaedam in viro magnificentia, & quod nihil unquam cogitaret parvum, ſed rebus ſemper maximis mentem applicaret.

Μειϱάκιον μὲν ἔν ἔτι ὢν, ϖάνυ ὡϱαῖον, ὡς ἐνῆν ἀπὸ τῆϛ καλάμης τεκμαίϱεϛο, ϗ ἀκούειν τῶν διηγουμένων, ἀνέδην ἐπόϱγευε, ϗ συνῆν ὀπὶ μισθῷ τοῖς [d] βουλομένοις. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, λαμβάνϛ τις αὐτὸν ἐϱαϛὴς γόης, τῆϛ μαγείας ϗ ἐπῳδὰς θεσπεσίως ὑπιχνευ-

5. Cum igitur adoleſcens adhuc eſſet formoſus admodum, quod licebat e ſtipula *quaſi & reliquiis formae* colligere, & audire a narrantibus, effuſe impudicus, pretio copiam ſui faciebat rogantibus. Inter alios ducit illum amator aliquis, praeſtigiator, ex eorum genere, qui magicas artes & divinas

a Βουλήσεως] Ita bene *P. B2.* & marg. *A1W.* Βολήσεως male *S. A. J. H. Ald. Fl.* b Ἀφελέϛατος] Sic P. Et Edd. optimae. Ἀσφαλέϛατος male Ex. *Fl.* c Προσῆν] Πϱοῆν Ex. *Fl.* Vulgatam tuetur P. d Βουλομένοις] Sic A. P. L. & marg. *A1W.* Διομένοις Edd. priores.

95. Βουλήσεως] Ibidem non multo poſt pro, τῷ ἐναντιωτάτῳ τῆϛ βολήσεως ἐοικυῖαν, reſcribe βουλήσεως. Sic habet *Baſileenſis* anni 1545. *J. J.*

Βουλήσεως] In plerisque impreſſis βολήσεως ſcriptum erat; quod & ego primo probabam, & ab aleatoribus petitam metaphoram putabam, qui ſi callidi ſint, faciem vultumque componunt tum maxime, cum alea minime favet. Unde apud Gallos tritum, *faire bonne mine à mauvais jeu.* Sed utramque nunc *B. P.* & Cl. *Jenſium* monentem laudo, qui βουλήσεως reſtituunt, quod Graecum & venuſtum. V. verſus finem hujus libelli c. 54. — 57. quae verbum hoc mire illuſtrant. & *Thuc.* I. 92. *M. du S.*

3. Ἐπίχειν τὸν νοῦν] Juſſit in marg. *Solanus* conferre *Th. Magiſtrum.* Id feci, vidique nihil aliud, quam illum haec Luciani verba v. Ἐπίχω eodem modo proferre, ad demonſtrandum, ἐπίχειν modo eſſe ἐπί τινι ἔχειν, cum alibi & κωλύειν ſignificet. Sed & interdum νοῦν & ὀφθαλμοὺς omitti, docebunt *Bos* de Ellipſi, & *Elſner.* ad Act. Apoſt. III. 5. ubi de mendico: ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς. Verum quod hic contra *Boſium* ſentiat, & non ὀφθαλμοὺς, ſed νοῦν in hoc exemplo intelligi contendat, nondum mihi probavit; quin priori ideo credam, quod expreſſis verbis praemittatur, βλέψον εἰς ἡμᾶς. Nec juvant *Elſnerum* exempla quae adfert, in quibus τὸν νοῦν additur; nam & *Bos* habet, ubi ὀφθαλμοὺς addatur. Sed non tanti eſt, ut alteruter multum a vero aberraſſe dici queat. *J. F. R.*

5. Ὡς ἐνῆν ἀπὸ τῆϛ καλάμης τεκμαίϱεϛο] Vertit Interpres, *ut licebat ex ſtipula conjicere*; recte quidem quantum ad ſimplicia verba: at veram eorum mentem, elegantemque, qua hic utitur Lucianus, metaphoram, nemo melius exponat, quam Interpres Graecus anonymus *Homeri*, ad Odyſſ. E. vſ. 214. ita ſcribens, Ὡς γὰϱ ἀπὸ τῆϛ καλάμης ἔνεϛιν νοῆσαι τὸ κάλλος τῶν τεθεϱισμένων καϱπῶν, ὅτως ϗ ἐκ ϖϱεσβυτικοῦ σώματος τὴν ἀϱχαίαν ἕξιν καλαιοῦσθαι. *Nam quemadmodum ex ſtipula licet cognoſcere pulchritudinem demeſſarum frugum, ita ex ſenili corpore priorem formam intelligere* licet. Καλάμη enim, ut idem Scholiaſta paullo ſupra docuerat, quum proprie notet τὸν ὑποϛάθμην τοῦ ὑπαλωμένου σίτου (ſive, ut *Heſychius*, τὸ ξυλῶδες τῶν ϛαχύων) ſumitur etiam metaphorice pro ſenectute, ſive ἀκάϱπῳ ἡλικίᾳ, *aetate effoeta*; quemadmodum & καλάμιλλα interpretatur item *Heſychius.* *J. J.*

6. Ἀπὸ τῆϛ καλάμης τεκμαίϱεσθαι] *Homer.* Odyſſ. Ξ. 214. *M. du S.*

8. Διομένοις] Angl. βουλομένοις. *J. B.*

Βουλομ.] Sic A. P. & L. Reliqui διομένους. V. c. 17. & paſſim apud optimos ſcriptores. *M. du S.*

10. Μαγείας — ϗ ἐπῳδὰς] Conf. ſupra Μισθ. c. 40. *M. du S.*

12. Ἐπαγ. τοῖς ἐχθ.] Flor. ἐπαγ. ἐπὶ τ. ἐχθ. *J. B.*

13. Ἀναϖομπὰς] *Deſcouvertes.* ἀναϖέμπω *emitto*, *ſur-*

vinas incantationes pollicentur, & philtra venerea, & inimicorum illicia, & thesauros eruendos, & hereditates. Hic videns ingeniosum puerum, & ad suarum actionum ministeria paratissimum, non minus suae cupidum malitiae, quam ipse florem illius aetatis deperierat: instituit illum, & adjutore, ministro, atque famulo perpetuo usus est. Caeterum ipse ille publica quidem professione medicus, sciebat non minus quam Thonis illius Aegyptii uxor,

Pharmaca multa remista bona, ast idem mala multa;

Quorum iste omnium heres & successor factus est. Fuerat autem magister illius & amator Tyaneus genere, ex familiarissimis Apollonii Tyanei, qui omnem illius tra-

μῶν, καὶ χάριτας ὅτι τοῖς ἐρωτικοῖς, καὶ ἐπαγωγὰς [e] τοῖς ἐχθροῖς, καὶ θησαυρῶν ἀναπομπὰς, καὶ κλήρων, ἀφθονίας. ὅτος ἰδὼν [f] εὐφυᾶ παῖδα, καὶ πρὸς ὑπηρεσίαν [g] ἑαυτῷ πράξεων ἑτοιμότατον, ἅμα μεῖον ἐρῶντα [h] καὶ κακίας τῆ αὐτῆ, ἢ αὐτὸς [i] ὥρας τῆ ἐκείνῳ, ἐξεπαίδευσέ τε αὐτὸν, καὶ διετέλει ὑπουργῶν, καὶ ὑπηρέτην, καὶ ἀφθονίαν χρώμενος. ὁ δ' αὐτὸς ἐκεῖνος, δημοσίᾳ μὲν δηθεν ἰατρὸς ἦν, ἠπίστατο δὲ καὶ [k] τὰ [l] Θῶνος τῆ Αἰγυπτίᾳ γυναῖκα,

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Ὧν ἁπάντων κληρονόμος, καὶ ἀφθονος [m] αὐτὸς ἐγένετο. ἦν δὲ ὁ διδάσκαλος ἐκείνου, καὶ ἐραστὴς, τὸ γένος Τυανεὺς, τοῦ Ἀπολλωνίου τοῦ [n] Τυανέως τοῦ [o] πάνυ συγγενομένων, καὶ τὰ πᾶσαν αὐτῆ τραγῳδίαν εἰ-

e Τοῖς ἐχθροῖς] Ἐπὶ τοὺς ἐχθρ. *Fl.* *f* Εὐφυᾶ] Ita etiam habere *J. Fl.* & *B2.* notat *M. du S.* Sed habet & *H.* &c. *g* Θῶνος] Θόωνος Cod. A. & P. Prius Edd. constanter. *h* Αὐτὸς] Οὗτος A. P. L. Αὐτὸς Edd. vett. *i* Τυανεῖ] Τυανεῖ *J.* sola. *k* Πάνυ] Τῷ πάνυ *Marc.* Nihil mut. Edd.

sursum mitto, Etym. *F. G.*

Ἀναπομπὰς] Recte *Gujetus* exponit; nam promittunt magi se suis incantationibus thesauros alte sub terra defossos, sursum evocaturos. *J. F. R.*

14. Εὐφυᾶ] Non quidem immerito varietatem quaesivit diligentissimus *Solanus*: nam εὐφυῆ requiritur ab recto εὐφυὴς, si paradigmata grammatica spectes, ut ἀληθὴς ἀληθῆ. & εὐφυῆν *Vorstius* etiam margini *Basil.* 2. adscripserat. Verum neuter videtur attendisse ad exceptionem, quae ια purum tam in α quam η contrahi monet, sic ὑγιῆ & ὑγιᾶ utrovis more dici, & posterius quidem frequentius, Grammatici jam tradidere. Conf. *de Salt.* §. 74. & *Maittaire* de Dial. p. 29. *J. F. R.*

20. Θῶνος] Angl. Θόωνος & ita Interp. *J. B.*

Θῶνος] Conf. *Homer.* Odyss. Δ. 230. Sic scribitur apud *Hom.* l. c. ad quem locum manifesto alludit. cum A. tamen P. etiam Θόωνος. Cave autem credas cum doctissimo *Philostrati* interprete, nomen id fuisse Tyanensi (ad p. 148.) quem Aegyptium insuper vir doct. deceptus facit. Mirum autem est, apud *Philostr.* hujus hominis mentionem nullam fieri, quem participem suorum arcanorum Apollonio Noster tam diserte tradit. *M. du S.*

22. Φάρμακα] Hoc carmen pluribus in locis est apud *Homerum*, praecipue Odyss. Δ. quod usurpatur in medicos imperitos, qui non raro venenum pro remedio ministrant. *G. C.*

Φάρμακα] Hunc versum vid. ibid. Odyss. Δ. 232. *J. F. R.*

25. Αὐτὸς] Angl. ὅτος. *J. B.*

26. Τῶν Ἀπολλωνίου τῆ Τυανεῖ πάνυ συγγενομένων] Τῶν Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυανεῖ τῷ πάνυ. *Th. M.* Hujus vitam 8. libris *Philostratus* describit: hunc *Hierocles* Christo aequiparavit: contra quem Eusebius scripsit. *G. C.*

27. Ἀπολλ. τῆ Τυανεῖ τῆ π. σ.] Secuti hic sumus emendationem *Marcilii*; nam τῷ deest in nostris libris. Sed ad alia venio. Medicus ille & simul magus, cum Apollonio Tyaneo diu versatus fuerat, qui paullo ante centesimum a Christo nato annum, eodem quo Nerva, tempore, mortuus traditur. Hujus imberbis adhuc discipulus Alexander: unde facile patet, initio fere seculi secundi natum Alexandrum; quod optime convenit cum iis quae de eo hic traduntur, nondum septuagenarium decessisse sub finem Imperii *M. Aurelii Antonini*, quod ex sequentibus patebit. v. quae de bello Marcomannico habet c. 48. *M. du S.*

Ibid. Τῆ πάνυ] Emendationem hanc *Marcilii* adeo necessariam existimavi, ut eam receperim, contra Edd. *J. F. R.*

28. Τραγῳδίαν] Non sic de eo sentiebat *Philostratus*, qui viri vitam conscripsit, etiam nunc extantem. Non *Eunapius*, qui in prooem. ad vit. *Soph.* ἐπιδημίαν ἐς ἀνθρώπους θεοῦ. librum eum inscribi jure potuisse censebat. Ante Lucianum vix reperies, qui ejus meminerit. Eruditiss. certe *Philostr.* enarrator Lucianum cum Apulejo coaetaneo primos facit, praef. p. 33. *M. du S.*

εἰδότων. ὁρᾷς ἐξ οἵας σοι ἀγατριβῆς ἄνθρωπον λέγω;

Ἤδη δὲ πώγωνος ὁ Ἀλέξανδρος πιμπλάμενος, ἐν τῇ Τυανέως ἐκείνῃ ἀποθανόντος, ἐν ἀπορίᾳ καθεστὼς, ἀπηθηκυίας ἅμα τῆς ὥρας, ἀφ' ἧς τρέφεται ἐδύνατο, οὐκ ἔτι μικρὸν ᾠήθη [a] ἐπενόει· ἀλλὰ κοινωνήσας Βυζαντίῳ τινὶ [b] χρονογράφῳ τῶν καθιέντων ἐς τοὺς ἀγῶνας πολὺ καταρατοτέρῳ τὴν φύσιν (Κοκκωνᾶς δὲ ἐπεκαλεῖτο, οἶμαι) περιήεσαν γοητεύοντες, καὶ τοὺς πάχεις τῶν ἀνθρώπων (οὕτω γὰρ αὐτοὶ τῇ πατρίῳ τῶν μάγων φωνῇ τοὺς πολλοὺς ὀνομάζουσιν) ἀποκειρόντες. ἐν δὲ τούτοις, καὶ Μακέτιν γυναῖκα πλουσίαν, ἔξωρον μέν, ἐράσμιον δὲ ἔτι εἶναι βουλομένην, ἐξευρόντες, [c] ἐπεσιτίσαντό τε τὰ ἐφόδια παρ' αὐτῆς, καὶ ἠκολούθησαν ἐκ τῆς Βιθυνίας εἰς τὴν Μακεδονίαν. Πελλαία δὲ ἦν ἐκείνη, πάλαι μὲν εὐδαίμων χωρὶς καὶ τοὺς Μακεδόνων βασιλέας, νῦν δὲ ταπεινὴ καὶ ὀλίγους τοὺς οἰκήτορας ἔχουσα.

goedian noſſent. Vides e qua tibi ſchola hominem narrem?

6. Jam barbatus Alexander, mortuoque illo Tyanenſi, in paupertate conſtitutus, cum jam defloruiſſet aetatula, qua ali poterat, nihil parvum cogitabat: ſed ſocietate inita cum Byzantio quodam annalium ſcriptore ex eo genere, qui in certamina deſcendunt, multum etiam execrabilioris ingenii homine, Cocconas, puto, vocabatur, circumibant praeſtigiis utentes, & opingues hominum (ſic ipſi patrio magorum nomine vulgus appellabant) detondentes. In hiſce vero etiam e Macedonia mulierem divitem, effoetam illam quidem, ſed quae amabilis eſſe vellet, cum inveniſſent, annonae quantum opus eſſet ab illa nacti, e Bithynia illam in Macedoniam ſecuti ſunt. Ex Pella autem ea fuit, beato quondam oppido Macedonum regum temporibus, jam vero paucos eosque humiles cives habente.

Ἐνταῦθα ἰδόντες δράκοντας παμμεγέθεις,

7. Hic viſis draconibus ingenti ſpecie, man-

a Ἐπενόει] Ἀπενόει P. b Χρονογράφῳ] Sic J. H. P. S. Ald. B2. Χορογράφῳ Fl. c Ἐπεσιτ.] Ἀπεσιτ. male P.

35. Μικρὸν ἠδὲν ἐπενόει] Sic *Liv.* de Scipione XXIX. 1. Nihil enim parvum, ſed Carthaginis jam excidia agitabat animo. *M. du S.*

36. Χρονογράφῳ] Forſan χρησμογράφῳ, ut infra c. 10. *M. V. la Croze.*

Χρονογράφῳ] Legendum λογογράφῳ, adſcripſerat *Solanus*, ut ſupra *Herod.* c. 4. ubi τῇ συγγραφέως & λογογράφους. Vel χρησμογράφῳ, videndumque quod hic ſequitur cap. 10. hujus *Alex.* Sed prius malim. *J. F. R.*

Ibid. Καθιέντων] Circulatoremne intelligit? *M. du S.*

Καθιέντων] Κατιόντων aliquem legendum conjicere *Gujet.* ait in ſuis nott. Mſſ. Sed quia ſtare poteſt vulgata, nihil muto. *J. F. R.*

37. Καταρατοτέρῳ] Intellige αὐτοῦ, τῷ Ἀλεξάνδρου ſcil. *F. G.*

39. Παχεῖς] Sic pag. ſeq. & pag. 481. *J. B.*

Παχεῖς] V. *Ariſtoph.* p. 670. A. Et Noſtrum c. 9. *M. du S.*

Παχεῖς] Infra addit καὶ ἠλίθιοι, καὶ ἀπαίδευτοι. Et ſic παχεῖς de rudi ac ſtupido hominum grege uſurpari, hoc aliisque aliorum teſtimoniis probat Reverend. *Elſner.* ad Euang. Matth. XIII. 15. p. m. 67. *J. F. R.*

41. Τοὺς πολλοὺς] Notum quidem addito articulo *vulgus* & *res vulgares* ſignificari. Vid. noſtrum ſupra de *Merc. cond.* c. 9. & infr. hoc *Alex.* c. 9. *Dion. Hal.* VII. p. 473. τὸ ὅναρ — ἴσον τι τῶν πολλῶν. Sic τοὺς πολλοὺς Scholiaſt. *Thucyd.* interpretatur πένητας. Ad L. I. c. 6. No. 15. Conf. *Ael.* V. H. XIV. 8. ac decies alibi apud hunc & omnes. Sed non ideo haec adduco, ut ſexcenties dicta repetam; verum ut hac occaſione admoneam, non ſemper tamen *plebem* ſignificari, ſed plus, veluti in *Epiſt.* ad *Rom.* c. V. 15. εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον. Quin & *univerſos* interdum ſignificare τοὺς πολλοὺς, docet *Gronov.* qui verba *Arrian.* de Exp. Alex. VII. p. 485. Ed. *Amſt.* (Ed. *Leid.* p. 300.) ubi ὡς ἐπὶ Ἄραβας τοὺς πολλοὺς verti vult, *univerſos Arabas*; quum non ſufficeret Vulcanii verſio, *in Arabas, populoſam gentem.* *J. F. R.*

Ibid. Ἀποκείροντες — Μακέτιν] Vid. quae dicimus ad *Philopatr.* c. 21. κεκαρμένους τὸν νοῦν καὶ τὴν διάνοιαν. Sic paullo poſt dicuntur τοὺς ἐγκεφάλους καὶ τὰς καρδίας προεξυρημένους. Porro Μακέτιν ita verti, ne quis *Macetin* vel *Macetam* proprium unius mulieris nomen intelligeret. *J. M. G.*

42. Μακέτιν] Nomen eſt non proprium illius mulie-

manſuetis plane & cicuribus, qui etiam alerentur a mulieribus, & jacerent cum pueris, & calcari ſe paterentur, atque urgeri non aegre ferrent, & infantis inſtar lac e mamma ſugerent. Multi autem tales apud illos naſcuntur, unde etiam illam de Olympiade fabulam olim exiiſſe probabile eſt, cum Alexandrum utero ferret, tali, puto, angue cum illa cubante. Emunt horum ſerpentium unum pulcherrimum paucis obolis.

8. *Et hinc*, ut ait Thucydides, *jam belli principia.* Tanquam enim peſſimi duo *mortales*, & audaciſſimi, & ad maleficium promtiſſimi, ſocietatem coëuntes, facile intelligebant, a duobus hiſce maximis quaſi tyrannis vitam regi, ſpe & metu, eumque, qui alterutro horum, prout opus ſit, uti queat, ad divitias celeriter perventuruma. In utroque enim horum, quoties vel metueretur aliquid, vel ſperaretur, videbant futuri ſcientiam & maxime neceſſariam & in primis deſiderabilem eſſe: eaque ipſa ra-

ἡμέρας πάνυ, καὶ τιθασοὺς, ὡς καὶ ὑπὸ γυναικῶν τρέφεσθαι, καὶ παιδίοις συγκαθεύδειν, καὶ πατουμένους ἀνέχεσθαι, καὶ ἁλισκομένους μὴ ἀγανακτεῖν, καὶ γάλα πίνειν ἀπὸ μαστοῦ. ἔστι δὲ καὶ ταῦτα τοῖς βρέφεσι, (πολλοὶ δὲ γίνονται) τοιοῦτοι παρ' αὐτοῖς, ὅθεν καὶ τὸν περὶ τὴν Ὀλυμπιάδα μῦθον ἀληθοποιῆσαι πάλαι εἰκὸς, ὁπότε ἐκύει τὸν Ἀλέξανδρον, δράκοντός τινος, οἶμαι, τοιούτου συγκαθευδοντος αὐτῇ) ὠνοῦνται πολλοῦ ἐπέτους ἐν τὸ κάλλιστον, ὀλίγων ὀβολῶν.

Καὶ κατὰ τὸν Θουκυδίδην, ἀρχὴ ὁ πόλεμος ἐνθένδε ἤδη. ὡς γὰρ ἂν δύο κάκιστοι, καὶ μεγαλότολμοι, καὶ πρὸς τὸ κακουργεῖν προχειρότατοι, ἐς τὸ αὐτὸ συνελθόντες, ῥᾳδίως καθεώρων τὰ τῶν ἀνθρώπων βίου ὑπὸ δυεῖν τούτοιν μεγίστοιν τυραννούμενον, ἐλπίδος, καὶ φόβου· καὶ ὅτι ὁ τούτων ἑκατέρῳ ἐς δέον χρήσασθαι δυνάμενος, τάχιστα πλουτήσειεν ἄν. ἐν ἀμφοτέροις γὰρ, τῷ τε δεδιότι, καὶ τῷ ἐλπίζοντι, ἑώρων τὴν πρόγνωσιν ἀναγκαιοτάτην τε, καὶ πολυτιμητοτάτην οὖσαν, καὶ

ἀ Δυοῖν] Δυεῖν *P.* Δυοῖν *Ald. H. B2. Fl. S.* recte. de *J.* vid. nott. ἐ Ἐν] Abeſt a *Fl.* Adeſt in aliis.

lieris, uti priores interpretes verterunt, ſed quo tantummodo regio, unde orta erat, denotatur. Vid. Epigramma a *Kennetto* laudatum p. 117. *M. du S.*

46. Πελλαίᾳ] Macedoniae civitas eſt, ubi etiam Alexander Magnus natus dicitur. Solebant mulieres Pellae dracones alere, eosque æſtate, frigoris cauſa, collo circumdare. *G. C.*

Πελλαίᾳ] Adleverat margini Clar. *Hemſterh.* videndum Ez. *Spanhem.* de Pr. & Uſ. Num. Ant. Diſſ. IX. p. 655. Quem igitur adiiſſe non pigebit. *J. F. R.*

47. Εὐδαίμονος] Enallage. *F. G.*

48. Νῦν δὲ] V. *Spanhem.* 654. *M. du S.*

55. Πολλοὶ δὲ] De ſerpentibus Pellaeis *Caſaub.* ad *Suet.* lib. 3. *J. B.*

56. Τὸν περὶ τὴν Ὀλυμπ.] Vid. *Plut.* in initio Alex. qui Luciano hac in re adſtipulatur. Adde *Spanhem.* 212. *M. du S.*

57. Ὀλυμπιάδος] Matre Alexandri, de qua Dial. *Diog.* & *Alexand.* *G. C.*

Ὀλυμπιάδος] Origo fabulae de Olympiadis ſerpente. *F. G.*

62. Θουκυδίδην] *Thucyd.* L. II. c. 1. *M. du S.*

66. Τὸν — βίον] Conf. infra Δημ. c. 20. *M. du S.*

Ibid. Ὑπὸ δυεῖν τούτοιν] Metus & ſpes divinationem & auguria repererunt. Qui impenſe cupiunt, ſuis votis undecumque blandiuntur, & quidvis in omnem optati eventus partem trahunt. Qui vero miſere cupiunt, quavis ex re ſolatium formidinis aucupant. Vide *Lucianum* in Char. & in Demonact. *G. C.*

Ibid. Δυοῖν] Ita Edd. Atticum neque hic ſolum, ſed multis aliis in locis. *M. du S.*

Δυεῖν] Δυοῖν ait *M. du S.* Edd. habere; at Pariſina habet δυοῖν. *Vorſt.* in B2. etiam δυοῖν adleverat, fruſtra. Quid in *Juntina* fuerit, neſcio, nam *Solanus* eam ſic mutavit, ut & δυεῖν & δυοῖν inde conficere queas; quare Edd. denuo conſului, & in variantt. lectt. notavi. Quia vero ibidem notarat alias quasdam Edd. nihil abire ab Lectione *Juntinae*, quas tamen δυοῖν habere cognovi, ideo credo δυοῖν fuiſſe in *J.* Sed *Solanum* correxiſſe δυεῖν, nam cum illa reſtituta lectione ſic reliquae conveniunt. Certe δυοῖν rectum eſſe, ſi teſtimoniis indiget, confer *Diod. Sic.* XIX. p. 296. Ed. *Baſil.* ubi δυοῖν ταλάντοιν. Et δυοῖν νεοῖν vid. ex *Thucyd.* pluraque apud Cl. *Maittaire* de Dialect. p. 34. *J. F. R.*

73. Καὶ

καὶ Δελφοὺς ὕτω πάλαι πλουτῆσαι, καὶ ἀοιδίμους γενέσθαι, καὶ Δῆλον, καὶ Κλάρον, καὶ Βραγχίδας, τὸ ἀνθρώπων ἀεὶ, δι' οὓς προεῖπον τυράννους, τὴν ἐλπίδα, καὶ τὸ φόβον, φοιτώντων εἰς τὰ ἱερὰ, καὶ προμαθεῖν τὰ μέλλοντα δεομένων, καὶ δι' αὐτὸ ἑκατόμβας θυόντων, καὶ χρυσᾶς πλίνθους ἀνατιθέντων. ταῦτα πρὸς ἀλλήλους φρέφοντες, καὶ κυκῶντες, μαντεῖον συστήσασθαι καὶ χρηστήριον ἐβουλεύοντο. εἰ γὰρ τοῦτο προχωρήσειεν αὐτοῖς, αὐτίκα πλούσιοί τε καὶ εὐδαίμονες ἔσεσθαι ἤλπιζον. [b] ὅπερ μείζονος ἢ κατὰ τὴν πρώτην προσδοκίαν, ἀπήντησεν αὐτοῖς, καὶ κρεῖττον διεφάνη τῆς ἐλπίδος.

tione Delphos olim divites factos esse atque celebres, & Delum, & Clarum, & Branchidas, hominibus semper, propter eos, quos tyrannos dixi, spem ac metum, ad templa euntibus, & praedisscere futura cupientibus, ac propter ipsum hecatombas sacrificantibus, & aureos lateres dedicantibus. Haec inter se versantes ac miscentes, de oraculo constituendo deliberarunt. Hoc enim si sibi processisset, statim se divites ac beatos sperabant futuros; quae quidem res magis illis, quam pro prima exspectatione, respondit, & spe melior apparuit.

Ἐντεῦθεν τὸ σκέψιν ἐποιοῦντο, πρῶτα μὲν περὶ τοῦ χωρίου, δεύτερον δὲ, ὅτις ἡ ἀρχὴ, καὶ ὁ τρόπος ἂν γένοιτο τῆς ἐπιχειρήσεως. ὁ μὲν οὖν Κοκκωνᾶς, τὴν [c] Χαλκηδόνα ἐδοκίμαζεν ἐπιτήδειον εἶναι, [d] καὶ ἐμπόρων χωρίον, τῇ τε Θρᾴκῃ καὶ τῇ Βιθυνίᾳ [e] προσοικοῦν, ἔχ ἑκὰς οὐδὲ τῆς Ἀσίας, καὶ Γαλατείας, καὶ τῶν ὑπερκειμένων ἐθνῶν ἁπάντων. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, ἔμπαλιν τὰ

Hinc dispiciebant primum de loco, deinde quod principium, quae ratio esset incepti. Cocconas quidem Chalcedonem probabat aptam, quod commercia multa haberet, atque Thraciae pariter ac Bithyniae esset contermina, nec procul distaret Asia, nec Gallograeci, gentesque quae superjacent omnes. Vicissim Alexander suam

a Ἐς τὰ ἱερὰ] Deest artic. τὰ in *Fl. H. P. S. B2.* Adest in *J.* b Ὅπερ μείζονος] Ἐπὶ μεῖζον A. L. P. Nihil vulgatam lect. mutant Edd. Ἐπὶ μείζου etiam marg. *A1.* adscriptum fuerat, sed erasum deinde. c Χαλκηδόνα] Constans lectio. d Καὶ ἐμπόρων] Et hanc esse constant. lect. notarat *M. du S.* e Προσοικοῦν] Πρόσοικον *J. Pell.*

73. Καὶ * Δελφοὺς ὕτω] Προσυπακουστέον κἀκεῖσθαι τὸ κατανόησαν. οἷον καὶ Δελφοὺς ὕτω κατανόησαν πλουτῆσαι, καὶ ἀοιδίμους γενέσθαι. *V.*

90. Τὸν Χαλκηδόνα δοκίμαζεν] *G.*

* Δελφοὺς] Et hic & statim iterum male ἀδελφοὺς erat in Impress. Quum Cod. V. tamen recte Δελφοὺς. *M. du S.* Sed & pro ἀοιδίμους in edito male ἀοιδήμους. *J. F. R.*

73. Καὶ Δελφούς] Sic in Jove trag. & Icarom. *J. B.*

74. Κλάρον] V. de his quae supra annotata sunt, ad Θ. δ. XVI. *M. du S.*

75. Βραγχίδας] De Brancho & Branchidarum oraculo multa dedit *Bulengerus* de oraculis & vatibus c. 9. *J. M. G.*

Βραγχίδας] Vid. etiam *Olear.* ad Philostr. IV. c. 1. p. 140. *J. F. R.*

79. Πλίνθους] Sic in Contempl. *J. B.*

84. Ὑπερμειζόνως] Angl. ἐπὶ μεῖζον. *J. B.*

Ibid. Μειζόνως] A. P. & L. ἐπὶ μεῖζον. Sed nihil muto. v. quae ad Μισθ. c. 12. a me annotata sunt. *M. du S.*

Μειζόνως] Conf. mox c. 26. *J. F. R.*

90. Χαλκηδόνα] In nummis aliter, ut plurimum, scribi hoc nomen docet vir Ampl. *Ex. Spanh.* p. 117. nempe ΚΑΛΧΗΔΟΝΑ. Ita etiam in *Strabonis* codicibus antiquis reperiri. *M. du S.*

91. Καὶ ἐμπόρων] Mirum ni vox aliqua ante καὶ exciderit. Facile tamen quid voluerit, assequimur, ut non admodum de emendatione laborandum sit, nisi forte Mss. aliquid suggerant. *M. du S.*

93. Προσοικοῦν] Adscripsit *Solan.* vid. infra in Ἀρμ. c. 2. Παραμαίλης μόνοι πρόσοικοι ὄντες, quo adjuvetur, credo, conjectura *Pellaei*; sed & mihi participium activum προσοικοῦν, quod potius de homine, quam de regione usurpatur, hic minus conveniens videtur; quare πρόσοικον admittere malim, si quis Codd. addicat.

suam patriam praeferre, dicens quod verum erat, ad talium rerum initia & conatum opus esse hominibus pinguibus & stupidis, qui recipiant, quales esse Paphlagonas dicebat, eos qui ad Aboni castrum habitarent, superstitiosum vulgus, & stolidos, qui si quis modo illis se ostendat qui tibicinem, aut tympanistam, aut strepentem cymbalis adhibeat, qui cribro, ut in proverbio est, vaticinetur, statim omnes hianti ore, tanquam caelestium quendam, illum adspiciant.

10. Hac de re cum aliquamdiu dissedissent, vincit tandem Alexander: ac delati Chalcedonem, nam utile tamen aliquid urbs ea habere illis visa est, in templo Apollinis, quod antiquissimum est Chalcedonensibus, tabulas defodiunt aeneas, in quibus scriptum esset, propediem Aesculapium cum patre suo Apolline, in Pontum venturum esse, & Aboni castrum inhabitaturum. Hae tabulae dedita opera inventae,

οἴκοι τρέφηται, λέγων, ὅτι ἀληθὴς ἦν, πρὸς τὰ τοιούτων ἀρχὴν καὶ ἐπιχείρησιν, ἀνθρώπων δεῖν παχέων καὶ ἠλιθίων τῶν ὑποδεξομένων, οἵους τοὺς Παφλαγόνας εἶναι ἔφασκεν, ὑποφοιτῶντας τὸ τοῦ Ἀβώνου τεῖχος, δεισιδαίμονας τοὺς πολλοὺς, καὶ ἠλιθίους, καὶ μόνον εἰ φανείη τις αὐλητρὶς, ἢ τυμπανίστριαν, ἢ κυμβάλοις κροτοῦντα ἐπαγόμενος, κοσκίνῳ, τὸ τοῦ λόγου, μαντευόμενος, αὐτίκα μάλα πάντας κεχηνότας πρὸς αὐτὸν, καὶ ὥσπερ τινὰ τῶν ἐπουρανίων προσβλέποντας.

Ὀλίγης δὲ δεηθεὶς τούτου φάσεως αὐτοῖς γενομένης, τέλος ἐνίκησεν ὁ Ἀλέξανδρος. καὶ ἀφικόμενοι εἰς τὴν Χαλκηδόνα (χρήσιμον γάρ τι ὅμως ἡ πόλις αὐτοῖς ἔχειν ἔδοξεν) ἐν τῷ Ἀπόλλωνος ἱερῷ, ὅπερ ἀρχαιότατόν ἐστι Χαλκηδονίοις, κατορύττουσι δέλτους χαλκᾶς[f], λεγούσας, ὡς αὐτίκα μάλα ὁ Ἀσκληπιὸς σὺν τῷ πατρὶ Ἀπόλλωνι, μέτεισιν εἰς τὸν Πόντον, καὶ καθέξει τὸ τοῦ Ἀβώνου τεῖχος. αὗται αἱ δέλτοι ἐξεπίτηδες εὑρεθεῖσαι, ἀφοιτήσαι ῥᾳδίως τοῦτον τὸν λό-

[f] Χαλκᾶς] Χαλκᾶς ridicule *J.*

5. Κοσκίνῳ τὸ τοῦ λόγου] Ἐπὶ τῶν εὐτελεστάτων μάντεων τοῦτο λέγεσθαι εἰώθει. *V.*

cat. *J. F. R.*

95. Τὰ εἰκότα] E Paphlagonia ergo oriundus Alexander. *M. du S.*

2. Τοὺς πολλοὺς] Conf. supra dicta ad c. 6. *J. F. R.*

4. Κυμβάλοις κροτοῦντα] Quamvis *plaudo* significat, tamen & transitive usurpatur, aeque ac Latinorum *plaudo*. vid. *Cerd.* ad *Virg.* Æn. VI. 644. Alii etiam construunt cum accusandi casu, ut *Alciphr.* I. Ep. 12. p. 50. Αὕτη δὲ κύμβαλα ἐπεκρότει. Sed noster Deor. Dial. XII. *Ven.* & *Cupid.* etiam ἐπικτυπεῖν cum dativo, ἐπικτυπεῖ τῷ κυμβάλῳ. Cum accusativo autem etiam *Homer.* Il. O. 453. ubi κεῖν' ὄχεα κροτέουσι, est *vacuos currus quatientes, cum strepitu.* *J. F. R.*

5. Κοσκίνου —— μαντεύομαι] *Cribro vaticinans*, stulte de rebus occultis divinans, paroemia sumta a divinationis genere, quod suspenso circumactoque cribro peragebatur. *G. C.*

Κοσκίνου μαντεύομαι] Paroemiogr. *J. B.*

Κοσκίνου —— μαντεύομαι] Κοσκινομαντία, de qua *Theocr.* Εἶτε σ' Ἀγραιὰν ταλαεργὸς κοσκινομαντεύεται. *F. G.*

16. Μέτεισιν] Praesens pro futuro; sic εἰσὶ pro ἔσται & similia, vid. *Jens.* & *Hemsterh.* T. I. Somn. c. 9. p. 14. Id vero in verbo εἶμι perpetuum fere esse, vid. Commentt. ad *Aristoph.* Plut. 70. ubi Ἄπειμι, abibo. Et vid. Cl. *Hemst.* idem dicentem, ad T. I. Somn. §. 7. f. p. 10. Adde *Long. Past.* L. 2. p. 67. iterum 68. καὶ ἄπεισι τοῖς Μηθυμναίοις σὺν ἀγαθὸς πολέμιος. *Et veniet Methymnaeis hostis sat infestus*, ut vertit *Jungerman.* Sed & potuisset: *hinc abibit* vertere; At vix quidquam interest, & alibi de hoc significatu agemus. Conf. eumd. L. IV. p. 125. (Ed. *Moll.* nam altera ex qua olim priora excerpsi, nunc non est ad manum) ἄπειμι τὰς αἰγὰς ἀπάξων, ubi videas etiam cum futuro connecti, ut hic ap. *Lucian.* Si alia verba sic posita addere velim, quorsum id abiret? Vid. tamen *Alciphr.* I. Ep. XI. p. 44. φύγομεν, ἢ μένομεν; pro φυξόμεθα &c. In verbis autem contractis num praesens sit an fut. 2. vid. *Kuster.* ad *Aristoph.* Plut. 65. ἀπολῶ pro ἀπολέσω, quod alibi agemus. *J. F. R.*

λόγον ἐς πᾶσαν † Βιθυνίαν καὶ † Πόντον ἐποίησαν, καὶ πολὺ πρὸ † ἄλλων, ἐς τὸ τῆ Ἀβώνε τεῖχος. [a] κἀκεῖνοι [b] φῶ ἡ νεὼν αὐτίκα ἐψηφίσαντο ἐγεῖραι, καὶ τοὺς θεμελίους ἤδη ἔσκαπτον. ἐνταῦθα ὁ μὲν Κοκκωνᾶς ἐν Χαλκηδόνι καταλείπεται, διττάς τινας καὶ ἀμφιβόλους καὶ λοξὰς χρησμὰς συγγράφων. καὶ μετ' ὀλίγον ἐτελεύτησε † βίον, ὑπὸ ἐχίδνης, οἶμαι, δηχθείς.

[c] Προεισπέμπεται δὲ ὁ Ἀλέξανδρος κομήσας ἤδη, καὶ πλοκάμους καθειμένος, [d] καὶ μεσόλευκον χιτῶνα πορφυρᾶν ἐνδεδυκὼς, καὶ ἱμάτιον ὑπὲρ αὐτοῦ λευκὸν ἀναβεβλημένος, ἅρπην ἔχων κατὰ † Περσέα, ἀφ' οὗ ἑαυτὸν ἐγενεαλόγει μητρόθεν, καὶ οἱ [e] ὅλεθροι ἐκεῖνοι Παφλαγόνες, εἰδότες αὐτοῦ ἄμφω τοὺς γονέας ἀφανεῖς καὶ ταπεινοὺς, ἐπίστευον τῷ χρησμῷ λέγοντι,

facile hunc ſermonem per univerſam Bithyniam atque Pontum diffulere, & multum ante alias *urbes*, ad Aboni caſtrum. Illi enim & templum ſtatim excitare decreverunt, & fundamentis foſſam jam fodiebant, cum Cocconas quidem Chalcedone relinquitur, ambigua quaedam & duplicia atque perplexa oracula ſcribens, nec ita multo poſt diem obiit, morſus, opinor, a vipera.

11. Praemittitur autem Alexander jam comatus, demiſſisque cincinnis, tunicam indutus purpuream ex albo virgatam, & pallium ſuperinjectum gerens candidum, falcem geſtans qualis Perſei *pingitur*, a quo maternum genus deducebat. Et perditi illi Paphlagones, qui ſcirent utrosque illius parentes humiles atque ignobiles, oraculo credidere dicenti,

Pete

a Κἀκεῖνοι] Sic dedi ex *J.* & marg. *A1.* Ἐκεῖνοι enim erat in reliquis. b Γὰρ] Sic *J. H. Fl. B2. S. Ald.* c Προεισπέμπεται] Προπέμπεται A. P. At prius recte Edd. vett. d Καὶ μεσόλ.] Καὶ deeſt in Edd. *Ald. P. S. H.* Adeſt in marg. *AIW.* & *J.* & *Fl.* e Ὅλεθροι] *Heinſ.* & *Guiet.* ὀλέθριοι.

22. Κἀκεῖνοι] Sic Ed. *J.* Reliquae ἐκεῖνοι. Sed malem γοῦν pro γάρ. *M. du S.*

28. Ὑπὸ ἐχίδνης δηχθείς] Dico ad lib. 2. *Heliodor.* *J. B.*

29. Προεισπέμπεται] Angl. προπέμπεται. *J. B.*
Προεισπέμπεται] *Pompa inducitur.* *F. G.*

31. Μεσόλευκον] Qualem Reges Perſarum ſoli apud ſuos geſtabant. *Xen.* Cyrop. VIII. p. m. 127. 31. Vid. & *Athen.* V. 215. C. ad quem locum, dum alia optime, ut ſolet, annotat, vir de Athenaeo omnibusque bonis literis optime meritus, neſcio, quo modo Cocconam cum Alexandro unum eundemque facere videtur. *M. du S.*

Ibid. Καὶ μεσόλευκον] Nihil de omiſſo illo καὶ in plurimis Edd. notarat *Solanus*: nec tanti intereſſe dicet aliquis. At qui ſtilo Luciani eſt adſuetus, credo, videbit, id recte hic addi, etſi paullo poſt omittitur ante ἅρπην. *J. F. R.*

34. Ὅλεθροι] *Peſtis, pernicies, exitium.* An infelices? malim ὀλέθριοι, ut infra c. 39. *F. G.*
Ὅλεθροι] Nihil mutavit *Solanus*, neque ego quidquam mutavi, ſine auctoritate Edd. aut Codd. etſi adjectivum ὀλέθριοι ſic uſitatius, & pluralis ſubſtantivi ὀλεθροι alibi nondum a me obſervatus eſt. *J. F. R.*

38. Περσείδης] Περσείδης. *F. G.*
Περσείδης] Parum abeſt quin Περσείδης in contextum recipiam, quod ad metrum rectius; vereor enim ut media longa inveniatur alibi Περσίδης. Nam brevis eſt ap. *Ariſtoph. Veſp.* 1132. Etſi ibi Perſicam veſtem ſignificat, eſt tamen id adjectivum quoque. Poteſt ergo jam Περσείδης cum auctoritate legere, qui volet. At ſi a Περσεὺς formatum dicas, longa poterit eſſe; verum & tum Περσείδης diceretur, aeque ac Ἀτρείδης ab Ἀτρεύς. *J. F. R.*

41. Οὗτος] Sic enim emendavimus, cum antea legeretur ὅτος, nullo aut certe Luciano indigno ſenſu. Ratio emendationis per ſe patet. Vide autem c. 39. *M. du S.*

Ibid. Ποδαλείριος] *Podalirius* Aeſculapii filius. cujus ſe filium fingebat Alexander V. c. 39. *M. du S.*

42. Τρίκκης] Lege, ſi lubet, Orig. c. *Celſ.* III. p. 113. a. ubi inter urbes recenſetur, in quibus miracula ſua edere credebatur Aeſculapius. V. etiam *Avien.* Arat. v. 206. & *Strab.* IX. de templo Aeſculapii in ea urbe celeberrimo & antiquiſſimo. Eſt autem urbs Theſſaliae, cujus & *Hom.* meminit in Catal. 236. ubi natus dicitur Aeſculapius; *Strab.* XIV. p. m. 446. A. *M. du S.*

43. Σοὶ δ' ἐγὼ] Male in Angl. Cod. σὺ λλαβ. vocem σὺ δ' ἐγὼ alibi interpretor. *J. B.*
Σοὶ λλαβ] Sic praeter A. P. & L. longe, mea quidem ſententia, melius, quam ut in impreſſis eſt, σὺ δ' ſenſum vulgatae aperiet *Ariſtoph.* Lyſiſtrata, eundem fere quem alibi per οὔτοι φέρεσθαι, aut ſimile quid effert. V. Οὐ. c. 33. bis, & 51. Sed nec caſtior ſolum vox σὺ λλαβ, ſed hic longe aptior, itinerique tanto convenientior & noſtro familiaris. V. Νυμφ. c. 2. 3. & paſſim. *M. du S.* (At verſio Cl. *Geſn.* σὺ δ' ſervat.)

44. Εὖ-

Perſidae genius hic, Phoebo carusque, videtur,

Divus Alexander, Podalirî ſanguine cretus.

Hic ergo Podalirius, libidinoſus, & natura ad furorem usque mulieroſus, qui a Tricca inde usque in Paphlagoniam in Alexandri matrem arrexerit. Inventum etiam oraculum, quaſi Sibyllae praedicentis:

Littera ad Euxini Pomi vicina Sinopae,

Ad Turres erit Auſonio ſub Rege Propheta,

Poſt primam oſtendens monadem, ternas decadasque,

Quinque alias monadas, viginti & ter numeratas:

Nomen Alexeteris habens, ex orbe quaterno.

f Περσίδης γενέτην, Φοίβῳ φίλος ἔτος ὁρᾷ,
Δῖος Ἀλέξανδρος, Ποδαλειρίου αἵματι λευγχής.
g Οὗτος ἄρα ὁ Ποδαλείριος μάχλος καὶ γυναικομανὴς τὴν φύσιν, ὡς ἀπὸ Τρίκκης ἄχρι Παφλαγονίας h στέλλεσθαι ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα. i εὑρηται δὲ χρησμὸς ᾠδῆς,
Ὡς Σιβύλλης προμαντευσαμένης,
Εὐξείνου Πόντοιο παρ' k ἠιόσι ἄγχι Σινώπης,
Ἔσται τις ξυ Τύρσιν ὑπ' Αὐσονίοισι προφήτης,
Ἐκ πρώτης δεκτὰς μονάδος, τριοτῶν δὲ καθάπτων,
Πέντ' ἑτέρας μονάδας, καὶ εἰκοσάδα τριαρίθμητον,
Ἀνδρὸς ἀλεξητῆρος ἀμωνυμίην l τετράκυκλον.

Εἰς

f Περσίδης] Sic Edd. Περσείδης marg. *Aldi.* g Οὗτος] Ex emendatione *Solani.* Οὗτος enim Edd. priores. h Στέλλεσθαι] Sic A. P. L. & marg. *Ald.* Στέλλεσ Edd. omnes. i Εὑρηται] Εἴρητο P. A. Vulgatam ſervant *F. Fl. Ald. P. H.* &c. k Ἠιόσ' ἄγχι] Ἠιόσ' ἄχρι *F.* ſola. l Τετράκυκλον] Τετράκυκλον male *F.*

50. Ἐκ πρώτης δ. μ.] Τὸ Α, μονὰς ἐστι. τὸ Λ, τριάκοντα. τὸ Ξ, ἑξηκοντα. τετράκυκλον δὲ ὁμωνυμίαν, οἶμαι, ποιεῖ ὅτι τὸ * ἀνδρὸς, εἴ τις ἀριθμοὺς ἐξ ἑκάστου τῶν αὐτῶ γραμμάτων ἐπαριθμήσας εἰς ἓν συνθῇ, τριακόσια καὶ εἰκοσιπέντε δακτύλῳ τὸ ὅλον. τετράκυκλον γοῦν ὅτι τετράγωνος ἔστιν ἀριθμὸς μετ' εἰκοσιπέντε. ὃς ἐστι κυκλικὸς ἀριθμὸς, ἁρμόζων δὲ ἀπὸ πάντα εἰς πάντα τελευτᾷ. *G.* (Legendum τετρακόσια, & ἑκατὸν pro μῦ, ut quid voluerit intelligatur. Ego aliam rationem ſequor, quam in nota videbis. *M. du S.*)

* Ἀνδ] Ita ſcriptum erat, quod per compendium ſignificat Ἀλεξανδ; alioqui ἀνδρὸς corrigendum, quod tamen ad ſenſum deterius; etſi enim ἀνδρὸς mox ſequitur apud Lucianum, tamen literae illae Α & Ξ non ſunt in ἀνδρὸς, ideoque prius verum eſſe exiſtimo. Nam ſi ἀνδρὸς hic ſignificat reſiddam nominis partem, ablato ΑΛΕΞ. aliquid excidit oportet, quia ſenſus nullus adparet. *J. F. R.*

44. Εὑρηται] Minus recte in Angl. Cod. εἴρητο. *F. B.*

48. Κατὰ Τύρσιν] Deſcriptio Abonoteichi. *M. du S.*

Κατὰ Τύρσιν] Vid. haec & computum numeri literas ΑΛΕΞ. exhibentis, i. e. Ἀλεξανδρου vel ἀλεξητηρος auxiliatoris, plenius expoſita ap. *L. Bos* ad *Evang. Joan.* I. 4. p. 52. & ſeq. Sed quia eadem per compendium enarrat *Solanus*, *Boſium* non exſcribam. *J. F. R.*

Ibid. Τύρσιν — ἀλεξητῆρος] Ineptorum verſuum bonam interpretationem dare, ne ſi poſſem quidem, vellem. Non eſt hic quidquam ingenii ſed, ut in toto hoc genere, ſtribligo dictionis, ſtupidae argutiae. Τύρσις muros, moenia, caſtrum, ſignificat: notatur itaque Ἀλεξανδρεία. *Auſonierum* recatio indicat ſub imperatore Romano rem geri debere. *Monas* eſt Α, *tres decades* Λ &c. Ἀλεξητῆρος nomen retinendum fuit in verſione. Metuebat aſtutus Apollo, ne non ſatis clare apud Paphlagonas ſignaſſet nomen Prophetae ſui per notas numerales ΑΛΕΞ. niſi adjiceret eas primas quatuor literas eſſe in voce Ἀλεξητηρ. *J. M. G.*

50. Ἐκ πρώτης &c.] Aenigma eſt quo (ΑΛΕΞ) ἀνδρος deſcribitur.

Α. 1.	4) 96	
Λ. 30.	8	24.
Ε. 5.	16	
Ξ. 60.	16	
	00.	

Summa 96. per 4. diviſibilis.

Alexandri autem etymon. Vid. etiam apud *Apollod.* III. p. 93. A. *M. du S.*

Ἐκ πρώτης &c.] Literae numerorum poteſtate in *Ald. IW.* ita huic & ſequenti verſui ſuperſcriptae erant, ut nomen *Alexandri* inde prodiret, quod quia *Solanus* jam indicavit, non repetam. *J. F. R.*

Εἰσβαλὼν γοῦν ὁ Ἀλέξανδρος μετὰ τοιαύτης τραγῳδίας, ἀφ' ὅλου μὲν ἐς τὴν πατρίδα περίβλεπτός τε καὶ λαμπρὸς ἦν, μεμηνέναι προσποιούμενός ἐνίοτε, καὶ ἀφροῦ ἐπιμπλάμενος τὸ στόμα· ῥᾳδίως δὲ τοῦτο ὑπῆρχεν αὐτῷ, τρωθὶς τὴν βαφικῆς βοτάνης τὴν ῥίζαν ἀφομαστησαμένῳ. τοῖς δὲ θεῖόν τι καὶ φοβερὸν ἐδόκει ὁ ἀφρός. ἐπεποίητο δὲ αὐτοῖς πάλαι, καὶ κατεσκεύαστο κεφαλὴν δράκοντος ὀθονίνην, ἀνθρωπόμορφόν τι ὑποφαίνουσα, κατάγραφος, πάνυ εἰκασμένη, ἐπὶ θριξὶν ἱππείαις ἀνοίγουσά τε καὶ αὖθις ὑπικλείουσα τὸ στόμα· καὶ γλῶττα, οἷα δρακόντων, διττὴ, μέλαινα προέκυπτεν, ἐπὶ τριχῶν. καὶ [a] αὐτὴ ἑλκομένη. καὶ ὁ Πελλαὶος δὲ δράκων πρεσβύτερος ἦν, καὶ οἴκοι ἐτρέφετο, καὶ καιρὸν ὑποφανησόμενος αὐτοῖς, καὶ συντραγῳδήσων, μᾶλλον δὲ πρωταγωνιστήσων ἐσόμενος.

Ἤδη δὲ ἀρχεσθαι δέον, μηχανᾶταί τι τοιόνδε· Νύκτωρ γὰρ ἐλθὼν ὑπὸ τοὺς θεμελίους τοῦ νεὼ τοῦ ἄρτι ὀρυττομένους (συνεστήκει δὲ ἐν αὐτοῖς ὕδωρ, ἢ αὐτόθεν ποθὲν

12. Adveniens igitur cum hac hiſtrionia Alexander poſt aliquod intervallum in patriam ſuam, conſpicuus erat & ſplendidus, furere interdum ſe ſimulans, & ſpuma os oppletum habens, quod facile illi contingebat, ſtruthii, tinctoriae herbae radicem mandenti: at illis divinum quiddam & terribile ſpuma illa videbatur. Factum autem illis & praeparatum olim caput Dracónis linteum, humanae formae affine quiddam habens, pictum, accurate aſſimilatum, equina ſeta aperiens os & iterum claudens; & lingua qualis ſerpentum, biſulca, nigra, prominebat, ſetis & ipſa mobilis. Pellaeus autem ille Draco ipſis jam ante fuerat, qui domi alebatur, ſuo tempore appariturus, & adjuturus tragoediam, vel primarum potius partium ipſe actor futurus.

13. Cum jam faciendum eſſet initium, tale quid machinatur. Accedens noctu ad fundamenta templi recens effoſſa, in quibus aqua conſtiterat, vel ibidem undecunque

[a] Αὐτὴ] Sic Cod. P. recte. Αὕτη Edd. priores male.

57. Διὰ πολλοῦ] Vulgo vertitur, *multo poſt*. Rectius, *poſt longam abſentiam*. F.G.

Διὰ πολλοῦ] Recte *Gujetus*, quamvis e vulgata verſione tamen eundem ſenſum elicere queas. Sic & *Ariſtoph.* Plut. 1046. Ἔοικε δῆτα πολλοῦ χρόνου σ' ἰωμακέναι. Quod recte ibi vertitur: *Opinor, quod te jam diu non viderit.* Nam etſi negatio nulla in Graecis, tamen qui *poſt longum tempus*, vel *longam demum abſentiam videt*, is diu non vidit. Fidem faciet *Long. Paſt.* IV. p. 106. Ed. *Moll.* Παρεκελεύετο δὲ ὁ τῷ Δάφνιδι ὁ Λάμων ποιμὴν τὰς αἶγας ἐς δυνατὸν μάλιστά που, πάντως καὶ ἐκείνων λέγων ὄψιας τὴν ἀποστολὴν ἀφικόμενον ἀφ' ὁμιλοῦ — *herum illas omnino poſt longum intervallum eſſe viſuras.* J.F.R.

59. Καὶ ἀφροῦ ὑποπιμπλάμενος] De his impoſtorum & agyrtarum artibus alius locus dicendi. J.B.

65. Ἀνθρωπόμορφόν τι] Figuram videbis in nummo; quem ad c. 58. exhibebimus. M.du S.

66. Κατάγραφος] i. e. *picta*, ποικίλη. κατάγραφος idem quod κατάγραπτος. *Catull.* Catagraphosque Thynos. F.G.

Κατάγραφος] Locus *Catulli* eſt in Epigr. 22. ad Thallum, ad quem vid. obſervatt. *Voſſii* p. 63. J.F.R.

69. Μέλαινα] Cur nigra? nam quod duplicem ſcribit, mirabitur nemo, qui *Suidam* conſuluerit. De Aeſculapii forma vid. *Ovid.* Metam. XV. 654. M.du S.

70. Αὐτὴ] P. non ut in reliquis αὕτη. M.du S.

79. Συλλιβόμενος] Minus commode in Angl. Cod. συνθλιβόμενος. J.B.

88. Ἐνθαζόντες] Angl. ἐνθαζόμενοι. J.B.

90. Διεξομοῦνται] Καὶ τὴν πόλιν ἰμακάριζεν, οὐτίνα μάλα διεξομοῦνται ἐναργῆ τὸν θεόν. Non profecto ipſa urbs erat oſtenſura ἐναργῆ τὸν θεόν. Non id voluit Pſeudomantis, qui ἰμακάριζε τὴν πόλιν, non quod eſſet oſtenſura, ſed revera acceptura Deum, quem nimirum ille praeſtigiis ſuis plebi eſſet oblaturus. Scribe ergo διξομούνται. Confirmant emendationem noſtram, quae ſtatim eadem pag. ſequuntur, ὕμνους τε ἤδον (ὁ Φιλάδελφος) Ἀσκληπιοῦ καὶ Ἀπόλλωνος μεγάλῃ τῇ φωνῇ, καὶ ἐκάλει τὸν θεὸν ἥκειν τύχῃ ἀγαθῇ εἰς τὴν πόλιν. *Et hymnos canebat Aeſculapio ac Apollini magna voce, & vocabat Deum, quo bonis avibus in urbem veniret.* J.F.

Διεξομούνται] Haec lectio mihi fere melior videbatur, quam ſi διξομούνται dixiſſet; non modo quia *palam* additur, quo ſignificatur, Deum ante non conſpi-

que collecta, vel caeleſtis, deponit ibidem anſerinum ovum ante excavatum, in quo incluſus ſerpens recens natus. Hoc in receſſu quodam luti defixo, domum redit. Poſtridie vero nudus in forum proſiliens, ſegeſtri circa pudenda vinctus aureo illo quoque, illamque falcem geſtans, ſolutam ſimul comam quatiens, ut qui matri deorum *coetum* colligunt fanatici, concionatur conſcenſo altari quodam excelſo, beatam urbem praedicat, quae praeſentem jam ſtatim Deum ſuſceptura eſſet. Qui praeſentes erant; concurrerat enim tota fere civitas cum mulieribus, ſenibus, pueris, ſtupere, precari, adorare. At ille vocibus quibusdam prolatis obſcuris, quales fuerint forte Ebraeorum aut Phoenicum, perculit homines, quid ſibi vellet neſcientes, praeter illud ſolum, quod omnibus immiſcebat Apollinem & Aeſculapium.

14. Tum curriculo petit futurum templum, delatusque ad foſſam, praeparatam-

[b] συλλειβόμενον, ἢ ἐξ ὑρανῦ πεσὸν) ἐνταῦθα καλατίθη χήνειον ὠὸν πρακεκενωμένον, ἔνδον φυλάτιον ἑρπετόν τι ἐκτιγέννητον· καὶ βυθίσας τῦτο ἐν μυχῷ τῦ πηλῦ, ὀπίσω αὖθις ἀπηλλάττετο. ἔωθεν δὲ γυμνὸς ἐς τ' ἀγορὰν προπηδήσας, ἀμάζωμα δὲ περὶ τὸ αἰδοῖον ἔχων, κατάχρυσον καὶ τῦτο, καὶ τ' ἄρπην ἐκείνην φέρων, σείων ἅμα τ' κόμην ἄνετον, ὥσπερ οἱ τῇ μητρὶ ἀγείροντές τε, καὶ [c] ἐνθεάζοντες, ἐδημηγόρει ὅτι βωμόν τινα ὑψηλὸν ἀναβὰς, καὶ τ' πόλιν ἐμακάριζεν, αὐτίκα μάλα [d] δειξομένην ἐναργῆ τ' θεόν. οἱ παρόντες δὲ (συνδεδραμήκει γὰρ σχεδὸν ἅπασα ἡ πόλις, ἅμα γυναιξὶ, καὶ γέρουσι, καὶ παισὶν) ἐτεθήπεσαν, καὶ ἤυχοντο, καὶ προσεκύνουν. ὁ δὲ φωνάς τινας ἀσήμους φθεγγόμενος, οἵαι γένοιντ' ἂν Ἑβραίων, ἢ Φοινίκων, ἐξέπληττε τὺς ἀνθρώπους, ὐκ εἰδότας [e] ὅ, τι λέγοι· πλὴν τῦτο μόνον, ὅτι πᾶσιν ἐγκατεμίγνυε τ' Ἀπόλλωνα καὶ τ' Ἀσκληπιόν.

1 Εἶτ' ἔθει δρόμῳ ὅπῃ τ' ἐσόμενον νεὼ καὶ ὅπῃ τὸ ὄρυγμα ἐλθὼν, καὶ τ' [f] προκονομευμένην

[b] Συλλειβόμενον] Συνλιβόμενον A. P. Nihil mutant Edd. [c] Ἐνθεάζοντες] Ἐνθαζόμενοι A. P. L. & marg. A1. Nil mut. Edd. [d] Δειξομένην] Δεξομένην Fenſ. Pell. quoque an δεξομένην; idem habet & marg. A1W. Sed δειξ. Edd. pertinaciter retinent. [e] Ὅ, τι λέγοι] Ὅ, τι καὶ λιγοι marg. A1W. [f] Προκονομευμένην] Sic P. R. ſive B. & Fl. Προκοδομημένην Edd. cett.

87. Τῇ Μητρὶ ἀγείρουσις] Ἀντὶ τῦ ἀγυρτάζοντες. G.

ſpicuum, nunc omnibus ſpectandum iri propoſitum; ſed & quia c. 12. f. praedixit *eum adparitorum*. Tum etiam propter ſingularem verbi δείκνυμι energiam, quam vid. ab Cl. *Hemſterh.* indicatam T. I. Somn. c. 8. ad verba ἴδιξε τ' Δία; quod hic quidem non prorſus idem eſt; ſed gloriatur urbs quaſi numine praeſenti, quod jam publice poſſet omnibus re ipſa demonſtrare. At ſi quem ſequens ἴσως magis movet, & quod δείξ. non activa, ſed media forma hic ponatur, ille δεξομένην legat. Modo meminerit, & medium vi activa uſitatum eſſe; ſic *Hom.* Il. Υ. 700. Πηλείδης — δῶκεν ἄεθλα Διωκόμενος διανεύσῃ — & alibi ſaepe. Sed cum Il. I. 196. pro *data dextra recipere*, poſitum dicat Scholiaſtes, qui ad verba Τὸν, ᾧ διωκόμενος, ait: δεξιὰ ἔχω, φιλοφρονούμενος; unde & Cl. *S. Clarke* ea reddidit: *Eos autem dextra prehendens* &c. Ideo in quam & hoc ſenſu poteris vulgatam accipere. Nam *recipiendi* notionem jam praefero, relecto §. 10. *J. F. R.*

93. Ἐτιθήπεσαν] Conf. ſupra T. I. p. 867. f. *Scyth.* c. 8. *J. F. R.*

94. Φωνὰς] Hoc forſan imitatione verorum per Chriſtianos miraculorum. Obſerva etiam diſtingui hic Hebraeam linguam a Phoenicia. *M. du S.*

95. Ἑβρ. ἢ Φοινίκων] Sed quas hic ut diverſas ponit, ejusdem tantum linguae dialecti erant variae, qua de re conſule, ſi lubet, *Grotii* not. No. 1. ad l. I. c. 15. de verit. relig. Chriſt. & qui eam rem fuſe proſequutus eſt *Bochart.* de lingua Phoenicia & Punica l. II. Geogr. Sacra. *M. du S.*

2. Προκοδομημένην] Cæteri Cod. προκεκονομημένην. *J. B.*

Προκονομ.] In Ed. *Fl.* ut edi curavimus, προκονομ. In P. & Codd. B. mendoſe προκεκονομημένην. In reliquis προκοδομημένην. *M. du S.*

μδήν τῆ χρηστηρίῳ πηγὴν, ἐμβὰς ἐς τὸ ὕδωρ, ὕμνους τε ᾄδει Ἀσκληπιῷ καὶ Ἀπόλλωνι μεγάλῃ τῇ φωνῇ, καὶ ἐκάλεσε τὸν θεὸν ἥκειν τύχῃ [a] τῇ ἀγαθῇ εἰς τὴν πόλιν· εἶτα φιάλην αἰτήσας, ἀναδόντος τινὸς, ῥᾳδίως ὑποβαλὼν, ἀνιμᾶται μὲν τῷ ὕδατι καὶ τῷ πηλῷ τὸ ᾠὸν ἐκεῖνο, ἐν ᾧ ὁ θεὸς αὐτὸς κατεκέκλειστο, κηρῷ λευκῷ, καὶ ψιμυθίῳ καὶ ἁρμογὴν τοῦ [b] πώματος ξυγκεχολλημένον· καὶ λαβὼν αὐτὸ εἰς τὰς χεῖρας, ἔχειν ἔφασκεν ἤδη τὸν Ἀσκληπιόν. οἱ δὲ, ἀτενὲς ἀπέβλεπον ὅ, τι καὶ γίγνοιτο, πολὺ πρότερον θαυμάσαντες τὸ ᾠὸν ἐν τῷ ὕδατι εὑρημένον. ἐπεὶ δὲ καὶ κατάξας αὐτὸ ἐς κοίλην τὴν χεῖρα, ὑπεδέξατο τὸ τοῦ ἑρπετοῦ ἐκεῖνο ἔμβρυον, καὶ οἱ παρόντες εἶδον κινούμενον, καὶ περὶ τοῖς δακτύλοις εἱλούμενον, ἀνέκραγον εὐθὺς, καὶ ἠσπάζοντο τὸν θεὸν, καὶ τὴν πόλιν ἐμακάριζον, καὶ χανδὸν ἕκαστος ἐνέπιμπλα τὰς εὐχὰς, θησαυροὺς, καὶ πλοῦτους, καὶ ὑγιείας, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθὰ αἰτοῦντες παρ' αὐτοῦ. ὁ δὲ δρομαίως αὖθις ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἵετο, φέρων ἅμα καὶ τὸν ἀρτι-

que ante oraculi ſcaturiginem, in aquam ingreſſus, hymnosque magna voce canit Aeſculapii & Apollinis, Deumque fauſtis auſpiciis in urbem venire jubet. Tum phialam poſcit, quam cum dediſſet aliquis, facile ſubjicit, hauritque cum aqua & luto ovum illud, in quo Deum ipſe incluſerat, commiſſuris operculi cera alba & cerussa ferruminatis. Hoc in manus ſumto, habere ſe jam proclamat Aeſculapium. At illi defixis oculis videre quid tandem fieret, qui multum ante jam admirati eſſent ovum in aqua inventum. Cum vero fracto illo in cavam manum ſuſciperet foetum ſerpentis, viderentque praeſentes moveri illum & circa digitos volvi, exclamant ſtatim, & Deum ſalutant, & beatam civitatem praedicant, & magno hiatu omnes plenisque faucibus precantur, theſauros, divitias, ſanitates, bona reliqua, ab eo ſibi quisque expetunt. At ille curriculo rurſus domum repetit, ferens ſecum etiam recens natum Aeſcu-

a Τῇ] Aderat in *Fl.* Aberat a reliquis Edd. b Πώματος] Sic Edd. *P. Ald. H.* & reliquae. Στόματος *J.* & *P.*

3. Πηγὴν] De oraculi fonte metaphorice intelligendum; patet enim non fuiſſe verum & proprie dictum fontem, ex cap. praecedenti. Sic ap. *Arrian.* in Epict. p. 239. C. Apollo πηγὴ τ᾽ ἀληθείας dicitur. *M. du S.*

6. Τύχῃ ἀγαθῇ] Flor. τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. *J. B.*

Τύχῃ τῇ ἀγαθῇ] Non temerario conſilio illud τῇ inſeruimus; nam & ſic infra c. 38. hujus Dialogi. Etſi & alibi omittitur, ut in *Vit. auct.* c. 2. fin. & c. 19. pr. Item *Catapl.* c. 7. Ac *Deor. Dial.* X. & *Timone.* &c. *J. F. R.*

11. Πώματος] P. & Ed. *J.* στόματος, quod minime ſpernendum. *M. du S.*

27. Οὐκ οὖν Κορωνίδος, μὰ Δί', ἀλλ' οὐ κορώνης] Miror verſiones virorum inſignium. Ipſe Eraſmus *non ex Coronide per Jovem, id eſt, cornicula (nam id matris nomen fertur) neque ex cornice*, quae ſic contraxit Benedictus, *non ex Coronide per Jovem, hoc eſt, non ex cornice.* At quae illa explicatio? an Coronis eandem exprimit quam Corone? Certe non. Coronis enim Lariſſaea apud Ovidium, Phlegyae filia apud alios, mater Aeſculapii ex Apolline: at Corone Coronei filia & Phocaicae telluris apud Ovidium ab Neptuno ſtuprata, niſi interveniſſet per Palladem mutatio formae. Itaque vel has auctor intelligit, vel hanc poſtremam ſimpliciter de ave cornice accipere poſſumus, ut & per literarum convenientiam alludat ad praecedens & per ſignificationem & appellationem volucris ad ſequens. Neque vero probari poteſt id quod ſcripſit in Gallica verſione Cl. *Sponius*, *tenant en ſa main Eſculape né d'une Oye, & non pas d'une Corneille comme autrefois*, & quod addit in margine, *C'eſt qu'il étoit fils de Coronis, qui ſignifie Corneille.* Neque mox ſatis bene οἰκίσκον reddidit *edicules*, quum exigatur numerus ſingularis. *J. G.*

Ibid. Κορωνίδος] Optime verterat *Eraſmus:* quamquam aliter viro clariſſimo viſum. Optime etiam *Sponius.* Ludit ſcilicet in ambiguo vocum: quia *Coronis* mater Aeſculapii erat; (v. c. 38. *Ovid.* Met. II. 569. & *Apollod.* III. quod nomen fere idem eſt, cum Κορώνη quod cornicem deſignat. Non inquit: Jam Coronidis filius, aut cornicis, ſed anſeris, quia nempe ex ovo anſerino excluſus. *M. du S.*

29. Γεγενημένον] Sic putavi reſcribendum pro vulgato

Aeſculapium, bis natum, cum alii ſemel tantum naſcantur homines, non ex Coronide, medius fidius, neque ex cornice, ſed ex anſere natum. Populus autem univerſus ſequitur, fanatico omnes inſtinctu pleni, & prae ſpe furentes.

15. Dies igitur aliquot domi manet, ſperans futurum quod res erat, ut a fama illa plurimi mox Paphlagones concurrerent. Cum autem ſupra modum plena hominibus urbs eſſet, qui jam ante cerebra pariter & corda detonſa haberent, nulla re ſimiles hominibus frumento veſci ſolitis, ſed ſola forma ab ovibus diſtincti, in quadam aedicula in lecto aſſidens, veſtitu, qui plane Deum deceret, longo indutus, ſinu ſuſcipit Pellaeum illum Aeſculapium, maximum, ut dixi, pulcherrimumque: ac totum ſuae cervici circumponens, cauda extra *veſtem* relicta, (adeo autem magnus erat draco, ut & in gremio ipſius provolutus jaceret, & humi pars ipſius traheretur) caput ſolum ſub ala habens & abgato γεγενημένου; nam eſt a γενάω ſic enim recte mox c. 18. ſcribitur: ſic recte erat *Abdic.* c. 9. bis, adde c. 10. ejusd. *Abdic.* & 18. verſ. 46. Sic plus quam ſexcenties recte ap. LXX. & in Novo Foedere. Sed tam ſaepe in hoc verbo ν alterum in compluribus Edd. omiſſum eſt, ut jam earum conſenſum nihili faciendum exiſtimem, ubique tamen ad id attendere nequeam. Sed Ὀρχ. 56. γεγενημ. rurſus eſt, item c. 23. hujus *Dial.* a γένομαι. Et interdum nihil intereſt, utrum inde *factum*, *ortum*, an *natum*, *generatum* dicas, & in ejusmodi caſibus Editt. priſcas ſequar; ubi vero ſignificatione τῦ *gigno* diſtincte opus eſt, ibi ν duplicabo, quoties ad id animum adverterio. *J. F. R.*

32. Ἡμίρας] Neſciebam quid Cl. *Geſnerum* impulerit, quod ἡμέρας pro accuſ. plur. acceperit, quum pro ſolita temporis quando, ut Grammatici loquuntur, ſtructura, ſit genitivus ſingularis, ut ſupra *Tyrann.* c. 1. δύο τυράννους ἐπετείας μιᾶς ἡμέρας, & alibi non ſemel. Servari ergo potuiſſe putabam priſcam verſionem, quae *interdiu* habebat; etſi nôram & acculativo caſu idem tempus, contra quam apud Latinos, exprimi, ut *Long. Paſt.* 2. p. 43. σιωπχον) τὸ ἑωθινὸν. Iterum p. 46. Ed. *Jungerm.* Tertium L. IV. p. 106. f. Ed. *Moll.* ἀπάγων (αἶγας) τὸ δειλινὸν. Quare ambiguum alicui videri poſſit, ſitne ἡμέρας plur. an ſing? Poſtea vero didici Cl. *Geſn.* τῶν intellectum velle, ut in Evang. *Marc.* 2. 1. δι' ἡμερῶν. *J. F. R.*

36. Τῶν ἐγκεφ.] Mira Phraſis. Sic tamen omnes libri. Quid vero *Marcil.* voluerit, haud facile eſt conjicere; niſi forſan pro ejus ἐξηρημένων legendum ſit, ἐξηρημώνων, eo nempe ſenſu quo vertunt . . . *cor eſſoe exemptum*. V. autem Δημ. c. 14. & Φιλοπ. c. 26. Adde & *Plut.* 1482. 2. ſi forte quid lucis hinc affulgeat. *M. du S.*

Ibid. Καὶ τὰς καρδίας προεξυρημένων] Προεξηρημένων. Itaque ſequitur προπάλια, pag. ſequente (immo ſtatim poſt duos verſus.) *Th. M.*

49. Ἐκεί-

ἐγεννήθη Ἀσκληπιὸν δὶς τεχθέντα, ὅτε ἄλλοι ἅπαξ τίκτουσι ἄνθρωποι, οὐκ ἐκ Κορωνίδος, μὰ Δί', οὐδ' ἐκ κορώνης, ἀλλ' ἐκ χηνὸς γεγενημένου. ὁ δὲ λεὼς ἅπας ὑπολυθέντες, πάντες ἔνθεοι, καὶ μεμηνότες ὑπὸ τῆς ἐλπίδων.

Ἡμέρας μὲν οὖν οἴκοι ἔμεινεν, ἐλπίζων ὅτῳ ἦν, ὑπὸ τὴν φήμης αὐτίκα μάλα πανπόλεις τὴν Παφλαγόνων συνδραμεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ ὑπερεπέπλητο ἀνθρώπων ἡ πόλις, ἁπάντων τὰς ἐγκεφάλους καὶ τὰς καρδίας προεξυρημένων, οὐδὲν ἐοικότων σιτοφάγοις ἀνθράσιν, ἀλλὰ μόνῃ τῇ μορφῇ μὴ ἔχειν προβάτια εἶναι διαφερόντων, ἐν οἰκίσκῳ τινὶ ὑπὸ κλίνης καθεζόμενον, μάλα θεοπρεπῶς ἐγκαλυμμένον, λαμβάνει εἰς τὸν κόλπον τὸν Πελλαῖον ἐκεῖνον Ἀσκληπιὸν, μέγιστόν τε, καὶ κάλλιστον, ὡς ἔφην, ὄντα. καὶ ὅλον τῷ αὐτοῦ τραχήλῳ περιειλήσας, καὶ τὸν ὄφιν ἔξω ἀφεὶς (πολὺς δὲ ἦν, ὡς καὶ ἐν τῷ προκολπίῳ προκεχύσθαι αὐτῷ, καὶ χαμαὶ τὸ μέρος ὑπισύρεσθαι) μόνην τὴν κεφαλὴν ὑπὸ μάλης ἔχων, καὶ ἀποκρύπτων, ἀνεχο-

ε Γεγεννημένου] Γεγενημ. Edd. priores. d Προεξυρ.] Προεξηρ. *Marc.* Nihil mutant. Edd. e Αὐτοῦ] Sic cum *J.* etiam *H. Fl. P.* &c. Sed αὐτῷ recte correxit *Geſner.*

38. Μὴ ἔχειν προβάτια] Τὸ, μονονουχὶ διὰλλον εἶπεν, μόνῃ τῇ μορφῇ ἔχειν προβάτια εἶναι διαφερόντων, τὸ μὴ προβάτια εἶναι. *V.*

χομένῳ πάντα ἐκεῖνα, πρῦφαινε τ' ὀθονίνην κεφαλὴν καὶ θάτερα τῆ χιτῶνος, ὡς δῆθεν ἐκεῖνα τῆ φαινομένῳ πάντως ὄφιν ἦσαν.

Εἶτά μοι ὀπώπησον οἰκίσκον ἀ πάνυ φαιδρὸν, οὐδὲ ἐς κόρον τῆ φωτὸς δεχόμενον, ἀ πλήθος ἀνθρώπων συγκλύδων, τεθαραγμένων, καὶ προεκπεπληγμένων, καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐπαιωρουμένων· οἷς εἰσελθοῦσι, τεράστιον ὡς εἰκὸς τὸ πρᾶγμα ἐφαίνετο, ἐκ τῆ τέως μικρῆ ἑρπετῆ, ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν τοσοῦτον δράκοντα πεφηνέναι· καὶ ταῦτα, ἀνθρωπόμορφον, καὶ τιθασσόν. ἠπείγοντο δὲ αὐτίκα πρὸς τ' ἔξοδον· καὶ πρὶν ἀκριβῶς ἰδεῖν, ἐξηλαύνοντο ὑπὸ τ' ἀεὶ ἐπεισιόντων. ἐτετρύπητο δὲ κατ' ὁ τὸ ἀντίθυρον ἄλλη ἔξοδος, οἷόν τι τὸν Μακεδόνας ἐν Βαβυλῶνι ποιῆσαι ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ νοσοῦντι λόγος, ὅτε ὁ μὲν ἤδη πονήρως εἶχεν, οἱ δὲ, περιστάντες τὰ βασίλεια, ἐπόθουν ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ προσειπεῖν τὸ ὕστατον. τ' δὲ ἐπίδειξιν ταύτην οὐκ ἅπαξ ὁ μαρὸς, ἀλλὰ πολλάκις ποιῆσαι λέγεται, καὶ μάλιστα εἴ τινες τ' πλησίων ἀφίκοιντο νεωτέροι.

Ἐνταῦθα ὦ φίλε Κέλσε, εἰ δεῖ τἀληθῆ λέγειν, συγγνώμην χρὴ ἐπινέμειν τοῖς Παφλαγόσι, καὶ Ποντικοῖς ἐκείνοις, παχέσι καὶ ἀπαιδεύτοις ἀνθρώποις, εἰ ἐξηπατήθησαν ἁπτόμενοι τῆ δράκοντος (καὶ γὰρ τοῦτο

scondens, sustinente illo omnia, linteum illud caput inter tunicam protendit, velut nimirum illius *draconis*, qui videndum se praebebat, omnino esset.

16. Tum cogita mihi aediculam non omnino illustrem, neque quantum satis est lucis capientem, & multitudinem hominum confluentium, perturbatorum, & jam ante *admiratione* perculsorum: & ad spes sublatorum, quibus ad primum ingressum portentosa nec immerito res videbatur, ex parvo tum serpente, intra paucos dies Draconem tantum prodiisse eumque humana forma *capitis*, & mansuetum: urgebantur autem statim ad exitum, & ante quam accurate vidissent, exigebantur ab his, qui novi semper accederent. Perforatus autem fuerat e regione januae exitus alius, quale quid Macedonas Babylone feciisse, aegrotante Alexandro, sermo est, cum ille male jam haberet; illi vero Regiam circumstantes videre illum desiderarent, & ultimum alloqui. Caeterum hanc ostensionem non semel impurus homo, sed saepe feciisse dicitur, praesertim si qui ditiores recens advenissent.

17. Hic, mi Celse, si verum dicendum est, ignoscere par est Paphlagonibus illis & Ponticis, pingui ingenio & ineruditis hominibus, si contacto ipso Dracone, (nam hoc

a Καὶ ταῦτα] An καὶ τὰ αὐτὰ? b Τὸ ἀντίθυρον] Sic *Ald. J. Fl. H. B2. Fr. P. S.* c Νεωτέροι] Νεωλέστεροι *Fl.* & marg. *AIW.* At prius Cod. P. & cett. Edd.

53. Οὐδὲ ἐς κόρον τῆ φωτὸς δεχόμενον] Ἀττικὴ ἡ σύνταξις· τὸ γὰρ ἐπὶ μέρους λέγειν Ἀθηναίων, οἷον ἔφαγεν τῆ ἄρτου, * κατέαγε τῆ κρανίου.

63. Ἀντίθυρον] Τὸ ὄπισθεν ἢ θύρας μέρος. *G.*

66. Πονηρως εἶχεν] Ἀττικοὶ ἐπὶ σωματικῆς ἀρρωστίας ἐχούσης τὸ † πονηρός. *V.*

* Κατέαγε] Κατέαγεν erat in Editis, mutavit *M. du S.*

† Πονηρός] Rectius tamen Grammaticos distinguere inter πόνηρος miser, & πονηρὸς malus, atque inter adverbia πονήρως & πονηρῶς, vid. supra T. I. *de Merc. cond.* ad c. 23. Etsi credo posteriorem diem hanc distinctionem inveniisse; quum in origine unum & idem fuerit, utrumque enim est a πόνος & πένομαι. Praestat tamen discrimen bona cum ratione introductum observare. *J. F. R.*

49. Ἐκεῖσε] Τῆ δράκοντος. *F. G.*

59. Καὶ ταῦτα, ἀνθρωπ.] Sic ordinem verborum invertimus, qui prius in omnibus male sic habebat: ἀνθρώπ. ὃ ταῦτα ὃ θιβασσὸν, absurde prorsus. *M. du S.*

63. Τὸ ἀντίθυρον] Συμπ. c. 8. ubi in vulgatis alio genere legitur haec vox; sed MS. Ox. & illic τὸ habet. V. etiam Οἰκ. c. 25. ubi femineo genere occurrit. *M. du S.*

Ibid. Ἀντίθυρον] Utitur & *Homer.* Odyss. Π. 159. Στῆ δὲ κατ' ἀντίθυρον κλισίης Ὀδυσῆϊ φανεῖσα. *J. F. R.*

82. Πρὸς ταῦτα ὃ τὰ τοιαῦτα] Deleverat *Solanus* ταῦτα & ᾗ, quia aberant in *Fl.* Et ego merito abesse

hoc quoque volentibus dabat Alexander) decepti ſunt, cum viderent certe in tenui luce caput ipſius, aperiens pariter os & claudens: adeo ut plane indigeret machinatio illa Democrito quodam, aut ipſo Epicuro, aut Metrodoro, aut alio quodam, invictam ad haec & talia mentem habente, qui diffideret, & quid res eſſet conjiceret, & ſi ipſum invenire modum non poſſet, at illud certe jam ante perſuaſum haberet, licet ipſum ratio praeſtigiarum fugiat, totum tamen hoc mendacium eſſe, ac fieri non poſſe.

παρεῖχε τοῖς βελομένοις ὁ Ἀλέξανδρος) ὁρῶντές γε ἐν ἀμυδρῷ τῷ φωτὶ τὴν κεφαλὴν ὅθεν αὐτῆς ἀνοίγουσάν τε καὶ συγκλείουσαν τὸ στόμα, ὥστε πάνυ τὸ μηχάνημα ἐδεῖτο Δημοκρίτου τινὸς, ἢ καὶ αὐτοῦ Ἐπικούρου, ἢ Μητροδώρου, ἤ του ἄλλου, ἀδαμαντίνου πρὸς ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τὴν γνώμην ἔχοντος, ὡς ἀπιστῆσαί τε καὶ ὅστις ἦν εἰκάσαι, καὶ εἰ μὴ εὑρεῖν τὸν τρόπον ἐδύναλο, ἐκεῖνο γοῦν προπεπεισμένῳ, ὅτι λέληθεν αὐτὸν ὁ τρόπος τῆς μαγγανείας, τὸ δ' ὅλον πᾶν ψεῦδός ἐστι, καὶ γενέσθαι ἀδύναλον.

18. Paullatim igitur & Bithynia, & Gallograecia, & Thrace confluxit, unoquoque renuntiantium, ut credere par eſt, dicente, & naſcentem a ſe viſum Deum, & poſtea contactum, cum ingens brevi tempore interjecto factus eſſet, & vultum haberet humano ſimilem. Super haec picturae, & imagines, & ſimulacra, ex aere partim, partim ex argento aſſimilata: & nomen Deo impoſitum, Glycon enim appellabatur, ex divino juſſu carmine concluſo. Exclamarat enim Alexander:

Tertius ecce, Glycon, ſanguis Jovis, atque hominum lux.

Κατ' ὀλίγον δὲ καὶ ἡ Βιθυνία, καὶ ἡ Γαλατία, καὶ ἡ Θρᾴκη συνέρρει, ἑκάστου τῶν ἀπαγγελλόντων, ὡς τὸ εἰκὸς, λέγοντος, ὡς καὶ γεννώμενον ἴδοι τὸν θεὸν, καὶ ὕστερον ἄφαιλο μετ' ὀλίγον παμμεγέθης αὐτῷ γεγενημένῳ, καὶ τὸ πρόσωπον ἀνθρώπῳ ἐοικότα· γραφαί τε ὀπὶ τούτῳ, καὶ εἰκόνες, καὶ ξόανα, τὰ μὲν ἐκ χαλκοῦ, τὰ δὲ ἐξ ἀργύρου εἰκασμένα, καὶ ὄνομά γε τῷ θεῷ ὀπιτεθέν· Γλύκων γὰρ ἐκαλεῖτο, ἐκ τινὸς ἐμμέτρου, καὶ θείου προστάγματος· ἀνεφώνησε γὰρ Ἀλέξανδρος·

Εἰμὶ Γλύκων, τρίτον αἷμα Διὸς, φάος ἀνθρώποισι.

19. Et cum tempus eſſet ejus rei, propter quam inſtituta fuerant omnia, *nimirum*

Καὶ ἐπειδὴ καιρὸς ἦν, ὅτου ἕνεκα τὰ πάντα ἐμεμηχάνητο, καὶ χρᾶν τοῖς δεομένοις,

d Πρὸς ταῦτα & τὰ τοιαῦτα] Exhibent *Ald. J. P. B2. Fr.* & *S.* Πρὸς τὰ τοιαῦτα *Fl.* *e* Πᾶν] Πάνυ P. L. & marg. *AIW.* Vulgatam ſervant priſcae Edd. earumque lectio eſt melior. *f* Γενόμενον] Sic jam gemino *v.* recte Edd.

ſe credo; verum quia facilior eſt omiſſio quam ejusmodi additio, & locutio non infrequens eſt, unam Florentinam omnibus hic praevalere nolui. Sic rurſus infra c. 38. ταῦτα & τὰ τοιαῦτα προεμηχανᾶτο, & alibi non ſemel. Sic & τοιαῦτα & τοιαῦτα conjungi amant. *Long. Paſt.* L. 2. p. 63. τοιαῦτα καὶ τοιαῦτα παίδια. *J. F. R.*

83. Τὰ τοιαῦτα] *Fl.* Ed. & P. Codex. Cum nulla diverſitas in collatore ſit notata. In reliquis ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, minus concinne. *M. du S.*

95. Εἰμὶ] Infra ad c. 58. videbimus, nummos etiam cuſos cum imagine, & nomine iſtius Glyconis, quorum ad nos usque nonnulli pervenerunt, quamquam *Goltzius* in nomine erraverit; cum ΓΛΑΥΚΩΝ legi prodit. Sed haec poſtea, nondum enim nunc Romam usque fama ejus pervenerat. *M. du S.*

98. Γλύκων] Cognomen hoc, Aeſculapium enim haberi eum volebat Alexander; ut ex prophetia patet, quam ſupra c. 10. legimus, & ex oraculo, quo ſeſe hoc nomine indigitari jubet c. 18. Scripturam autem hanc indicantem & rem totam egregie illuſtrantem adi *Spanhem.* 213. & 721. *M. du S.*

2. Φάος ἀνθρώποισι] Sic Graecos vocare hominem qui ingens emolumentum, magnam ſalutem adfert hominibus, monet Cl. *L. Bos* ad *Evang. Joan.* I. 4. ubi legas: καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, quod adductis etiam his Luciani verbis, & ex *Hom.* Il. II. 39. Et *Ariſtoph.* Pl. 69. confirmat. *J. F. R.*

νοις, καὶ θεσπίζειν παρ' [a] Ἀμφιλόχῳ τῷ ἐν Κιλικίᾳ τὸ ἐνδόσιμον λαβὼν (καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς τελευτὴν τὸν Ἀμφιαράου, καὶ αὐτὸν ἐν Θήβαις ἀφανισμὸν αὐτοῦ, ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας, εἰς τὴν Κιλικίαν ἀφικόμενος, ἐπονήρως ἀπήλλαξε, προθεσπίζων καὶ αὐτὸς τοῖς Κίλιξι τὰ μέλλοντα, καὶ δύ' ὀβολοὺς ἐφ' ἑκάστῳ χρησμῷ λαμβάνων) ἐκεῖθεν οὖν τὸ ἐνδόσιμον λαβὼν ὁ Ἀλέξανδρος, προλέγει πᾶσι τοῖς ἀφικομένοις, ὡς [b] μαντεύσεται ὁ θεὸς, ῥητήν τινα [c] ἡμέραν προειπών. ἐκέλευσε δὲ ἕκαστον, [d] ὃ δέοιτο ἂν καὶ μάλιστα μαθεῖν ἐθέλοι, ἐς βιβλίον ἐγγράψαντα, καλαῤῥάψαι τε, καὶ

oracula edendi rogantibus ac vaticinandi, praecentorem quasi secutus Amphilochum, qui in Cilicia colitur. Etenim ille quoque post Amphiarai patris mortem, cum Thebis ille periisset, ejectus domo & in Ciliciam delatus, non male rem gessit, praedicens & ipse futura Cilicibus, & duo pro unoquoque oraculo obolos accipiens. Ab hoc igitur quasi cantus initio accepto Alexander, advenientibus omnibus denuntiat, oracula redditurum deum, diemque certum praedicit. Jubet autem, unumquemque, quod sibi opus sit & maxime velit discere, in libellum inscribere, eumque

a Ἀμφιλόχου] Ex emendatione *Solani* & *Gesneri*. Ἀντιλόχου Edd. priores. b Μαντεύσεται] Μαντεύσεται *J.* sola. c Ἡμέραν] Decrat in Edd. excepta *J.* quae ῥητὴν ἡμέραν τινά. At quod edidi est in P. Τίνα ἡμέραν ἀνὰ τῶν προειπὼν. G. d Οὗ δέοιτο] Ὅ δέοιτο marg. *AIW.*

6. Ἀμφιλόχου] In omnibus libris legitur Ἀντιλόχου. Sed Amphiarai filium *Antilochum*, quis umquam fando audivit? Amphilochum vero & noster alibi, & alii agnoscunt. Praeterea quae hic de Heroe illo narrantur omnia de *Amphilocho* praedicari eadem videas in Ἔκκλ. c. 12. Oraculum, Cilicia, & duo oboli &c. v. etiam, si lubet, sub finem Φιλοψ. c. 38. in *Dial. mort.* III. & hoc ipso in libro c. 29. Oraculi hujus Amphilochi meminerunt & alii, *Plut.* 999. 2. & 771. *Xiph.* in Commod. p. m. 290. ἐστὶν ὁ Μαλλῶ. (Sic enim emendandus ex nostro aliisque Xiphil. pro vitioso μαλῷ) πόλει τῆς κιλικίας ἀμφιλόχου χρηστήριον ἔχει δὲ ὀνειράτων. Unde patet eo tempore celeberrimum fuisse, quod veritatem historiae Luciani hac in parte confirmat. *Clem. Alex.* etiam προτρ. p. 9. 1.

Hactenus de oraculo Mallensi; de alio ejusdem oraculo supra etiam dixi ad *Dial. mort.* III. nunc de ipso *Amphilocho* incidit quaestio. Dicitur nempe hoc in loco *Amphiarai filius*; at alio in loco s. laudato, *nepos*, non *filius* innui videtur. ἐναγοῦς ἀνδρὸς ἐκ μητραλοίου υἱὸς ὤν. Ἔκκλ. c. 12. & Alcmaeonis filius *Amphilochus* dicitur apud *Apollod.* p. 83. A. B. Sed de ea quaestione vide quae ad eum Luciani locum a me annotantur. Ab Acarnanibus cultum *Amphilochum* tradit *Orig.* c. Cels. p. 131. 2. eumque in ea regione oraculum habuisse; quod ut confirmare non possumus, ita nec rejicere. Quae ibidem de Mopsi etiam in Cilicia celebri oraculo, & apud *Plut.* 771. iis quae in hoc Luciani libro de *Amphilochi* oraculo traduntur, adeo similia sunt, ut unum idemque fuisse, etiamsi Strabonis auctoritas deesset, censenda fuerint. Is autem disserte *Mallum* opus *Amphilochi* & *Mopsi* fuisse docet XIV. p. m. 464. B. Amphilocho aliud oraculum fuisse in Aetolia ait *J. Caes. Bullengerus*; cujus meminisse ait *Aristidem* Or. in Bacchum. Aesculapii etiam oraculum in Cilicia fuisse, idem *J. Caes. Bullengerus* tradit ex *Euseb.* III. Vitae Const. c. XCIX. AG. VII. 37. Sed oraculum nequaquam dicendum, cum nullae sortes redditae, nulla futura praedicta; sed tantummodo sanationes morborum dicantur factae, quae ab Ethnicis in omnibus illius Dei templis passim memorantur. V. *Arist.* Πλ. idem c. LIV. meminit alterius Oraculi Pergami, de quo idem dictum puta. Haec cum scripta essent, incidi in *Heinsii* ad *Ovid.* notas, in quibus ad Rem. am. 455. video, Virum Cl. eodem, quo ego feci modo, hic Lucianum emendasse. *M. du S.*

Ἀμφιλόχου] *Antilochus*, nescio quomodo locum hic occupaverit Amphilochi, cujus oraculi & noster semel iterumque mentionem facit, & quis non? Vix dubito, quin etiam contra libros restituendum sit hoc nomen. Quin potuit ipse Lucianus memoria, aut manu adeo, labi in cognatis adeo sonis. *J. M. G.*

7. Τὸ ἐνδ. λαβ.] Τὸ ἐνδόσιμον λαβεῖν e musicis interpretari malui, quam ex equestri ratione, ubi pedis ictum & concussas habenas notat, quibus equus admonetur eundum esse, vid. *Pollux* I, 210. Musicae illius rationis elegans exemplum est in *Julian.* ep. 41. p. 421. Lipsi. Ἐπεὶ οἱ αὐτὸς ἡμῖν τῇ μέλους τὸ ἐνδόσιμον μηνύσεις κ. τ. λ. quem locum interpretatur *Budaeus*, & totum hoc ἐνδόσιμον copiose illustrat. *J. M. G.*

10. Ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας] Sic supra *Abdic.* c. 1. f. *M. du S.*

Ἐκπεσὼν — ἀφικόμενος — ἀπήλλαξε] En duo participia juncta sine copula, quod non ita frequens nostro, tamen recte se habet. V. *Evang. Luc.* V. 25. & 28. *Alciph.* I. Ep. 4. p. 20. *J. F. R.*

13. Δύ' ὀβολοὺς] Conf. iterum infra Ἔκκλ. c. 12. *M. du S.* Immo potius, si quid opus, confer mox c. 22.

que trajectum filo obſignare cera, aut creta, aut id genus re alia. Ipſe autem in adytum ubi deſcendiſſet, (jam enim aedificatum erat templum, & parata ſcena) ordine vocaturus eo erat per praeconem, & adhibito Theologo, illos, qui dediſſent, & auditis quaſi a Deo omnibus, libellum *cuique ſuum* ut ſignatus fuit, redditurus, reſponſumque illius ſubſcriptum (inſcriptum) carmine, reponente Deo, de quocumque aliquis interrogaſſet.

20. Erat vero machinatio iſta, viro quidem qualis tu, &, ſi non eſt inſolens dictu, etiam qualis ego ſum, manifeſta, & cognitu facilis; imperitis autem & *obeſae ac* plenae pituita naris hominibus, prodi-

καλασημήνας χηρῷ, ἢ πηλῷ, ἢ ἄλλῳ τοιούτῳ· αὐτὸς δὲ λαβὼν τὰ βιβλία, καὶ ἐς τὸ ἄδυτον καταβὰς (ἤδη γὰρ ὁ νεὼς ἐγήγερτο, καὶ ἡ σκηνὴ παρεσκεύαστο) καλέσειν ἔμελλε κατὰ τάξιν τοὺς δεδωκότας, κατὰ κήρυκι, καὶ θεολόγῳ· καὶ [e] ὡς παρὰ τοῦ θεοῦ ἀκούων ἕκαστα, τὸ μὲν βιβλίον ἀποδώσειν σεσημασμένον ὡς εἶχε, τὰ δὲ πρὸς αὐτὸ ἀποκρισιν [f] ὑπογεγραμμένην πρὸς ἕπος, ἀμειβομένου τοῦ θεοῦ ὁπόταν τις ἔροιτο.

Ἦν δὲ τὸ μηχάνημα τοῦτο, ἀνδρὶ μὲ οἵῳ σοὶ, εἰ δὲ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, καὶ οἵῳ ἐμοὶ, πρόδηλον, καὶ γνῶναι ῥᾴδιον, τοῖς δὲ ἰδιώταις, καὶ κορύζης μεστοῖς τὴν ῥῖνα, τεράστιον,

e Ὡς] Inſerui ex marg. *AIW.* Deerat in Edd. f Ὑπογεγραμ.] Sic Edd. Ἐπιγεγρ. marg. *AIW.*

22. & 54. *F.F.R.*

14. Ἐκλῦσαι μὲν τὸ ἐνδύσιμον λαβὼν ὁ Ἀλιξανδρος προλέγει πᾶσι τοῖς ἀφικομένοις, ὡς μαντεύσοιτο ὁ Θεὸς, ῥητήν τινα προειπών] Mſ. ῥητήν τινα ἡμέραν ἄνωθεν τοῦ προειπών. forte ῥητήν τινα ἡμέραν ἀνέστη προειπών. *definitam diem ſurrexit praedicendo.* ſurrexit praedicens certam diem, qua Glycon ſit oracula editurus. vide autem de hoc Glycone Abonoteichitarum ficto oraculo Virum illuſtrem *Ezechielem Spanhemium* diſſertatione tertia, de uſu antiquorum numiſmatum. *J.G.G.*

16. Ῥητήν τινα] Scil. ἡμέραν. *F.G.*

Ῥητήν τινα] Quia *Solanus* ſic juſſit, & tribus teſtibus nititur illud ἡμέραν, ideo addidi. Saepe quidem omittitur ἡμέρα in ſimilibus locutionibus, vid. *L. Bos* p. 59. Verum poſt ῥητὴν omitti; uno hoc Luciani teſtimonio incerto docere voluit. Ideo tanto minus omittere id potui, etſi omitti poſſe non nego. *J.F.R.*

17. Ἡμέραν] Sic G. P. & Ed. *J.* niſi quod haec ordinem verborum paululum mutavit. Scripturam Codicis *Graev.* quod attinet; ab imperitis librariis deſcriptam puto notam aliquam marginis, in qua erat ἄνωθεν τοῦ προειπὼν i. e. ſine verbo προειπών. Ita etiam ſtare poſſe ſententiam, nemo credo negabit, imo, ut quod ſentio dicam; venuſtior ſenſus absque προειπὼν, & magis Atticus videtur. Caeterum pro vulgato μαντεύσοιτο Ed. *J.* habet μαντεύσεται. *M.du S.*

Ibid. Ἐκλῦσαι] *Tacit.* An. II. 54. Colophone ſacerdos numerum modo conſultantium & nomina audit. *M.du S.*

25. Ὡς] Ut Graeco textui ὡς, ita & Latino *tò quaſi* inſerui, quod Cl. *Geſn.* haud aegre feret. *J.F.R.*

26. Σεσημασμένον] Eodem modo oracula ſua reddebat Jupiter Heliopoli; vid. *Macrob.* I. 23. Sic fiebat etiam Malli. Vid. Φιλοψ. c. 38. *M.du S.*

28. Ὑπογεγραμμένην] Ab iis qui obiter Lucianum perlegerunt, ἐπιγεγραμμένην magis probabitur quam ὑπογεγραμμένην. Quin hoc & ſequens tantum caput conferentes dicent ὑπογεγρ. falſum eſſe; Clauſi enim & obſignati libelli tradebantur, & eodem modo reddebantur, fictumque miraculum in eo ſolum conſiſtebat, quod Oraculum intelligere poſſet contenta, non laxatis vinculis ac ſignis, libroque non aperto. Ad hanc fraudem tegendam reſponſa debebant exterius inſcribi, non intra librum ipſi quaeſtioni ſubſcribi; alioqui enim fraus nimis craſſa etiam ſuſpecta fuiſſet multitudini. Et Lucianus artificium clam reſignandi libellos detegens, diſerte prodit pſeudoprophetam ea quae quisque ſciſcitabat ſic legiſſe, inſpexiſſe, non addens ibi quoque ſubjeciſſe reſponſum, quod non omiſiſſet, ſi verum foret. Immo & deinde c. 21. exponens artem ſigna tollendi, rurſus ait: impoſtorem ſigno ſublato *libellum legiſſe*, ac ſtatim denuo clauſiſſe. Ubi rurſus narratur, *lectum tantum libellum*, de *ſubſcriptione* nihil, quippe quae tum non fiebat, ſed poſtea; quod vel fieri poterat coram populo. Sed ὑπογεγ. tamen verum eſt, nec ſignificat adeo locum, ubi ſcriptum ſit reſponſum; ſed relationem ad quaeſtionem propoſitam. Et ſic rurſum eſt hac Diſſ. c. 49. & 53. Sic ὑπὸ in compoſitis ſolet reſponſum ſignificare, ut in ὑπολαβεῖν, aliisque, ut ap. *Aeſop.* Fab. 69. καὶ ἡ ὗς ὑπολαβοῦσα, ubi in aliis tamen invenio ὑποτυχοῦσα, *occurrens.* quod ad noſtrum tamen ſcopum idem eſt. Sed Fab. 88. ὑπολαβὼν δὲ ὁ πίθηκος, & alibi. Sic *ſuſcipere* pro reſpondere, *Virg.* VI. 723. *J.F.R.*

Ibid. Πρὸς ἕπος] Hic ſignificat *pro re nata*, vel *ad rem adpoſite*, quod quidem notum. Nam etſi *carmine* reſpondere ſolitus ſit, & locutio οὐδὲν πρὸς ἔπος, *nihil ad rem*, quoque idem ſit quod *nihil ad rhythmum*, tamen πρὸς ἔπος γράφειν ſignificare *carmine conſcribere*, non video. *J.F.R.*

33. Κορύζης μεστοῖς τὴν ῥῖνα] Saepe utitur hac phraſi, ut *mort. Dial.* VI. &c. *M.du S.*

34. Πά-

ᾀ πάνυ ἀπίστῳ ὅμοιον. Ὀπτικήσας γὰρ ποικίλας τῶν σφραγίδων τὰς λύσεις, ἀνεγιγνώσκέ τε τὰς ἐρωτήσεις ἑκάστας, καὶ τὰ δοκοῦντα πρὸς αὐτὰς ἀπεκρίνατο, εἶτα καλιλήσας αὖθις, καὶ σημηνάμενος, ἀπεδίδου μετὰ πολλῆς θαύματος τοῖς λαμβάνουσι. καὶ πολὺ ἦν παρ' αὐτοῖς τὸ, πόθεν γὰρ ἂν τοσαῦτα ἠπίστατο, ἃ ἐγὼ πάνυ ἀσφαλῶς σημηνάμενος, αὐτῷ ἔδωκα ὑπὸ σφραγῖσι δυσμιμήτοις, εἰ μὴ θεός τις ἀληθῶς ὁ πάντα γιγνώσκων ἦν;

gioſa, & undique incredibili ſimilis. Excogitatis enim diverſis ſolvendi ſigilla generibus, legit interrogationes ſingulas, & quae viderentur ad eas reſpondit, tum involutas iterum & obſignatas, reddidit multa cum admiratione accipientibus: & frequens inter illos haec erat oratio, *unde enim iſte ſciret, quae firmiter admodum obſignata ipſi dedi ſub ſigillis imitatu difficillimis, niſi revera Deus eſſet cognoſcens omnia?*

Τίνες οὖν αἱ ὀπτικαί; ἴσως ἐρήσῃ με. ἄκουε τοίνυν, ὡς ἔχοις ἐλέγχειν τὰ τοιαῦτα. ἡ πρώτη μὲν ἐκείνη, ὦ φίλτατε Κέλσε· βελόνην πυρώσας, τὸ ὑπὸ τὴν σφραγῖδα μέρος τοῦ κηροῦ διατήκων, ἐξαίρει, καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν, τῇ βελόνῃ αὖθις ὀπτικιάνας τὸν κηρὸν, τόν τε κάτω ὑπὸ τῷ λίνῳ, καὶ τὸν αὐτικὰ τὴν σφραγῖδα ἔχοντα, ῥᾳδίως συνεκόλλα. ἕτερος δὲ τρόπος ὁ διὰ τοῦ λεγομένου κολλυρίου· σκευαστὸν δὲ τοῦτό ἐστιν ἐκ πίττης [b] Βρυττίας, καὶ ἀσφάλτου, καὶ λίθου τοῦ διαφανοῦς τετριμμένου, καὶ κηροῦ,

21. *Quae ſunt igitur, forte me interrogabis, illa commenta?* Audi ergo, ut habeas, qui convincas talia. Primum, Celſe cariſſime, illud eſt: Acu ignita partem cerae, quae infra ſignum eſt, ubi liquefecit; ſignum ipſum detraxit, lectoque libello, acus ope liquefactam iterum ceram, tum quae infra ſub lino eſt, tum eam, quae ſigillum ipſum continet, facile conglutinavit. Altera eſt ratio per illud, quod vocatur collyrium. Paratur hoc e pice Bruttia, & aſphalto, & ſpeculari lapide trito, cera-

a Πάνυ] Sic P. & *J.* Ed. Πάνυ cett. b Βρυττίας] Ita ex *Fl.* dedi. Βηρυττίας male ceterae.

54. Σκευαστὸν δὲ τοῦτο] Σύνθεσις τοῦ λεγομένου θεραπικοῦ. *V.*

34. Πάνυ] P. & Ed. *J.* *M. du S.*

47. Ἡ πρώτη μὲ ἐκείνη] Adſcripſerat Cl. *La Croze*: vid. nott. *Zacagnii* in Diſputat. Archelai p. 27. Sed non ſatis indicans ad quae verba haec pertineant, quod inquirere non poſſum, quia illo libro careo. Inquirant igitur, qui habent. *J. F. R.*

55. Ἐκ πίττης Βηρυττίας] Saltem debuerant editores facere Βρυτίας, ut in verſione exhibuit quoque *Eraſmus*. Sed ex illa ipſa literae *ταυ* duplicatione odoror dubium nullum eſſe poſſe, quin Lucianus ſcripſerit Βρυττίας. Bruttia enim, non Berytia, pix celeberrima fuit apud veteres & ad varios uſus, ut apparet ex locis collectis ab *Bocharto* in Chanaan cap. XXXIII. Inſulſe ad oram libri ſui retulit Cl. *Sponius poix Berittienne.* *J. G.*

Ibid. Βρυττίας] Auctor exponens quid ſit collyrium, σκευαστὸν δὲ τοῦτό ἐστιν, inquit, ἐκ πίττης Βηρυττίας καὶ ἀσφάλτου. Sagaciſſime vidit Cl. *Gronovius* pag. 1034. (Ed. *Graev.*) legendum ἐκ πίττης Βρυττίας· plane enim ita editio Florentina. *J. J.*

Βηρυττίας] (Βρυττίας legendum cum *Dioſcor.* vel Βηρυττίας v. *Strab. Vorſt.*) Secuti ſumus ſcripturam Ed. *Fl.* qua confirmatur emendatio Cl. *Gronovii* & aliorum. In reliquis βηρυττίας legitur. V. *Leop.* IV. II. *Plut.* vit. 997. f. *Goltz.* in nummis M. Graeciae tab. 24. βρίττιοι. Et AG. VII. 414. & IV. *M. du S.*

56. Λίθου τοῦ διαφανοῦς] *Suidae* Φιγγίται λίθοι. Hic lapis inter deperdita numerandus, ſi talis fuerit, qualis ab *Ariſtoph. Scholiaſta* deſcribitur in Nub. II. Sc. I. Sed hallucinatur ibi Scholiaſtes, & ex ipſo *Ariſt.* ſatis patere videtur, *cryſtallum* fuiſſe, ita conformatum & expolitum, ut ſoli objectum materiam accenderet: quod nos hodie vitris noſtris convexis curioſitatis fere gratia praeſtamus. *Suidae* & Scholiaſtae in hoc loco hallucinationes non vacat nunc ulterius aperire. Fiet hoc commodius in editione *Suidae*, quam parat contubernalis meus vir eruditiſſimus *Lud. Kuſterus*, quocum meas hac de re rationes communicavi. V. tamen quae de lapide Bononienſi habet in ſua Chimia *Lemery*. Sed ad Lucianum redeo. Quid hic eſt λίθος διαφανής? Cryſtallum ne an ſilex pellucidus, aut margarita? Ego nihil decerno: ſed de eo judicium ſit penes vi-

ceraque & maſtiche. Fictum ex his omnibus collyrium, & igni calefactum, in ſignum, ſaliva prius madefactum, impoſuit, & typum expreſſit. Deinde collyrio celeriter ſiccato, ſolutas facile tabellas legit; tum cera impoſita idem ſigillum optime conveniens archetypo, tanquam gemma expreſſit. Tertiam aliam praeter has *rationem* audi. Calcem glutini, quo libros glutinant, injectam, & in maſſam cerae ſimilem redactam, mollem adhuc ſigillo imponebat: ablata deinde (nam ſiccatur ſtatim, & cornu, quin ferro fit ſolidior) ad exprimendum utebatur. Sunt vero alia etiam multa ad hoc ipſum excogitata, quorum mentionem facere omnium nihil opus eſt, ne inepti videamur; praeſertim cum tu in libris, quos contra magos ſcripſiſti, pulcherrimis pariter atque utiliſſimis, quique prudentes reddere lectores poſſunt, ſatis multa propoſueris, & multo his noſtris plura.

22. Oracula ergo fundebat, & reſponſa

καὶ μαστίχης· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων ἀναπλάσας τὸ κολλύριον, καὶ θερμήνας πυρὶ, σιάλῳ τὴν σφραγῖδα προχρίσας, ἐπετίθει, καὶ [c] ἀπέματτε τὸν τύπον. εἶτα αὐτίκα ξηρᾶς ἐκείνης γενομένης, λύσας ῥᾳδίως, καὶ ἀναγνοὺς; ἐπιθεὶς τὸν κηρὸν, ἀνετύπου, ὥσπερ ἐκ λίθου τοῦ αὐτοῦ σφραγῖδα εὖ μάλα τῷ ἐχομένῳ ἐοικυῖαν. τρίτον ἄλλο πρὸς τοῖς ἄκροσον· [d] τιτάνου γὰρ ἐς κόλλαν ἐμβαλὼν, ᾗ κολλῶσι τὰ βιβλία, καὶ κηρὸν ἐκ τούτου ποιήσας, ἔτι ὑγρὸν ὄντα ἐπετίθει τῇ σφραγῖδι, καὶ ἀφελὼν (αὐτίκα δὲ ξηρὸν γίγνεσθαι, καὶ κέρατος, μᾶλλον δὲ σιδήρου παγιώτερον) [e] τούτῳ δὴ ἐχρῆτο πρὸς τὸν τύπον. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς τοῦτο ἐπινενοημένα, ὧν οὐκ ἀναγκαῖον μεμνῆσθαι ἁπάντων, ὡς μὴ ἀπειρόκαλοι εἶναι δοκοίημεν, καὶ μάλιστα σοῦ, ἐν οἷς κατὰ μάγων συνέγραψας, καλλίστοις τε ἅμα, καὶ ὠφελιμωτάταις συγγράμμασι, καὶ δυναμένοις σωφρονίζειν τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἱκανὰ πανδεμεῖ, καὶ πολλῷ τούτων πλείονα.

[f] Ἔχρη οὖν, καὶ ἐθέσπιζε, πολλῇ τῇ συνέ-

c Ἀτίματτε] Ἀτιμάττοι marg. *Alii*. d Τιτάνου] Ita Edd. conſtanter habere notat *M. du S.* e Τούτῳ] Τοῦτο male Ex. *Fl.* Nihil vulgatam mutat P. f Ἔχρη] Sic P. Ἔχρη Edd. priores.

viros illos ſtrenuos, qui naturae arcanis impigre ſcrutandis operam optime collocant. V. *Leop.* (de lapide ſpeculari videndus *Aegineta.*) *M. du S.*

Λίθου τοῦ λιγυφανοῦς] Apud *Ariſtophanem* vitrum vel cryſtallum intelligi, alia occaſione diximus, & ex ipſo inſpecto ſatis patebit unicuique; nam additur τοῦ λίθου λίγνις; at quis lapis hic intelligatur, parum refert; nam quovis lapide poſſis ad id uti, modo ſatis duro, & in pulverem tenuiſſimum redacto, ut calefactus non dehiſcat. In ſimulandis enim antiquis nummis, vel ſigno faciendo ex vitro, hodie terra Veneta utuntur, Venetianiſchen tripel vocata, cui figura imprimitur, ac vitrum igni liquefactum infunditur. *J. F. R.*

65. Τιτάνου] Attice hoc dictum. *M. du S.*

74. Κατὰ Μάγων] *Celſi libri contra magos.* *F. G.*

Κατὰ Μάγων] Periit hoc praeſtantiſſimum *Celſi* opus, quo praeſtigiatorum arcana patebant. Meminit hujus & *Origines* c. Celſ. p. 53. Cujus verba ad initium hujus libri exhibuimus. meminit in praefatione etiam *Diog. Laërt.* librorum de magia & magis ab *Ariſtotele* & *Hermippo* ſcriptorum. *Suidas* etiam Antiſtheni librum cui ΜΑΓΙΚΟΝ titulus, tribuit; ſed de hoc Celſi opere tacent. *M. du S.*

Κατὰ Μάγων] *Gujeti* obſervatio tangit priſtinam verſionem, quae *de magorum artibus* habebat; quod verſio Cl. *Geſneri* jam ſponte correxit. *J. F. R.*

79. Ἔχρη οὖν, καὶ ἐθέσπιζε, πολλῇ τῇ συνέσει ἐπαΐδων χρώμενος, καὶ τὸ εἰκὸς τῇ ἐπινοίᾳ προσάπτων] Vertunt: *Reddebat igitur oracula & vaticinabatur, non mediocri ad eam rem utens ingenio, atque negotium reddens probabilius.* Ultima verba non reſpondent Graecis, in quibus pro τὸ εἰκὸς Mſ. τὸ εἰκαστικὸν, *ſagacitatem veroſimilia dicendi jungens ſollertiae ingenii.* Εἰκαστικαὶ τέχναι Platoni in Sophiſta ſunt artes quae imitantur verum, & magna veriſimilitudine exprimunt. erat ingenio praeditus ſagaci Alexander in divinanda & deprehendenda veriſimilitudine, quae facultas aliis ingenii dotibus acceſſerat, apta in primis ad mimum illum decenter agendum. *J. G. G.*

Ἔχρη] P. In reliquis ἔχρη. *M. du S.*

συνέσει ἐνταῦθα χρώμενος, καὶ τὸ [a] εἰκαστικὸν τῇ διανοίᾳ προσάπτων, τοῖς μὲν λοξὰ καὶ ἀμφίβολα πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ἀποκρινόμενος, τοῖς δὲ καὶ πάνυ ἀσαφῆ. χρησμῳδικὸν γὰρ καὶ τοῦτο αὐτῷ ἐδόκει. τοὺς δὲ ἀπέτρεπεν, ἢ προὔτρεπεν, ὡς ἄμεινον ἔδοξεν αὐτῷ εἰκάζοντι· τοῖς δὲ θεραπείας προὔλεγε καὶ ἀφύτας, εἰδὼς (ὅσῳπερ ἐν ἀρχῇ ἔφην) πολλὰ καὶ χρήσιμα φάρμακα. μάλιστα δὲ [b] εὐδοκίμουν παρ' αὐτῷ αἱ [c] κυτμίδες, ἀκόπου τι ὄνομα πεπλασμένον, ἐκ λίπους [d] αἰγείου συντεθειμένον. τὰς μέντοι ἐλπίδας, καὶ προκοπὰς, καὶ πλήρων

dabat divina, multa hic prudentia usus, & probabilitatem adjungens commentis suis, qui perplexa quibusdam & ambigua responderet ad interrogationes, aliis vero plane obscura: etenim hoc etiam ad oracula pertinere ipsi videbatur: alios autem vel dehortatus est, vel impulit, prout melius esse conjiceret. Aliis curationes praecepit & victus rationem, qui, quod primum dicebam, multa etiam utilia medicamenta sciret. Maxime vero probabantur illi cytmides, fictum nomen unguenti ad lassitudinem & dolorem, ex caprino adipe confecti. Spes vero, & bonorum incrementa, &

a Εἰκαστικὸν] Ex G. P. L. Εἰκὸς Edd. b Εὐδοκίμουν] Sic Fl. J. H. B2. legere notat M. du S. Sed & Ald. ac P. ita habent. c Κυτμίδες] Κυτᾶδες male P. Nihil mutabant Edd. d Αἰγείου] Ἀρκείου Edd. priores. Αἰγαίου Codd. L. G. P. & marg. AIW.

80. Εἰκαστικὸν] G. P. L. Reliqui τὸ εἰκός. M. du S.

81. Λόξα & ἀμφίβολα] Vid. Orig. contra Celsum p. 53. Ed. Cantabrig. M. V. la Croze.

89. Εὐδοκίμουν] Addiderat Solanus legendum ἠυδοκίμουν. Sed in hac diphtongo non semper opus esse augmento, nec in aliis, vid. supra ad I. Ver. Hist. c. 13. ad verbum τετάχαλο. Adde Cl. Jungerman. ibi citatum, qui praeter ea, quae ibi dedimus, etiam monet, εὐχόμην aeque dici atque ἠυχόμην. (Immo frequentius) & sic εὔχοντο Homer. Il. Γ. 296. & ubivis, ubi augmentum propter versum non potest dici abjectum. Idem ex Hesych. & Pind. adlatum vid. ap. Maittair. de Dialect. p. 276. B. Ideoque vulgatum etiam hic non movi. Etsi dixeris ἠυ magis Atticum esse, quod tamen non semper opus esse in nostro observavi. J. F. R.

91. Ἐκ λίπους] Ait illud oracului varia medicamenta praescripsisse aegrotis, inprimis, quod ficto nomine vocarit Cytmides, id vero remedium fuisse contra lassitudinem ὀκ λίπους ἀρκείου συντεθειμένος, fatue interpres: *ex adipe suilla confectum*, cum sit *ex adipe ursina*. ἄρκτος ursus, ἀρκτεῖος, ursinus. sed in Mf. legitur αἰγείου *caprina* adipe, quod utrum magis probandum, non satis liquet. Nam & ursinus & caprinus adeps plurimis doloribus, cruciatibus & tumoribus prosunt, ut ex *Plinii* lib. XXVIII. aliisque medicis constat. Nec ἄκοπα sunt tantum remedia contra lassitudinem, quamvis proprie eo nomine illa significentur, sed & quae ad dolores corporum, & tumores scirrhosos, aliosque adhibentur, ut multis docet *Galenus* de medic. per genera lib. VII. cap. 11. ut & *Paullus Aegineta* lib. VII, 19. Et videre licet inferius, ubi Κυτμίδα, hoc est ἄκοπον oraculum seu impostor jussit adhibere πρὸς ὀδύνην πλάγιον, *ad dolorem laterum*. J. G. G.

Ἐκ λίπους ἀρκτείου] Benedictus *adipe suillo*. Certe accuratior Erasmus *ursino adipe*: etsi enim dicebatur ἄρκτος, tamen quam frequens in eo vocabulo fuerit omissio literae ταυ, ipse Lucianus in Demonacte ostendit, a quo ait Κυνικὸν ὄντα ἄρκτου δήμου φιλοσοφοῦντα, ὃν Ὀνώρατον, ὥσπερ ἀνομάζετο, ἀλλ' Ἀρκεσίλαον appellandum. In Amoribus, placuit Luciano variare; quippe quum dixisset, λέοντες ὃν ἐπιμανέντ) λέοντι, ἀλλὰ ταῦρος ἀγελάρχης βουσὶν ἐπιβόρυται, καὶ κριὸς ὅλην τὴν ποίμνην ἄρρενος πλησθεὶς σπέρματος. τί δὴ, ἃ συῶν μὲ ἱεὰς μεταδιώκουσι κάπροι, in sequentibus reddit, ὃν ἀρῶσιν ἀλλήλων λέοντες οὐδ' ἄρκτοι, καὶ σύες. J. G.

Ibid. Αἰγείου] Quia Codices quatuor hanc lectionem exhibent, & *Solanus* vulgatam quoque deleverat, non dubitavi eam recipere. Verum quia & vulgatum ἀρκείου, quod idem est atque ἀρκτείου, sanum sensum exhibet, eligat id qui voluerit, quique ursinum adipem ideo potius locum habere crediderit, quod rarior ille caprino, adeoque homini miracula crepanti magis conveniat, quo considerato & ego vulgatam praeferrem. J. F. R.

94. Ἔσαι πάντα] His Luciani verbis utitur Rev. J. *Elsner*. ad probandam phrasin *Evang. Marc.* XI. 24. ubi καὶ ἔσαι ὑμῖν vertit: & *dabitur vobis*, *impetrabitis*. Recte quidem; verum non omnino haec Luciani sunt eadem; sed tantum, haec *evenient*, *fient*, veluti & infra *Icarom.* c. 22. pr. Ἔσαι πάντα, ἢν δ' ἐγὼ. *Fiant omnia* (scil. quae jussisti) *dicebam ego*. Nec tamen longe abit ab illa phrasi Novi foederis, dum dativus accesserit, ut in illo *Polyb.* I. c. 45. τὰς κατὰ κοινὸν ἰσομοίρους χάριτας αὐτοῖς, quod idem *Elsner.* ibid. adfert. J. F. R.

Ibid. Ἐγὼ] Apollo hoc promittit, qui quasi loquens inducitur, non Alexander; & ideo mox pergit: *Si Alexander vates meus me rogabit.* J. F. R.

98. Ἀμφιλοχικὸν] In reliquis Amphilochum fere imitatus, sed longe praetergressus, & in oraculorum pretio,

& hereditatum ſucceſſiones in futurum ſemper rejiciebat, adjiciens, *ſient omnia, ſi voluero ego, ſique Alexander Propheta meus* 95 *rogaverit, & vota pro vobis fecerit.*

23. Conſtituta autem erat etiam merces unicuique reſponſo, drachma cum duobus obolis. Ne parvum putes, amice, aut minutum fuiſſe hunc reditum; ad ſeptuaginta vel octuaginta millia quotannis congeſſit, dena vel quindena reſponſa hominibus prae inexplebili cupiditate ſibi reddi petentibus. Quae autem acceperat, iis non ſolus uſus eſt, neque in theſauros repoſuit: ſed cum

ἀλλοδοχὰς εἰσαῦθις ἀεὶ ἀνεβάλλετο, προστιθεὶς ὅτι ἔσται τάλλα, ὁπόταν ἐθελήσω ἐγὼ, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ προφήτης μου δεηθῇ, καὶ εὔξηται ὑπὲρ ὑμῶν.

Ἐτέταχτο δὲ καὶ μισθὸς ἐφ' ἑκάστῳ χρησμῷ, δραχμὴ καὶ δύ' ὀβολώ. μὴ μικρὸν [e] δὲ [f] οἰηθῇς, ὦ ἑταῖρε, μηδ' ὀλίγον γενήσεσθαι τὸ πόρον τοῦτον, ἀλλ' [g] εἰς ἑπτὰ [h] ἢ ὀκτὼ μυριάδας ἑκάστου ἔτους ἤθροιζεν, [i] ἀνὰ δέκα καὶ πεντεκαίδεκα χρησμοὺς τοῦ ἀνθρώπων [k] ὑπὸ ἀπληστίας ἀναδιδόντων. λαμβάνων δὲ, οὐκ αὐτὸς ἐχρῆτο μόνῳ, οὐδ' εἰς πλοῦτον ἀπεθησαύριζεν, ἀλλὰ πολλοῖς

[e] Δὲ] Illud δὲ inſerui ex marg. *A1*. Deerat enim in Edd. [f] Οἰηθῇς] Sic reſtituit *Solan.* ex L. Eandem correctionem habet & margo *A1W*. Itaque firmatur conjectura *Jenſii* & *Voſſii*; Οἰηθεὶς enim Edd. antea male. [g] Εἰς ἑπτὰ] Ἢ ἑπτὰ *J.* Εἰς recte ceterae. [h] Ἢ ὀκτὼ] Ita reposui ex marg. *A1W*. pro vulgato Editionum καὶ ὀκτὼ. [i] Ἀνὰ] Ἄμα L. Nil mutant Edd. vett. [k] Ὑπὸ] Ἀπὸ *J.* ſola.

tio, quae ſumma rei erat, antecellere ſeſe voluit homo calidiſſimus. Drachmam ergo duobus Amphilochi obolis addidit, additamentum ipſa priore ſumma majus. *M. du S.*

Ibid. Δύ' ὀβολώ.] Vid. ſupra c. 19. δύ' ὀβολοῖν plurali numero dicit; ſed ut poſteriores Graeci duali rarius uſi ſunt. ita antiquiores plurali quoque interdum cum duali promiſcue ſunt uſi. Sic noſter *Somn.* §. 6. Δύο γυναῖκες λαβόμεναι τῶν χειρῶν. Ubi poſt δύο pluralem habet, ut millies alibi, *manus* vero in duali collocat, quod quidem uſitatius in membris quae natura bina ſunt, ut oculi, aures, manus, pedes, nec tamen perpetuum: mox enim ibid. rurſum ait τὼ θεῶ ἀμφοτέρω, at contra paullo ſupra, δύο ὀφθαλμοὺς. Sic *Homer.* dualem & pluralem conjungit admodum frequenter, ut Il. I. 197. Καίρετον ἦ φίλοι ἄνδρες ἑκάστου &c. Exempla ex Luciano antiquioribus ſimilia plena manu congeſſit Frater optimus G. O. *Reitzius*, in Belg. Graeciſſ. p. 50—52. Addo, quod rarius, ſi verum eſt, dualem pro plurali in *Homer.* Il. I. verſ. 182. ab Scholiaſte notatum in Edit. *Hervag.* p. 161. Ἔνιοι ait, δὲ λέγουσι συμπροσδοκῶσι δὲ Φοίνικα. καὶ ὁδὶ εἶναι τακτέον τὸ ᾠδῇ τῷ Ποιητῇ ἀριθμόν. πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ πλείονων αὐτὸν τετάχθαι. ὡς δὲ ἐπὶ τοῦ μὴ τότοι ὑ χραισμῶσιν ὅτοι θεοὶ εἶσ' ὦ ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες, καὶ ὡς ἐπὶ, τὼ κούρω κρείσσω δύο δὲ πυνθάνεσθε. Verum eosdem illos graviter errare, qui hoc ἴοντ' quod eſt ex Il. A. 567. pro duali accipiunt, cum ſit pro dativo ἴοντι poſitum, recte pluribus demonſtrat Clar. *S. Clarke* ad eum verſum. Interim in altero exemplo non dixerim plane falſum eſſe Scholiaſtae obſervationem, de qua *Clarkius* tacet; etſi rurſus ei adſentior verſum illum Il. I. 182. Τὼ δὲ βάτην ad *Ajacem* & *Ulyſſem* ſolos referenti cum *Schol. Victorian.* Nam exemplum illud Scholiaſtae quod ex Odyſſ. Θ. 48. eſt petitum, ubi Κούρω δὲ κρίνοντε δύω δὲ πεντήκοντα βίτην. *Juvenes vero electi duo & quinquaginta ibant*, manifeſtum dualem nominis & verbi habet, numero 52. virorum adjunctum: ita tamen adjunctum, ut divelli, & ad numerum *duo* ſine πεντήκοντα ſpectatum, trahi queat: quaſi bimembris eſſet oratio, *illi duo ibant, & quinquaginta*, intellecto altero plurali, *ibant*. Veluti Latinis non infrequens, *illi multa, tu nihil dicebas*, ubi pluralis *dicebant* omittitur; etſi diſcretio ibi major, tamen ad illuſtrationem facit. Nec enim ita indifferenter dual. & plur. permutari poſſe arbitror, ut perinde ſit; nam omnis quidem dualis eſt pluralis, at non inverſe. Si cui autem certius conſtet, dualem nihil aliud eſſe quam antiquam dialectum Atticam, ſeu variantem pluralis numeri terminationem, ut frater modo laudatus cum aliis exiſtimat; velim apertiora teſtimonia producantur; nam & illud *Homeri* Il. Δ. 452. — Χείματόρροοι πόταμοι, κατ' ὄρεσφι ῥέοντες — συμβάλλετον de duobus fluviis recte intelligitur. *J. F. R.*

99. Οἰηθῇς] Οἰηθείης. *F. G.*

Οἰηθῇς] Quaeſtum, quem Alexander Impoſtor reddendis oraculis fecit, exponens Noſter, ait, Ἐτέταχτο δὲ καὶ μισθὸς ἐφ' ἑκάστῳ χρησμῷ, δραχμὴ καὶ δύ' ὀβολώ. μὴ μικρὸν οἰηθεὶς ὦ ἑταῖρε, μηδ' ὀλίγον γενήσεσθαι τὸ πόρον τοῦτον. *Conſtitutum autem erat & pretium pro unoquoque oraculo, drachma cum duobus obolis. Ne parvum iſtud cenſeas, mi ſodalis, pretium, neque quaeſtum hunc fuiſſe exiguum*, &c. quem alium haec verba ſenſum patiantur, non video. Emendandum itaque οἰηθῇς. *J. J.*

Οἰηθῇς] L. In reliquis prave οἰηθεὶς. *M. du S.*

3. Ἀνὰ] L. ἄμα, quod ut non ſpernendum, ita minus elegans exiſtimo. *M. du S.*

28. Ἀνα-

λεὺς ἤδη [a] περὶ αὐτὸν ἔχων συνεργοὺς, καὶ ὑπηρέτας, καὶ ψευθήνας, καὶ χρησμοποιοὺς, καὶ χρησμοφύλακας, καὶ ὑπογραφέας, καὶ ὀπισθογραφεῖς, καὶ ἐξηγητὰς, ἅπασιν ἐνέμειν ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν.

multos jam circa se haberet ministros, & operarios, & exploratores, & scriptores oraculorum pariter ac custodes, & exceptores, & obsignatores, & conjectores, illis omnibus suam cuique partem pro dignitate tribuit.

Ἤδη δέ τινας καὶ ἐπὶ τὴν ἀλλοδαπὴν ἐξέπεμπε, φήμας ἐμποιήσοντας τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ μαντείου, καὶ διηγησομένους, ὡς προείποι, καὶ ἀνεύροι δραπέτας, καὶ κλέπτας, καὶ ληστὰς ἐξελέγξοι, καὶ θησαυροὺς ἀνορύξαι φράσοιεν, καὶ νοσοῦντας ἰάσαιτο, ἐνίους δὲ καὶ ἤδη ἀποθανόντας ἀναστήσειε. δρόμος οὖν καὶ ὁθισμὸς ἀπαίλαχόθεν ἐγίγνετο, καὶ θυσίαι, καὶ ἀναθήματα, καὶ διπλάσια τῷ προφήτῃ καὶ μαθητῇ τοῦ θεοῦ. καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε ἐξέπεσεν ὁ χρησμός,

Τιμᾶναι κέλομαι τ' ἐμὸν θεράποντα προφήτην.

Οὐ γὰρ μοι κτεάνων μέλει ἄγαν, ἀλλ' ἀοιδοῦ.

Ἐπεὶ δὲ ἤδη πολλοὶ τῶν ἐχόντων, ὥσπερ καὶ ἐκ μέθης βαθείας [b] ἀναφέροντες, συνίσταντο ἐπ' αὐτὸν, καὶ μάλιθ' ὅσοι Ἐπικούρου ἑταῖροι ἦσαν, καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπεφώραντο πρέμα ἡ πᾶσα μαγγανεία, καὶ συσκευὴ τοῦ δράματος, ἐκφέρει φοβητρόν τι ἐπ' αὐτοὺς, λέγων, ἀθέων ἐμπεπλῆσθαι καὶ Χριστιανῶν τὸν Πόντον, οἱ περὶ αὐτοῦ τολμῶσι τὰ κάκιστα

24. Jam vero in peregrinas etiam regiones quosdam emiserat, qui famam apud gentes excitarent de oraculo, ac narrarent, ut praedicat, & inveniat fugitivos, ac fures & latrones convincat, & effodiendos thesauros praebeat, sanetque aegrotos, ut aliquot jam mortuos resuscitaverit. Concursus igitur & urgentium se undique turba orta est: Hinc sacrificia, & donaria, & duplex Prophetae discipuloque Dei merces. Nam haec etiam sors exierat:

Vatem ornare meum jubeo vos atque ministrum:

Divitias nec enim curo, sed curo Prophetam.

25. Cum multi jam prudentes viri, quasi ex profunda se ebrietate recipientes, contra ipsum consisterent, in primis quotquot Epicuri sodales essent, & in urbibus deprehensae paullatim essent omnes illius praestigiae, ac totus fabulae apparatus, terriculamentum quoddam contra illos expedit, dicens Atheis plenum esse & Christianis Pontum, qui audeant pessima de se maledicta spar-

a Περὶ αὐτὸν] Sic cum *J.* etiam habere *Fl.* notat *M. du S.* Sed habent & aliae, ut *H. Ald.* &c. Et περὶ rectum est, licet ὡθοῖ forte quaesiverit; vel potius αὐτὸν maluerit, quod non improbavi. b Ἀναφέροντες] Ἀναπίπτοντες corrigit *Solanus*, vid. nott.

28. Ἀναπίπτοντες] Servari poterat vulgata ἀναφέροντες. V. *Suid* in ἀνίφιον; sed si codicum copia suppeteret, non dubito, quin ἀναπίπτοντες scriptum sit in optimis; ut Ἐνυπ. c. 7. Ἐρμ. c. 84. qui posterior locus huic per omnia similis. Adde Ὀρχ. c. 84. *M. du S.*

Ἀναφέροντες] Nihil hic sine Codicum auctoritate muto; etsi ἀναπίπτοντες aptissimum foret, quod *Solanus* in textum recipere cogitarat, sine auctoritate. Nam praeter *Suid.* etiam me monet locus *Long. Past.* III. p. 124. Εἶτα ἀνανεύοντων ἐβάδιζε. *Dein se colligens mimum recipiebat.* Recte enim & ebrii *ad se redire* dicuntur postquam crapulam edormiere; & iidem dicuntur *absentes*, ut est in proverbio: *absentem laedit, qui cum ebrio litigat.* Ideoque vulgatam studiose potius conservandam quam corrigendam arbitror, eamque pluribus testimoniis firmarem, si per festinantes operas liceret. *J. F. R.*

33. Χριστιανῶν] Notandus probe hic locus, non ideo tantum quod creviisse jam numerum Christianorum in his oris hinc patet; sed ideo potissimum, ut ex ore ipso adversariorum pateat, dedisse operam Christianos gnaviter, ne sibi aliisve imponi per praestigiatores paterentur, quod ideo observandum imprimis est, quia faciles alioquin & simplices homines plerumque & erant & habebantur. *M. du S.*

39. Μολυβδίνας] In omnibus legitur μολυβδαίνας, quod

ſpargere, quos lapidibus juſſit abigi, ſi propitium habere vellent Deum. De Epicuro tale reddidit oracultum. Interrogante quodam, *Quid agat apud inferos Epicurus? Plumbeis*, inquit, *pedicis vinctus deſidet in coeno.* Deinde miraris, ſi ad magnam *gloriam* elatum eſt oraculum, cum videas interrogationes accedentium prudentes *adeo* atque eruditas? Univerſim implacabile ipſi & infinitum bellum erat contra Epicurum, nec profecto injuria. Contra quem enim juſtius pugnaret homo praeſtigiator, & portentoſarum fraudum amans, veritatis autem inimiciſſimus, quam contra Epicurum, hominem, qui naturam rerum perſpexiſſet, ſolusque verum in illis vidiſſet? Nam Platonici, Stoici, Pythagorei amici, profunda cum illis pax. Sed Epicurus ille molliri neſcius; ſic enim ipſum appellabat, inimiciſſimus, qui juſte omnia iſta pro riſu & ludibrio ſibi haberet. Propter ea etiam Amaſtrin oderat maxime urbium Ponticarum, quod ſciebat, Lepidum, & alios illi ſimiles plures, in ea urbe eſſe: nec unquam Amaſtriano cuiquam oraculum reddidit. Cum vero auſus etiam eſſet fratri Senatorii viri reſpondere, ridicule diſceſſit, cum nec ipſe poſſet reſponſum fingere cal-

κιστα βλασφημεῖν, ὃς ἐκέλευε λίθοις ἐλαύνειν, εἴγε ἐθέλουσιν ἵλεω ἔχειν τ̀ θεόν. ⸀ὲ δὲ Ἐπικούρῳ, ϗ τοιοῦτόν τινα χρησμὸν ἀπεφθέγξατο. ἐρομένῳ γάρ τινος τί πράττει ἐν ᾅδου ὁ Ἐπίκουρος; [c] μολυβδαίνας, ἔφη, ἔχων πέδας, ἐν βορβόρῳ κάθηται. εἶτα θαυμάζεις εἰ ὄπτι μέγα ἤρθη τὸ χρηστήριον, ὁρῶν τὰς ἐρωτήσεις τ̀ προσιόντων συνετὰς, ϗ πεπαιδευμένας; ὅλως δὲ, ἄσπονδος ϗ ἀκήρυκτος αὐτῷ ὁ πόλεμος πρὸς Ἐπίκουρον ἦν, μάλα εἰκότως. τίνι γὰ ἄλλῳ δικαιότερον προσεπολέμει γόης ἄνθρωπος, ϗ τερατείᾳ φίλος, ἀληθείᾳ δὲ ἔχθιστος, ἢ Ἐπικούρῳ, ἀνδρὶ τ̀ φύσιν τ̀ πραγμάτων καθεωρακότι, ϗ μόνῳ τ̀ ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν εἰδότι; οἱ μὲ γὰ ἀμφὶ τ̀ Πλάτωνα, ϗ Χρύσιππον, ϗ Πυθαγόραν φίλοι, ϗ εἰρήνη βαθεῖα πρὸς ἐκείνους ἦν. ὁ δὲ ἄτεγκτος Ἐπίκουρος (οὕτω γὰ αὐτὸν ὠνόμαζεν) ἔχθιστος, δικαίως πάντα ταῦτα ἐν γέλωτι ϗ παιδιᾷ τιθέμενος. διὸ ϗ τ̀ Ἀμαστριν ἐμίσει μάλιστα τ̀ Ποντικῶν πόλεων, ὅτι ἠπίστατο, τὸν τε Λέπιδον ϗ ἄλλους ὁμοίους αὐτοῖς, πολλοὺς ἐνόντας ἐν τῇ πόλει· οὐδὲ ἐχρησμῴδησε πώποτε Ἀμαστριανῷ ἀνδρί. ὁπότε δὲ ϗ ἐτόλμησεν ἀδελφῷ συγκλητικῷ χρησμῳδῆσαι, [d] καταγελάστως ἀπήλλαξεν, οὐχ εὑρὼν ὅτ' αὐτὸς πλάσαιτο χρησμὸν δεξιὸν, ὅτε

[c] Μολυβδαίνας] Μολυβδίνας vult *M. du S.* & marg. *A1W.* Μολυβδαίνας Edd. *Pariſina* etiam majore litera, quaſi nomen proprium eſſet. [d] Καταγελάστως] Καταγέλαστος P. Nil mut. Edd. vett.

52. Ἄτεγκτος] Ὁ μήτε δάκρυσι μήτε ἱδρῶσιν ἀδρόχους (ἴσως διάβροχος) G.

quod ferri cum non poſſit, mutandum cenſuimus. *M. du S.*

Μολυβδαίνας] Ut hic μολυβδαίνας, ita etiam infra in *Lexiph.* c. 5. eod. modo Edd. habent. Μολυβδίνας legendum notarat *Solanus*, ſine auctoritate; utitur quippe *Hom.* Il. Ω. 80. Ἡ δὲ, μολυβδαίνῃ ἰκέλη ἐς βυσσὸν ἔρουσιν. Quod Scholiaſt. interpretatur μολυβδίνῃ, ὁμοίᾳ. At ſubſtantive ponitur apud *Homerum*. Revera tamen adjectivum eſſe, patet ex aliis ſignificationibus, ut cum pro plumbeis vaſis ſive ollis uſurpatur, quod ex *Athen.* docet *Stephanus*. Et an non adjective uſurpat noſter infra, l. c? Quidquid ſit, etſi μολυβδίνας hic uſitatius eſſet, ego nihil mutare auſim. *J. F. R.*

49. Καὶ μόνῳ τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν εἰδότι] Petronius: *Ipſe pater veri, doctus Epicurus in hortis.* Plura teſtimonia congeſſi ad *Laërtii* Epicurum. *AE. M.*

52. Ἄτεγκτος] Sic rurſus infra utitur *Dial. Meretr.* XII. *M. du S.*

57. Τὸν περὶ Λέπιδον] Non debuit verti eos, qui cum Lepido erant, ſed ut mutavimus, Lepidum ipſum. Nota eſt Phraſis. Sed quis ille Lepidus? Romanusne magiſtratus, an Philoſophus; aut privatus ſed doctus tamen? De eodem c. 43. *M. du S.*

67. Μάλ-

ὅτε τ ποιῆσαι πρὸς καιρὸν αὐτῷ δυνησόμενον. μεμφομένῳ γὰρ αὐτῷ τομάχῳ ὀδύνην, προτάξαι βουλόμενος ὕειον πόδα μὴ μαλάχης ἐσκευασμένον ἐδίειν, ὅτως ἔφη,

Μάλβακα χοιρείων ἱερῇ κυμίνευε σιπύδνῳ.

Πολλάκις [a] μὲν, ὡς προείπον, ἔδειξε τ δράκοντα τοῖς δεομένοις, οὐχ ὅλον, ἀλλὰ τ οὐρὰν μάλιστα· καὶ τὸ ἄλλο σῶμα προβεβληκὼς, τὴν κεφαλὴν δὲ ὑπὸ [b] κόλπῳ ἀθεάτου φυλάττων. ἐθελήσας δὲ καὶ μείζονως ἐκπλῆξαι τὸ πλῆθος, ὑπέσχετο καὶ λαλοῦντα παρέξειν τ θεὸν αὐτὸν, ἄνευ ὑποφήτου [c] χρησμῳδοῦντα. εἶτα δὲ χαλεπῶς γε φάνων δέρτηρίας συνάψας, καὶ διὰ τ κεφαλῆς ἐκείνης τ μεμηχανημένης πρὸς ὁμοιότατα διείρας, ἄλλου τινὸς ἔξωθεν ἐμβοῶντος, ἀπεκρίνετο πρὸς τὰς ἐρωτήσεις τ φωνῆς διὰ

lidum, nec inveniret, qui in tempore illud facere sibi posset. Querenti enim illi ventriculi dolores, cum comedendum imperare vellet suillum pedem, cum malva paratum, sic dixit,

Malvaca porcinae sacrato vase cumina.

26. Saepe quidem, ut dixi antea, ostendit draconem rogantibus, non totum, sed caudam maxime & reliquum corpus protendens, caput autem in sinu, ubi videri non posset, occultans. Cum vero magis percellere multitudinem vellet, promisit se loquentem etiam Deum illis praestiturum, oracula reddentem sine vatis excipientis ministerio. Commissis deinde non difficulter gruum arteriis, & per caput illud, ad similitudinem humani fabricatum, transmissis, alio quodam extra inclamante, ad interrogata respondit, voce per linteum illum

a Μὲν] Μεν ὧν marg. *AIIV.* b Κόλπου] Κόλπον marg. *AIIV.* c Χρησμῳδοῦντα] Nihil hic, neque bis cap. praeced. in hoc verbo variare Edd. vett. notarat *M. duS.*

67. Μάλβακα] Ῥωμαϊστὶ μάλβαν τὴν μαλάχην καλοῦσι. *G.*

78. Διείρας] Διείρω, ἐπιβάλλω. *G.*

67. Μάλβακα] A malva Latino μάλβα, μαλβακὴς, μαλβαξ. *AE.M.*

Μάλβακα] Ne quis temere damnet versiculum Latinum, quem licet absurdum, sic satis putamus ob id ipsum respondere Graeco, qui nempe ab ipso auctore ut ridiculus & nullius sensus proponitur. Μάλβαξ forte est ex Latino, *Malvaceus caulis*, ut *pes betaceus* &c. Χοίρεια intellige κρέα, ut σκυλάκεια & id genus alia: κυμινεύειν fictum verbum, cui respondet *cuminare* h. e. cumino adspergere vel condire: σίπυδνον fictum puto ex σιπύη, quae arcam aut vas quodcumque farinae adservandae notat apud Aristophanem. Licuit oraculo in κυμινδὸν alteram corripere; nec nobis vitio vertetur ipsius *malvaca* media correpta retinere. Sequuntur, & jam adfuere, plura id genus oracula, in quibus, si fidem interpretis praestare debemus, non, quid recta ratio postulet, vel poëtis, videndum est, sed quid Graecis respondeat. Itaque posuimus interdum versiculos multum deteriores his, quos dederat *Erasmus*, sed melius nos hac quidem parte functos officio putamus. *J.M.G.*

Μάλβακα] *Menagii* notam plane iisdem verbis in *F. Gujeti* Mss. invenio. *J.F.R.*

72. Μειζόνως] Confer supra c. 8. f. *M. duS.*

29. Τοῦ θεοῦ] Delendum censeo illud τοῦ, cum sententiam obscuret. M. du S.

τῇ παῤῥησίᾳ καὶ ἐλευθερίᾳ. καί τινες ἐπ' αὐτὸν συνέστησαν Ἄνυτοι καὶ [a] Μέλιτοι, τὰ αὐτὰ καλήγορῦντες, ἅπερ κἀκεῖνοι τότε, ὅτι οὔτε θύων ὤφθη ποτέ, οὔτε ἐμύήθη μόνος ἁπάντων ταῖς Ἐλευσινίοις. πρὸς ἅπερ ἀνδρείως μάλα στεφανωσάμενος, καὶ καθαρὸν ἱμάτιον [b] ἀναλαβὼν, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τὰ μὲ ἐμμελῶς, τὰ δὲ καὶ τραχύτερον [c] ἢ κατ' αὐτοῦ προαίρεσιν ἀπελογήσατο. πρὸς μὲν γὰρ τὸ μὴ τεθυκέναι πώποτε τῇ Ἀθηνᾷ, Μὴ θαυμάσητε, ἔφη, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ μὴ πρότερον αὐτῇ ἔθυσα. ἐδόκει γὰρ δεῖσθαι αὐτὴ τῶν παρ' ἐμοῦ θυσιῶν ὑπελάμβανον. πρὸς δὲ θάτερον τὸ τῶν μυστηρίων, ταύτην ἔφη ἔχειν τὴν αἰτίαν, τοῦ μὴ κοινωνῆσαι σφίσι τῆς τελετῆς, ὅτι ἂν τε φαῦλα ᾖ τὰ μυστήρια, οὐ σιωπήσειν πρὸς τοὺς μηδέπω μεμυημένους, ἀλλ' ἀποτρέψειν αὐτοὺς τῶν ὀργίων· ἂν τε καλὰ, πᾶσιν αὐτὰ ἐξαγορεύσειν διὰ φιλανθρωπίας. ὥστε τοὺς Ἀθηναίους ἤδη λίθους ἐπ' αὐτὸν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντας, πράους αὐτῷ καὶ ἵλεως γενέσθαι αὐτίκα, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου ἀξιωμοῦντας τιμᾶν, καὶ αἰδεῖσθαι, καὶ τὰ τελευταῖα, θαυμάζειν. καίτοι εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῶν πρὸς αὐτοὺς λόγων, τραχυτέρῳ ἐχρήσατο τῷ προοιμίῳ. Ἄνδρες γὰρ, ἔφη, Ἀθηναῖοι, ἐμὲ μὲ ὁρῶντες ἐστεφανωμένον, ὑμεῖς ἤδη καὶ μὲ καθαθύσατε· τὸ γὰρ πρότερον οὐκ ἐκαλλιεγήσατε.

oloquendi illa fiducia atque libertate. Jamque conſurrexerant contra illum Anyti quidam & Meliti, accuſantes eadem, quae illi quondam, quod neque ſacrificare unquam viſus eſſet, neque initiatus eſſet ſolus omnium Eleuſiniis. Ad quae quidem ille viriliter ſane, coronatus & pura veſte indutus cum in concionem prodiiſſet, partim concinne, partim vero aſperius quam pro ſuo inſtituto cauſſam dixit. Ad illud enim crimen, quod nunquam rem ſacram Minervae feciſſet, *Nolite*, inquit, *mirari, Athenienſes, ſi non prius ei ſacrum feci; neque enim indigere meis illam victimis putabam.* Ad alterum vero illud de Myſteriis, *Hanc ſibi cauſſam eſſe* dicebat, *cur non veniret in communionem initiorum, quod, ſi mala ſint myſteria, taciturus non eſſet apud non initiatos, ſed dehortaturus illos ab orgiis, ſin bona, indicaturum prae humanitate omnibus.* Igitur Athenienſes qui jam lapides contra ipſum haberent in manibus, mites illi & propitii ſtatim ſunt facti, & illo initio facto honorarunt virum, reveriti ſunt, ac denique admirati: quamquam in principio ſtatim ſuae ad illos orationis aſperiori paullum uſus eſſet prooemio. Nam, *Athenienſes*, inquit, *cum coronatum me* (victimae inſtar) *videatis, vos jam me quoque mactate; priore enim hoſtia non litaſtis.*

Βούλομαι δὲ ἕνια παραθέσθαι τῶν εὐστόχως 12. Volo jam ſubjicere quaedam acute pa-

a Μέλιτος] Μέλητος *Fl.* male. Cett. recte. Conf. ſupra Ἀναβ. §. 10. b Ἀναλαβὼν] Sic Edd. Ἀναβαλὼν malit *M. du S.* c Ἢ] Deeſt haec particula in *Fl.*

33. Οὔτε θύων ὤφθη πώποτε] Contrarium docet *Xenoph.* in Memorab. L. I. p. 570. 571. Ed. *Baſil.* Sed cum Socrates de facultatibus exiguis exigua ſacra faceret, nihilo ſe putabat minus praeſtare, quam illos, qui de magnis opibus multas & amplas hoſtias caederent. *J. F. R.*

34. Ταῖς Ἐλευσινίαις] Scilicet τελεταῖς. *F. G.*

36. Ἀναλαβὼν] Forſan ἀναβαλὼν; certe Noſtro ἀναβαλὼν eo ſenſu frequens. *M. du S.*

42. Οὐδὲ γὰρ δεῖσθαι] *Minut. Fœl.* Octavio. *J. B.*

62. Ἀπὸ Φαβωρίου] De quo *Philoſtrat.* Lib. I. Sophiſtar. *G. C.*

Ἀπὸ Φαβωρίνου] Φαβωρῖνος Latine ſcribendum *Favorinus* (non *Phavorinus*) ut jam pridem monuit *Jenſius*; eſt enim Romanum nomen a *favor*, ut *Cenſorinus*, a *Cenſor* &c. *Olearius* ad Philoſtr. Vit. Sophiſt. I. §. VIII. p. 489. *J. F. R.*

65. Καὶ μάλιστα τῶν ἐν αὐταῖς μελῶν] Sic haec verba bonus Opſopœus interpretatus eſt, quaſi hoc loco μελῶν de membris accipiendum eſſet. Infeliciter certe, ne

pariter & urbane ab illo dictorum. Juvat autem a Phavorino & his, quae ad illum dixit, incipere. Cum enim audisset e quodam Phavorinus, deridiculo ab illo haberi ipsius cum familiaribus sermones, maxime versiculos illis immistos, quod fracti nimis, ignavi, muliebres, philosophiam minime decentes essent: accessit ad Demonactem rogavitque, *Quis esset*, (quid sibi arrogaret) *qui sua derideret?* Is, *Homo*, inquit, *aures habens deceptu non nimium faciles.* Instante vero Sophista atque interrogante, *Quo vero viatico instructus, Demonax, a puero ad Philosophiam accessisti? Testiculis*, inquit.

13. Alio quodam tempore idem accedens interrogat Demonactem, *Quam maxime sectam in philosophia amplecteretur?* At ille, *Quis vero tibi*, inquit, *dixit me philosophari?* & jam discedens apud se suaviter sane risit. Illo vero interrogante, *Quid rideret? Ridiculum mihi*, inquit, *esse videbatur, te a barba judicari velle philosophos, barbam cum ipse non habeas.*

14. Sidonio aliquando Athenis florente, ac de se laudem commemorante ejusmodi, se philosophiam universam exploralle, sed nihil impedit verba ipsa referre: *Si Aristoteles me vocet in Lyceum, sequar: si Plato in Academiam, veniam: si Zeno ad Poecilen, ibi commorabor: si Pythagoras vocet, si-*

τε ἅμα καὶ ἀστείως ὑπ' αὐτῆ λελεγμένων· ἄρξασθαι δὲ ἀπὸ Φαβωρίνου καλὸν, ἀφ' ὧν πρός ἐκεῖνον εἶπεν. ἐπεὶ γὰρ ὁ Φαβωρῖνος ἀκούσας τινὸς, ὡς ἐν γέλωτι [d] ποιοῖτο τὰς ὁμιλίας αὐτῆ, καὶ μάλιστα τὰ ἐν αὐταῖς μελῶν τὸ ὑπηχελασμένον σφόδρα, ὡς ἀγενὲς, καὶ γυναικεῖον, καὶ φιλοσοφίᾳ ἥκιστα πρέπον, προσελθὼν, ἠρώτα τὸν Δημώνακτα, τίς ὢν χλευάζοι τὰ αὐτῆ; Ἀνθρωπος, ἔφη, οὐκ εὐαπάτητα ἔχων τὰ ὦτα. ἐγκειμένου δὲ τοῦ σοφιστοῦ, καὶ ἐρωτῶντος, τίνα δὲ καὶ ἐφόδια ἔχων, ὦ Δημώναξ, ἐκ παιδὸς ἐς φιλοσοφίαν ἥκεις; ὄρχεις, ἔφη.

Ἄλλοσε δέ ποτε ὁ αὐτὸς [e] προσελθὼν ἠρώτα τὸν Δημώνακτα, τίνα αἵρεσιν ἀσπάζεται μᾶλλον ἐν φιλοσοφίᾳ, ὁ δὲ, τίς γάρ σοι εἶπεν, ὅτι φιλοσοφῶ; καὶ ἀπιὼν ἤδη παρ' [f] αὐτῆ ἡδὺ μάλα ἐγέλασε. τοῦ δὲ ἐρωτήσαντος ἐφ' ὅτῳ γελᾷ, ἐκεῖνος ἔφη, Γελοῖόν μοι εἶναι ἔδοξεν, εἰ σὺ ἀπὸ τοῦ πώγωνος ἀξιοῖς κρίνεσθαι τοὺς φιλοσοφοῦντας, αὐτὸς πώγωνα οὐκ ἔχων.

Τῆ δὲ Σιδωνίᾳ ποτὲ σοφιστῆ Ἀθήνησιν εὐδοκιμοῦντος, καὶ λέγοντος ὑπὲρ αὐτῆς ἔπαινόν τινα τοιοῦτον, ὅτι πάσης φιλοσοφίας πεπείραται, καὶ χεῖρον δὲ αὐτὰ εἰπεῖν ἃ ἔλεγεν· ἐὰν Ἀριστοτέλης με καλῇ ἐπὶ τὸ Λύκειον, ἕψομαι· ἐν Πλάτωνος ἐπὶ τὴν Ἀκαδημίαν, ἀφίξομαι· ἐν Ζήνωνος ἐπὶ [g] τὴν Ποικίλην, διατρίψω· ἐν Πυθαγόρας καλῇ,

[d] Ποιοῖτο] Sic recte Edd. *Ποιοῦτο* P. *Ποιῆτο* Ex. *Fl.* utrumque male. [e] *Προσελθὼν*] *Προσελθεῖν* male *S.* quod *Amst.* tamen correxit & vett. Edd. —*ον* habent. [f] *Αὐτοῦ*] *Αὐτοῦ* P. L. & *J.* *Αὐτῷ* male Ex. *Fl. H. P. S.* *Αὐτῇ B2.* [g] *Τῇ Ποικίλῃ*] Sic dedit *M. du S.* ex Angl. L. & P. *Τὴν Ποικίλην* Edd. priores.

ne dicam ridicule. At tu verte: *& maxime in illis carmina fracta & minime generosa.* *J. P. a G.*

71. *Ἐγκειμένου δὲ τοῦ σοφιστοῦ*] Male Interpres: *Instante vero quodam Sophista*, vertendum: Instante vero Sophista: hoc est, Favorino. *AE. M.*

73. *Ὄρχεις ἔφη*] Spado fuit Favorinus. *AE. M.* *Ὄρχεις*] Quia Eunuchus Phavorinus (Vid. *Eὐν.* No. 7.) & ejus orationes molles, ut supra visum est: plurimi in eam rem joci jacti sunt & ab aliis. Vid. *Philostr.* p. 541. & Nostrum *Eὐν.* c. 7. *M. du S.*

78. *Αὐτοῦ*] P. L. & Ed. *J.* Reliquae *αὐτῷ*, nisi quod *B2.* *αὐτῇ* fecit. *M. du S.*

81. *Αὐτὸς πώγωνα οὐκ ἔχων*] *Ἀγενείου γὰρ τοῦ προσώπου ἐγκράτων εἶχεν*, inquit de eo *Philostratus* de vit. Soph. L. I. VIII. 1. p. 489. *M. du S.*

83, *Σιδωνίου*] Quis ille sophista fuerit, nescio; certe apud *Philostratum* frustra quaesivi. *M. du S.*

89. *Ἐπὶ τὴν Ποικίλην*] Angl. *ἐπὶ τῇ ποικίλῃ.* *J. B.* *Ἐπὶ τῇ Ποικίλῃ*] A. P. & L. unde etiam reliqua aliter interpungenda esse discimus. Reliqui *ἐπὶ τὴν Ποικίλην.* *M. du S.*

λῆ, σιωπήσομαι· ἀναστὰς οὖν ἐκ μέσων τῶν ἀκροωμένων ὅτος, ἔφη, προσειπὼν τὸ ὄνομα, καλεῖ σε Πυθαγόρας.

Πύθωνός δέ τινος τῶν ἐν Μακεδονίᾳ εὐπαρύφων, νεανίσκου ὡραίου, ἐρεχελθόντος αὐτὸν, καὶ προτείνοντος ἐρώτημά τι σοφιστικὸν, καὶ κελεύοντος εἰπεῖν τὸ συλλογισμοῦ τὴν λύσιν, Ἕν, ἔφη, οἶδα τέκνον, ὅτι φραίνῃ. ἀγανακτήσαντος δὲ ἐκείνου ἐπὶ τῷ τοῦ ἀμφιβολίας σκώμματι, καὶ συναπειλήσαντος· Αὐτίκα σοι μάλα τὸν ἄνδρα ἐπιδείξω, ὁ δὲ σὺν γέλωτι ἠρώτησε, καὶ γὰρ ἄνδρα ἔχεις;

Ἐπεὶ δέ τις ἀθλητὴς καταγελασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι ἐωθινὴν ὥραν ἀνθεινὴν ἀμπεχόμενος, Ὀλυμπιονίκης ὤν, ἐπάταξεν αὐτὸν εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ, καὶ αἷμα ἔρρυη· οἱ μὲν παρόντες ἠγανάκτουν, ὡς αὐτὸς ἕκαστος τὸν πεπληγότα, καὶ ἐβόων ἐπὶ τὸν ἀνθύπατον ἰέναι· ὁ δὲ Δημώναξ, Μηδαμῶς, ἔφη, ἄνδρες, πρὸς τὸν ἀνθύπατον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἰατρόν.

Ἐπεὶ δέ τις καὶ χρυσοῦν δακτύλιον ὁδῷ βαδίζων εὗρε, γράμματον ἐν ἀγορᾷ προθεὶς, ἠξίου τὸν ἀπολέσαντα, ὅστις εἴη τοῦ δακτυλίου δεσπότης, ἥκειν· καὶ εἰπόντα ὁλκὴν λεβο: surgens igitur ex mediis auditoribus, *Heus tu*, inquit, *nomine illum appellans, vocat te Pythagoras.*

15. Pythonis cujusdam Purpuratorum Macedoniae filio pulchro, irritante illum nugis, & sophisticam interrogationem proponente, ejusque syllogismi solutionem dicere illum jubente, *Unum*, inquit, *puer, novi, te περαίνεσθαι.* Aegre autem ferente illo lusum ex ambiguo, & una minitante, *Statim tibi virum monstrabo!* cum risu interrogavit, *Virum nempe habes?*

16. Cum vero athleta quidam derisus ab illo, quod in florida veste, Olympionices licet, visus esset, caput illius lapide percussisset, & sanguis effluerét: praesentes quidem indignari, quasi unusquisque ipsorum pulsatus esset, clamareque, ad Proconsulem eundum esse: at Demonax, *Nequaquam*, inquit, *viri, ad Proconsulem; sed ad Medicum.*

17. Invenerat aurcum anulum incedens per viam, tabellaque in foro proposita postulabat, ut qui perdidisset, dominus anuli, veniret, dictoque pondere illius & gemma,

a Ἐπὶ τῷ] Ἐπὶ τὸ *J.* male. b Τετυπτημένου] Et sic *J.* cum *Fl. P. S.* &c.

99. * Τῷ τ' ἀμφιβ. σκ.] Σημαίνει δὲ τὸ † περαίνειν ὃ τὸ τ' συλλογισμοῦ τέλειον εἶναι, ἔχοντα συμπέρασμα, καὶ τὸ αἰσχρῶς τινα κατὰ τὰ ἀφροδίσια ἐπιτηδεῦσαι, ‡ ἢ σπέρμα ἐκβάλλειν. *V.*

* Hoc Schol. ad aliena verba relatum in editis, in sedem suam restituit *M. du S.*

† Περαίνειν] Sic restituit idem ex C. quum περαῖον esset in Editis.

‡ Ἢ σπέρμα] Tria illa posteriora verba deerant in Editis, supplevit ex Cod. collatione, non addens cujus, *M. du S.*

94. Πύθωνος] De hoc nihil apud alios reperio, neque mirum. *M. du S.*

Ibid. Εὐπαρύφων] Iterum infra, §. 41. *M. du S.*

98. Ὅτι περαίνῃ] Legendus Doctissimus *Flor. Christian.* ad εἰρη. Aristoph. *J. B.*

Ibid. Περαίνῃ] Narrantur plures in ea voce joci apud *Diog. Laërt.* Mened. p. m. 65. A. & B. & Arcef. 104. F. V. *Muret.* Var. Lect. XI. 11. *M. du S.*

Περαίνει] Nescio an habeat Latina lingua vocabulum amphiboliae huic exprimendae aptum, nec vehementer quaerendum putavi: περαίνειν est dialecticum, significatque, ut Latinum *efficere*, concludere aliquid & demonstrare ex sumtis quibusdam. vid. *Kuhn.* ad *Diog. Laërt.* 7, 45. & quem laudat *Sextum Empir. Math.* 8, 436. Inde est ἀπείρατος λόγος, qui non recte concludit, ap. eundem Sextum Math. 8, 429. & 10, 96. Sed περαίνειν etiam obscoenum est, ut *confici* Latinorum. Vid. *Diog. Laërt.* 2, 127. & 4, 34. *J. M. G.*

3. Καὶ γὰρ ἄνδρα ἔχεις] Vertitur: *Etenim virumne habes?* pro: *Et sane virum habes:* hanc vim habet τὸ καὶ γάρ. *M. V. la Croze.*

Ibid. Ἄνδρα ἔχεις] Dixi ad illud Petron. *quaque virum quaerunt.* *J. B.*

5. Ἐδῆτο — ἀνθεινὴν] Innuit hisce Lucianus, solis Ludorum victoribus id concessum. Vid. quae supra ad Nigr. c. 8. a me sunt annotata. *M. du S.*

20. Δακτύλιον] De hac dictione alibi. *J. B.*

Δακ-

ma, & imagine, eum reciperet. Venit adoleſcentulus formoſus, ſe perdidiſſe dicens. Cum vero ſani nihil diceret, *Abi, puer*, inquit, *& tuum ipſius anulum ſerva: hunc quidem non perdidiſti!*

18. De Romano Senatu aliquis Athenis filium ipſi ſuum oſtendens formoſum valde, ſed effeminatum fractumque, *Saltatrix*, inquit, *filius hic meus.* Et Demonax, *Pulcher*, inquit, *& te dignus, & matris ſimilis.*

19. Cynicum illum in urſi pelle philoſophantem, non Onoratum, quod illi nomen erat, ſed Arceſilaum vocari volebat.

20. Interrogante quodam, *Quis ipſi finis felicitatis videretur? Solum felicem*, ait, *liberum:* illo vero dicente, *multos liberos eſſe; At ego*, inquit, *illum puto, qui neque ſperet quidquam, neque metuat.* Ille, *Et quomodo quis illud poſſit? Omnes enim ut plurimum hiſce rebus ſervimus. Quin ſi perſpicies*, inquit, *res hominum, deprehendes, il-*

αὐτῆ, καὶ λίθον, καὶ τύπον, ἀπολαμβάνειν· ἦκεν ὧν τις μειρακίσκος ὡραῖος, αὐτὸς ἀπολωλεκέναι λέγων· ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ὑγιὲς ἔλεγεν, Ἄπιθι, ἔφη, ὦ παῖ, καὶ τὸ ἑαυτῆ δακτύλιον φύλαττε, τοῦτον γοῦν οὐκ ἀπολώλεκας.

Τῶν δὲ ἀπὸ τῆς [c] Ῥωμαίων βουλῆς τις Ἀθήνησιν υἱὸν αὐτῷ δείξας πάνυ [d] ὡραῖον, [e] θηλυδρίαν δὲ καὶ διακεκλασμένον, Προσαγορεύει σε, ἔφη, ὁ ἐμὸς υἱὸς οὗτος· καὶ ὁ Δημώναξ, Καλὸς, ἔφη, καὶ σοῦ ἄξιος, καὶ τῇ μητρὶ ὅμοιος.

Τὸν δὲ Κυνικὸν, ἐν ἄρκτου δέρματι φιλοσοφοῦντα, οὐκ [f] Ὀνώραιον, ὥσπερ ὠνομάζετο, ἀλλ' [g] Ἀρκεσίλαον καλεῖν ἠξίου.

Ἐρωτήσαντος δέ τινος τίς αὐτῷ ὅρος εὐδαιμονίας εἶναι δοκεῖ, μόνον εὐδαίμονα, ἔφη, τὸν ἐλεύθερον· ἐκείνου δὲ φήσαντος, πολλοὺς ἐλευθέρους εἶναι, Ἀλλ' ἐκεῖνον νομίζω, τὸν μήτε ἐλπίζοντά τι, μήτε δεδιότα. ὁ δὲ, Καὶ πῶς ἂν, ἔφη, τοῦτό τις δύναιτο; Ἅπαντες γοῦν ὡς τὸ πολὺ τούτοις δεδουλώμεθα. Καὶ μὴν, ἔφη, εἰ καταγνοίης τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, εὕροις ἂν αὐτὰ ὄντα ἐλπίδος.

c Ῥωμαίων] Ῥωμαίου male *F.* *d* Ὡραῖον] Ὡραίων male *F.* *e* Θηλυδρίαν] Θηλυδρ. male *B2.* *f* Ὀνώραιον] Ὀνώκρατον *B1.* ſola. *g* Ἀρκεσίλαον] Ἀρκησίλαον male *P.* ſola.

20. Δακτύλιον φύλαττε] Εἰς τὸ ἀφιεμένους ἀτιμάζειν καὶ γὰρ δακτύλιος λέγεται ὁ αὐτός. *V.*

Δακτύλιον] Notae *Bourdelotianae* adſcripſerat *M. V. la Croze.* Semper alibi. *Voila bien des* alibi *forains.* Indicat Vir Cl. idem quod Cl. *Hemſterh.* T. I. ad *Nigrin.* ait: *Bourdelotio* ſolemne eſſe tractationem eorum quae neſcit, alio remittere. *J. F. R.*

29. Ὀνώρατον] Latinum nomen eſſe certum eſt; aſpirare tamen noluimus, ut ſcripturam veterem, qualem in libris reperi, repraeſentaremus. Niſi forte conjectura Editoris *B2.* uti malis, qui Ὀνώκρατον fecit. *M. du S.*

Οὐκ Ὀνώρατον] An fuit οὐχ Ὀνωράτου, Latinum nomen, *Honoratum?* *J. M. G.*

30. Ἀρκεσίλαον] Ridet hoc nomine pellem urſinam, quam ille geſtabat; nec illa opus eſt muratione, quam Ed. *P* excogitavit. Certe hic iocus periit, quo ad Philoſophum celebrem inter Academicos etiam reſpicitur, de quo *Diog. Laërt.* IV. p. 103. *M. du S.*

Ἀλλ' Ἀρκεσίλαον] Frigida, niſi quid me fugit, ad primam ſyllabam nominis cum ἄρκτῳ convenientem allutio. Sed ſunt pluſcula ex hoc genere, quo delectabantur non Graeculi modo, ſed Graeci, & ipſe Socrates. Certe in Cratylo multa ſunt frigidiora etiam. *J. M. G.*

Ἀρκεσίλαον] Ablancurtius: *Arceſilas* vel *Arcteſilas*; nam ἄρκτος ſignificat *Urſum.* Et ſic ſupra in *Alex.* vidimus ἀρκεῖος & ἀρκτεῖος. Quare ſi *Pariſ.* Edit. hic Ἀρκτεσίλαον pro ſuo Ἀρκησίλαον dediſſet, non video cur jocus periiſſet. Ἀρκεσίλαος apud *Diog. Laërt.* ſine τ. compluribus locis ſcribitur. *Perſius* vero Sat. III. 79. *Arceſilas.* At in nomine ficto quis dixerit praeſtetne Ἀρκτεσ— non Ἀρκεσ—? *J. F. R.*

35. Μήτε ἐλπίζοντα, μήτε δεδιότα] Conf. ſupra, *Alex.* c. 8. *M. du S.*

45. Οὐ

δ, ὅτε φόβου ἄξια, παυσαμένων πάν-
των ἢ τῶν ἀνιαρῶν, ἢ τῶν ἡδέων.

las neque ſpe neque metu dignas, cum deſinant omnino moleſta pariter & jucunda.

Περεγρίνου δὲ τοῦ Πρωτέως ὀνειδιζόντος αὐτῷ, ὅτι ἐγέλα τὰ πολλὰ, ἢ τοῖς ἀνθρώποις προσέπαιζε, ἢ λέγοντος, Δημώναξ ὁ κυνᾶς, ἀπεκρίνατο· Περεγρῖνε, οὐκ ἀνθρωπίζεις.

21. Peregrino illo Proteo increpante, quod multum rideret, atque alluderet hominibus, ac dicente, *Demonax non agis canem* (Cynicum) reſpondit, *Peregrine, non agis hominem!*

Καὶ μὴν ἢ Φυσικόν τινα περὶ τῶν ἀντιπόδων διαλεγόμενον, ἀναστήσας, καὶ ὀπὶ φρέαρ ἀγαγὼν, ἢ δείξας [a] αὐτῷ τὴν ἐν τῷ ὕδατι σκιὰν, ἤρετο, Τοιούτους ἄρα τοὺς ἀντίποδας εἶναι λέγεις;

22. Verum Phyſicum quendam, de antipodibus diſputantem, excitavit, & ad puteum deducto oſtendit in aqua umbram, interrogans: *Tales igitur ais eſſe Antipodas?*

Ἀλλὰ ἢ μάγον τινὰ εἶναι λέγοντος, ἢ ἐπῳδὰς ἔχειν ἰσχυρὰς, ὡς ὑπ' αὐτῶν ἅπαντας ἀναπείθειν, ἢ παρέχειν αὐτῷ ὁπόσα βούλοιτο, Μὴ [b] θαύμαζε, ἔφη, ἢ σὺ, αὐτὸς ὁμότεχνός εἰμί σοι, ἢ εἰ βούλει, ἕπου πρὸς τὴν ἀρτόπωλιν, κἀμοῦ ὄψει με διὰ μιᾶς ἐπῳδῆς, ἢ μικρῷ τῷ φαρμάκῳ πείθοντα αὐτὴν δοῦναί μοι τὸν ἄρτον· αἰνιττόμενος τὸ νόμισμα, ὡς τὰ ἴσα τῇ ἐπῳδῇ δυνάμενον.

23. Cum aliquis magum ſe eſſe diceret, & carmina habere potentiſſima, quibus perſuadere poſſet omnibus, ut praeberent ſibi quaecunque vellet: *Noli admirari*, inquit; *Nam & ego artis tuae ſum: &, ſi vis, ſequere ad panum venditricem, & videbis, uno me carmine, & pauxillo veneno, inducere illam ut panem mihi det*, nummum indicans, cujus eadem quae carminis vis eſſet.

Ἐπεὶ δὲ Ἡρῴδης ὁ πάνυ, ἐπένθει τὸν Πολυδεύκη πρὸ ὥρας ἀποθανόντα, καὶ ἠξίου ὄχημα ζεύγνυσθαι αὐτῷ, ἢ ἵππους παρίστασθαι ὡς ἀναβησομένῳ, ἢ δεῖπνον παρα-

24. Cum Herodes ille celeberrimus Pollucem ſuum lugeret ante pubertatem defunctum, juberetque currum illi jungi, & equos adſtare tanquam conſcenſuro, & coenam

[a] Αὐτῷ] Sic *H.* 1. 2. *J. S.* Αὐτοῦ *P.* [b] Θαύμαζε] Sic habere Edd. omnes notavit *M. du S.* [c] Παρίστασθαι] Παρίσασθαι male *J.* ſola.

45. Οὐ κυνᾶς] Deleo frigidam illam, immo abſurdam interrogationis notam, quae libros ferme omnes inſidet, & verſionem ipſam poſtremam foedarat. *M. du S.*

Οὐ κυνᾶς] Haec ante ſic male interpuncta legebantur: ὁ κυνᾶς; —— οὐκ ἀνθρωπίζεις; &c. *J. F. R.*

47. Καὶ μὴν ὁ Φυσ. τ. π. τ. ἀντιπόδων διαλεγόμενον] *Tzetzes* in Chiliadibus. *AE. M.* Notavit idem *Gujetus*. *J. F. R.*

Ibid. Περὶ τῶν ἀντιπόδων] Ridet itaque eorum ſententiam, qui . . . uti & Εὐχ. c. 44. Riſerunt etiam Patres multi (vid. *Rittersh.* p. 45.) unde hoc ſaltem diſcere licet, cavendum viris bonis, ne dum quae non intelligunt, vituperant, riſum & jocum peritioribus praebeant. *M. du S.*

48. Ἀναστήσας] H. e. poſtquam excitaſſet (Phyſicum illum) non vero *ſurgens*, ut habebat verſio. *L. Bos.*

55. Θαυμάζω] In omnibus θαύμαζε, legitur; quo quid abſurdius dici poteſt? Niſi forſan θαῦμά γε a prima manu fuerit. *M. du S.*

Θαύμαζε] Θαυμάζω voluiſſe legere *Solanum*, ex ejus nota video; licet ipſum contextum non mutaverit; ſed quia deinde rectius conjicit, etiam θαῦμά γε legi poſſe, ideo vulgatam intactam reliqui. *J. F. R.*

61. Ἡρῴδης] *Atticus*. Hujus Herodis *Gellius*, *Spartianus*, *Pauſan.* & alii meminere, & *Philoſtrat.* in Sophiſt. *G. C.*

Ἡρῴδης] Notiſſimus hic ex *Philoſtrato*, *Gellio* & aliis. *M. du S.*

Ibid. Πολυδεύκη] Atqui *J. Pollux* Onomaſtici auctor annos vixerat LVIII. teſte *Philoſtrato* in ejus vita p. 593. & *Suida*. Cumque *epithalamium* Commodo Criſpinam ducenti ſcriptiſſe tradatur a *Suida*, poſt an. Chr. 178. mortuum oportet ſtatuamus (v. *Dio* LXXI. p. 814. & *Capitol.* Marco p. 134. A.) Immo *Philoſtratus* ad Commodi ipſius imperium deducit, cum tradit eum ſuggeſtu Athenis ab eo donatum: *Soph.* p. 593. Veriſſimum igitur eſt, quod a Doctiſſimo Philoſtrati interprete acute obſervatum eſſe video, alium *Pollucem* intelligi, eumque aut ſervum, aut libertum He-

nam parari, accedens; *A Polluce*, inquit, *adfero tibi epistolam.* Delectato autem illo, atque putante, pro communi reliquorum ratione, & ipsum suo subservire morbo, dicentemque: *Quid ergo, Demonax, Pollux postulat? Accusat te*, inquit, *quod non jam ad ipsum abeas.*

25. Idem lugenti filium, & in tenebris se concludenti, accedens dixit, *Magnum se esse, & posse ipsi evocare filii umbram, modo sibi tres quosdam homines nominaret, qui neminem unquam luxerint.* Multum autem illo dubitante & haerente; neque enim habebat, opinor, quem talem nominaret; *Tum tu*, inquit, *ridicule, solum te intolerabilia pati arbitraris, cum tamen expertem luctus videas neminem?*

26. Etiam illos risu solebat excipere, qui in congressibus uterentur antiquatis omnino peregrinisque nominibus. Uni ergo interrogato a se aliquid, & supra modum Attice respondenti, *Equidem te jam nunc*, inquit, *interrogavi: at tu mihi tanquam sub Agamemnone respondes.*

27. Dicente sodalium quodam, *Abeamus, Demonax, in Aesculapii, & oremus*

63 ποτε παρασκευάζεσθαι, προσελθὼν, φησὶ Πολυδεύκης, ἔφη, κομίζω σοί τινα ἐπιστολήν. ἡδέντος δὲ ἐκείνου, καὶ οἰηθέντος ὅτι χρήσιμον τὸ κοινὸν καὶ αὐτὸς τοῖς ἄλλοις συντρέχει τῷ πάθει αὐτῦ, καὶ εἰπόντος· Τί οὖν, ὦ Δημώναξ, Πολυδεύκης ἀξιοῖ; Αἰτιᾶταί σε, ἔφη, ὅτι μὴ ἤδη πρὸς αὐτὸν ἄπει.

64 [d] Ὁ δ' αὐτὸς υἱὸν πενθοῦντι, καὶ ἐν σκότῳ ἑαυτὸν καθείρξαντι, προσελθὼν ἔλεγε, μάγος τε εἶναι καὶ δύνασθαι αὐτῷ ἀναγαγεῖν τοῦ παιδὸς τὸ εἴδωλον, εἰ μόνον αὐτῷ τρεῖς τινας ἀνθρώπους ὀνομάσειε, μηδένα πώποτε πεπενθηκότας. Ἀπιόντος δὲ ἐκείνου ἐνδοιάσαντος, καὶ ἀποροῦντος, ἐγὼ μέν γ' εἰχέ τινα, οἶμαι, εἰπεῖν τοιοῦτον, εἶτ' ἔφη, Ὦ γελοῖε, μόνος ἀφόρητα πάσχειν νομίζεις, μηδένα ὁρῶν πένθους ἄμοιρον;

65 Καὶ μὴν καὶ ἐκείνων καταγελᾶν ἠξίει, τῶν ἐν ταῖς ὁμιλίαις πάνυ ἀρχαίοις καὶ ξένοις ὀνόμασι χρωμένων. ἑνὶ γοῦν ἐρωτηθέντι ὑπ' αὐτοῦ λόγον τινὰ, καὶ ὑπερφυῶς ἀποκριθέντι· Ἐγὼ μέν σε ἔφη, ὦ ἑταῖρε, νῦν ἠρώτησα, σὺ δέ μοι ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονος ἀποκρίνῃ.

66 Εἰπόντος δέ τινος τῶν ἑταίρων, Ἀπίωμεν Δημώναξ εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον, καὶ προσευξό-

d Ὁ δ' αὐτὸς] Constans Edd. lectio.

Herodis, ut vult ad p. 558. aut certe *alumnum* discipulumve, cum inter τροφίμους, quos impense amaverat, ibi recenseatur. De luctu ejus vide omnino *Philostratum* in voce *Herod.* p. 558. ubi & statuas venantis posuisse ait, quod huc facere existimo. *M. du S.*

63. Ὀχήμασι . . . ὡς ἀναβ.] Locum hunc mire illustrat *Philostrati* locus p. 558. ubi de hoc ipso *Polluce* cum Achille & Memnone, quos impense Herodes amaverat, verba faciens, scribit: εἰκόνας γοῦν ἀνατίθει σφῶν θηράτων, καὶ τεθηρακότων, καὶ θηρασόντων. τὰς μὲν ἐν δρυμοῖς, τὰς δ' ἐπ' ἀγροῖς, τὰς δὲ πρὸς πηγαῖς, τὰς δὲ ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων, οὐκ ἀφανῶς, ἀλλὰ ξὺν ἀρεταῖς τῷ ἀξιοπίστῳ, καὶ κινδύνοις. *M. du S.*

Ibid. Συόντι αὐτῷ] An Πολυδεύκει; *F. G.*

64. Αὐτὸν παρασκ.] Idem aliis verbis infra §. 33. ὡς ζῶντας ἰσχύειν. Sed in *Act. Apost.* X. 10. καὶ ἤθελε γεύσασθαι· παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων, ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν Ad quae verba Rev. *Fac. Elsn.* hoc Luciani aliudque ex *Catapl.* aliisque adfert, qui probet ὦδε παρασκευάζεσθαι esse *parare quid in prandium.* *J. F. R.*

72. Ὁ δ' αὐτὸς] *Vorstius* τῷ δ' αὐτῷ; sed frustra, cum constet Herodi filium unicum fuisse, quem superstitem reliquit. Vid. *Philostr.* p. 558. De eodem credo *A. Gellium* loqui XIX. 12. *M. du S.*

Ibid. Υἱὸν πενθ.] *Philostratus* tradit, unicum ei fuisse filium, qui patri superstes fuit, p. 558. Sed idem de *Polluce* aliisque duobus ita loquitur, quasi ab eo fuerint adoptati, cum ait: ὃς ἴσα γνησίοις ἐκύδηνε. Ego itaque horum unum hic intelligendum existimo. *Philostratus* autem, qui aliorum dicta eam in rem memoriae mandavit, Demonactis nullibi meminit. *M. du S.*

75. Τρεῖς . . . .] Vide *Juliani* Imperatoris Epist. XXXVII. ubi similem habes de Dario & Democrito narrationem. *M. du S.*

89. Ἀσκληπιῶν] Vide Ἔρμ. c. 37. & *Suid.* *M. du S.*

εὐξώμεθα ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ. Πάνυ, ἔφη, κωφὸν *pro filio*, *Utique*, inquit, *surdum judicas*
ἡγῇ τὸν Ἀσκληπιόν, εἰ μὴ δύναται καὶ ἐντεῦθεν *Aesculapium*, *si non potest hinc etiam orantes*
ἡμῶν εὐχομένων ἀκούειν. *audire.*

28. Ἰδὼν δέ ποτε δύο τινὰς φιλοσόφους κομιδῇ ἀπαιδεύτους ἐν ζητήσει ἐρίζοντας, καὶ τὸν μὲν ἄτοπα ἐρωτῶντα, τὸν δὲ οὐδὲν πρὸς λόγον ἀποκρινόμενον· Οὐ δοκεῖ ὑμῖν, ὦ φίλοι, ἔφη, ὁ μὲν ἕτερος τούτων τράγον ἀμέλγειν, ὁ δὲ αὐτῷ κόσκινον ὑποτιθέναι;

28. Videns aliquando duos quosdam philosophos omnino indoctos in disputatione contendere, & alterum quidem absurda objicere, alterum nihil quod ad rem faceret respondere, *Nonne videtur vobis*, inquit, *amici, alter horum mulgere hircum, alter cribrum ei supponere?*

Ἀγαθοκλέους δὲ τοῦ Περιπατητικοῦ μέγα φρονοῦντος, ὅτι μόνος αὐτός ἐστι καὶ πρῶτος τῶν Ἀλεκτικῶν, ἔφη, Καὶ μήν, ὦ Ἀγαθόκλεις, εἰ μὲν πρῶτος, οὐ μόνος, εἰ δὲ μόνος, οὐ πρῶτος.

29. Agathocle Peripatetico gloriante; *solum se & primum dialecticorum*, *Quin tu*, inquit, *Agathocles, si quidem primus, non solus: si vero solus, non primus.*

Κεθήγου δὲ τοῦ ὑπάτου, ὁπότε ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Ἀσίαν ἀπήει πρεσβεύσων τῷ πατρί, πολλὰ καταγέλαστα καὶ λέγοντος καὶ ποιοῦντος, ἐπειδή τις τῶν ἑταίρων αὐτοῦ ἑνὸς ταῦτα ἔλεγεν, αὐτὸν μέγα κάθαρμα εἶναι, Μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Δημώναξ, οὐδὲ μέγα.

30. Cethego Consulari, cum per Graeciam in Asiam pergeret legatus patri futurus, ridicula multa & dicente & faciente; atque sodalium ipsius uno, qui ista videret, dicente: *magnum eum purgamentum esse*; *Medius fidius*, inquit Demonax, *ne magnum quidem.*

31. Apol-

a Ἀπαιδεύτους] Ita Edd. omnes. b. Ὁ Δημ.] Sic *Jens.* & *B2.* Ὦ Δημ. Edd. cett. male.

94. Ἀπαιδεύτους] Forsan ἀπαιδεύτως. *M. du S.*

99. Ἀγαθοκλέους] Peripateticus hic, de quo nihil invenio. Alium Agathoclem, Stoicum alibi memorat Ἰκαρ. c. 16. Cynicum alium Τοξ. c. 12. & f. Alium medicum Καλαπλ. c. 6. *M. du S.*

5. Κεθήγου δὲ τοῦ ὑπατ.] Anno Chr. CLXXII. Cethegum Consulem invenio. *M. du S.*

6. Πρισβ. τῷ πατρὶ] An & apud alios hoc sensu inveniatur, dubito, Graecos scilicet, nam Romanis familiare est. *M. du S.*

8. Ἐπειδή τις ἑταίρων τις ὁρῶν ταῦτα, ἔλεγεν αὐτὸν μέγα κάθαρμα εἶναι, Μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Δημώναξ, οὐδὲ μέγα.] Sic legendum. Vulgo ὦ Δημώναξ male; ipse id dixit Demonax. Scilicet enarrat Lucianus multa, quae Demonax vario tempore, tempestive de quibusdam vel hominibus vel rebus dixerit responderitve: inter alia etiam hoc; nimirum cum Cethegus quidam consularis multa ridicula & diceret & faceret, ac aliquis sociorum magnum eum esse scelus diceret, ajebat Demonax, *Ne magnum quidem*, scilicet eum esse scelus. *J. J.*

10. Ὁ Δημώναξ] Sic *B2.* recte. Reliqui Libri ὦ, prave. *M. du S.*

Ibid. Οὐδὲ μέγα] Illud οὐδὲν μέγα vide apud *Diog. Laërt.* 148. C. *nihil mirum.* Et apud ipsum Nostrum Φιλοψ. c. 16. οὐ μέγα. Θαῦμα scilicet, vel simile quid subintelligitur. Hoc autem dicto haud dubie patrem hujus petit; quasi diceret; nec mirum est, tali patre ortum tam stultum esse filium. *M. du S.*

14. Μετάπιμπτος] *Capitolinus* in Antonino Pio c. X. *Cujus avaritiam etiam in mercedibus notavit.* (vide *Casauboni* ad eum locum notas.) Hinc est quod *eum* hic Demonax *cum agmine suo aureum vellus petere ait*; joco duplici, alludit enim etiam ad alium Apollonium, cujus Argonautica nota. *M. du S.*

Ibid. Ἐπὶ παιδείᾳ τῷ βασιλεῖ συμπόλῳ] Interpr. *ut regis esset praeceptor.* Pro *regis* potius repone, *Imperatoris.* Imperatores autem Romanos Graecis scriptoribus βασιλεῖς appellari, res est nota. Infra pag. seq. recte haec verba transtulit, *ὁ βασιλεὺς με τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν. Imperator me Romanorum civitate donavit.* *H. V.*

15. Προσίρχεται, ἔφη, ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ οἱ Ἀργοναῦται αὐτοῦ] Jocus est in voce *Argonauta.* Nam Apollonium & ejus discipulos infimulabat avaritiae, utpote qui Romam cum magistro ad Imperatorem ibant, ut divites ibi fierent, sicut Argonautae ad vellus aureum, de qua expeditione extat egregium poëma omnibus notum Apollonii alterius, ad quod alludit. *J. P. a G.*

16. Ἀπολλώνιος . .] Alludit ad alium Apollonium, cujus *Argonautica* hodieque exstant. *M. du S.*

Ἀπολλώνιος ὁ οἱ Ἀργοναῦται] Dubitat *Cresollius* Thea-

31. Apollonium aliquando Philoſophum cum videret multis cum diſcipulis exeuntem, ibat autem arceſſitus, ut inſtitutionis cauſſa cum Imperatore eſſet: *Accedit*, inquit, *Apollonius, cum ſuis Argonautis.*

Καὶ Ἀπολλώνιον δέ ποτε τὸν φιλόσοφον ἰδὼν μετὰ πολλῶν τῶν μαθητῶν ἐξελαυνόντα, ἤδη δὲ ἀπήει μετάπεμπτος, ὡς ὕστερον παιδείας τῷ βασιλεῖ συνεσόμενος· Προσέρχεται, ἔφη, ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ οἱ Ἀργοναῦται αὐτοῦ.

32. Interrogante alio, *Utrum immortalis illi videatur anima? Immortalis*, inquit, *ſed ut omnia.*

Ἄλλος δέ ποτε ἐρομένου, εἰ ἀθάνατος αὐτῷ ἡ ψυχὴ δοκεῖ εἶναι; Ἀθάνατος, ἔφη, ἀλλ' ὡς πάντα.

33. *De Herode dicebat, verum dicere Platonem, non unam nos animam habere. Neque enim ejusdem eſſe animae, Regillam & Pollucem* (mortuos) *ut viventes convivio excipere, & talia declamare.*

Περὶ μὲντοι Ἡρώδου ἔλεγεν ἀληθεύειν τὸν Πλάτωνα φάμενον οὐ μίαν ἡμᾶς ψυχὴν ἔχειν, οὐ γὰρ εἶναι τὰ αὐτὰς ψυχῆς, [c] Ῥηγίλλαν καὶ Πολυδεύκη ὡς ζῶντας ἑστιᾶν, καὶ τὰ τοιαῦτα μελετᾶν.

34. Auſus eſt aliquando publice interrogare Athenienſes, audita illa denuntiatione, *Propter quam cauſſam excludant ſacris Barbaros, idque, cum conſtituerit illis initia Eumolpus, Barbarus e Thracia?*

Ἐτόλμησε δέ ποτε καὶ Ἀθηναίους ἐρωτῆσαι δημοσίᾳ, τὴν προρρήσεως ἀκούσας, διὰ τίνα αἰτίαν ἀποκλείουσι τοὺς βαρβάρους, καὶ ταῦτα, τοῦ τελετὰς αὐτοῖς καταστησαμένου Εὐμόλπου, βαρβάρου καὶ Θρᾳκὸς ὄντος.

Ἐπεὶ

[c] Ῥηγίλλαν] Ut *Marcil.* voluit, edidi. Ῥηγίλλου Edd. priores.

Theatro Rhett. 4, 11. extr. utrum hoc laudis cauſa dixerit Demonax, tanquam florem Graeciae, an exprobrandae pigritiae, ut Latinus poëta: *Non nautas puto vos, ſed Argonautas* (Martial. 3, 67.) ſed mihi ſimpliciter reſpicere videtur ad ſtuporem Imperatoris, *eviculae*, & avaritiam inhiantium aureo ipſius velleri philoſophorum &c. Tanto autem facilius hoc in mentem venire illi poterat, quod *Apollonii* Argonautica nota ſunt. *J.M.G.*

19. Ἀλλ' ὡς πάντα] Ut enim nihil fit in philoſophia iſta, ita nihil perit. *Hippocr.* de Diaeta 1, 5, 13. Heraclitica ratione, Ἀπόλλυμι μὲν οὐδὲν ἀπάντων χρημάτων, οὐδὲ γίνεται, οὔ, τι μὴ ὃ πρόσθεν ἦν. ξυμμισγόμεθα δὲ ὃ διακρινόμεθα ἀλλοιοῦται κ. τ. λ. *J.M.G.*

22. Ῥηγίλλου, καὶ Πολυδεύκη] Ῥηγίλλαν ὃ Π. *Th.M.*

Ῥηγίλλου] Recte vidit *Marcilius* in his verbis εἰ γὰρ εἶναι τὰ αὐτὰς ψυχῆς Ῥηγίλλου ὃ Πολυδεύκη, legendum eſſe Ῥηγίλλαν. Regilaum enim nemo novit, nemo illius mentionem fecit. Regilla vero fuit uxor Herodis Sophiſtae, uti conſtat ex Philoſtrato, & inſcriptione antiqua, quam illuſtravit Cl. *Salmaſius.* *J.G.G.*

Ῥηγίλλαν] De Herode & Rhegilla uxore fuſe *Salmaſius* ad Rhegillae inſcriptionem ab eo editam. Herodem *Attici* a Graecis dictum ex *Philoſtrato* obſervat, quem Romani Herodem *Atticum* vocabant, ut in *Torquato & Attico Coſſ.* p. 90. Duas filias amiſit ex IV. liberis (inſer.) Apud *Philoſtr.* p. 558. leguntur tantum *tres.* Praegnantem mortuam cum foetu, poſt mortem unius filiae, conjicit *Salmaſ.* p. 96. vid. *Salmaſ.* ad Spartian. p. 77. *Sponii* Miſcel. p. 321—7. Non ante annum Chr. CLX. obiiſſe conſtat. Vid. *Joh. Maſſ.* Exc. ined. ad Pauſan. Theatrum ei exſtruxit, de quo *Philoſtratus* in vita ejus p. m. 551. ipſe Herodes ſe ὑπερπνθῆσθαι ἀποθανοῦσαν, ait ibid. 556. & paulo poſt; παρῆν αὐτῷ πομπὴ διατιθεμένῳ τὸ πένθος. Inſcriptiones has Herodis iterum prodiiſſe audio Londini A. 1722. cum ſelectis Caſauboni & Salmaſii notis, novisque Editoris Mettarii, inter Miſcellanea Graecorum aliquot ſcriptorum carmina. *M.du S.*

23. Πολυδ.] Vide ſupra ad cap. 24. *M.du S.*

Ibid. Ἑστιᾶν..] Heroibus id quotannis publice fiebat. Vid. *Maxp.* c. 21. *Thucyd.* III. p. 58. 2. V. c. 11. VII. c. 11. *Plut.* in Timol. 464. 2. & *Plat.* 353. 2. Privatis etiam licuiſſe, ſi cui tantae ſuppeterent facultates, ſuis parentare ad eundem modum, probabile eſt. Quae autem filii parentibus mortuis praeſtare legibus Atticis tenebantur, ſemel fieri ſatis erat. Vid. *Potter.* 164. 2. Orationem tamen funebrem quotannis iteratam idem opinatur 247. De inferiis iſtis vid. Ἔπισκ. c. 22. *M.du S.*

26. Προρρήσεως] Ergo integra ea non eſt, quam habemus. Ἀλεξ. c. 38. *M.du S.*

29. Εὐμόλπου] Dico alibi. *J.B.*

Εὐμόλπου] Inſignis ea de re eſt *Euripidis* locus, interpretibus non ſatis intellectus in Rheſo 941. Ibi enim de Athenis agitur, quamvis Cl. *Barneſio* aliter viſum fuerit, qui Thamyrim intelligit. *M.du S.*

Ἐπεὶ δέ ποτε πλεῖν μέλλοντί αὐτῷ ἀφ' χειμῶνος, ἔφη τις τῶν φίλων, Οὐ δέδοικας μὴ ἀναλραπέντος τῆς σκάφης, ὑπὸ ἰχθύων καλαβρωθῇς; [a] κἄτα, ἀγνώμων ἂν εἴην, ἔφη, ὀκνῶν ὑπὸ ἰχθύων καλαφαγῆναι, τοσούτους αὐτὸς ἰχθῦς καλαφαγών.

Ῥήτορι δέ τινι κάκιστα μελετήσαντι, συνεβούλευσεν ἀσκεῖν, καὶ γυμνάζεσθαι· τῷ δὲ εἰπόντος, Ἀεὶ ἐπ' ἐμαυτῷ λέγω· Εἰκότως τοίνυν, ἔφη, τοιαῦτα λέγεις, μωρῷ ἀκροατῇ χρώμενος.

Καὶ μάντιν δέ ποτε [b] ἰδὼν δημοσίᾳ ὀβολῷ μισθευόμενον, Οὐχ ὁρῶ, ἔφη, [c] ἐφ' ὅτῳ τὸν μισθὸν ἀπαιτεῖς· εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀλλάξαί τι δυνάμενος τῶν ὀψιγενομένων, ὀλίγον αἰτεῖς, ὁπόσον ἂν αἰτῇς· εἰ δὲ ὡς δέδοκται τῷ θεῷ, πάντα ἔσται, τί σε δυνατὴ ἡ μαντική;

Πρεσβύτῃ δέ τινος Ῥωμαίῳ εὐσωματοῦντος, καὶ τὸν ἐνόπλιον αὐτῷ μάχην πρὸς πάταλον ὑποδειξαμένῳ, καὶ ἐρομένῳ, Πῶς σοι Δημώναξ μεμαχῆσθαι ἔδοξα; Καλῶς, ἔφη, ἂν ξύλινον τὸν ἀνταγωνιστὴν ἔχῃς.

Καὶ μὴν καὶ πρὸς τὰς ἀπορίας τῶν ἐρωτήσεων, πάνυ εὐστόχως παρεσκεύαστο. ἐρομένου γάρ τινος ὑπὲρ χιλιάδος

35. Cum navigaturo per mare dicerret amicorum aliquis, *Non metuis, ne everſo navigio devoreris a piſcibus? Tum ingratus fuerim*, inquit, *ſi gravarer conſumi a piſcibus, qui ipſe multos adeo piſces epulatus ſim.*

36. Rhetori cuidam peſſime declamanti conſuluit exercere ſe, & meditari. Hoc autem dicente: *Semper apud me dico; Non igitur mirum eſt*, inquit, *talia te dicere, qui ſtultum adeo auditorem adhibeas.*

37. Divinatorem videns publice accepta mercede divinantem, *Non video*, inquit, *pro qua re mercedem repetas. Si enim, ut qui mutare aliquid poſſis de fatis, parum mihi exigis, quantumcunque exigas. Sin vero ut decretum Deo eſt, ſic erunt omnia; tua quid prodeſt divinatio?*

38. Sene quodam Romano, corporis bene curati, armatam ipſi pugnam ad palum oſtendente, atque interrogante, *Quomodo tibi, Demonax, pugnaſſe videor? Praeclare*, inquit, *ligneum ſi hoſtem habueris.*

39. Etiam ad difficiles quaeſtiones acute admodum paratus erat. Per ludibrium enim interrogante quodam, *Si mille minas lignorum*

[a] Κἄτα] Deeſt in *Fl.* Adeſt in reliqq. Κἄτα *F.* & *P.* ſine puncto ſubſcripto. [b] Ἰδὼν] Sic recte *P.* & *Ba.* Εἰδὼν *F.* & reliqq. male. [c] Ἐφ' ὅτῳ] Αὐθ' ὅτου Ex. *Fl.* At vulgatam etiam ſervat *P.*

37. Συνεβούλευσεν ἀσκεῖν, καὶ γυμνάζεσθαι] Benedictus, *ſuaſit ut exercitationi incumberet.* Opſopœus, *ut frequenti exercitio incumberet.* At quis negare audet ſæpius id ab illo factum? Sed præclarus luſus eſt in Græcis, quæ non tam ſuadent exercitium vel exercitationem, quam manuarias & corporis, non animi & ingenii probationes. Sic in Amoribus de Callicratide. ἦν δὲ & τῷ σώματι γυμναστικός. Et rurſus notabili diſtinctione, πᾶσι δὲ τοῖς φιλοσόφοις ψυχῆς μαθήμασι λιπαρῶς ἐναβλήσας, ἐπεὶδὲν ἡ διάνοια τῶν ἐγκυκλίων ἀγωγῶν πορισθῇ, τὸ σῶμα ταῖς ἐλευθέραις ἀσκήσεσιν ἐκπονεῖ. *F. G.*

42. Καὶ μάντιν δέ ποτε εἰδὼν] Scribendum ἰδὼν quod ſequiores depravarunt, cum primæ editiones recte habeant. *F. F.*

50. Ἐνόπλιον αὐτῷ μάχλην] Vid. ſupra Ὀρχ. c. 8. *M. du S.*

Ibid. Πρὸς πάταλον] Idem voluit *Theophraſtus*, ſi ejus quidem foetus eſt, cap. Π. ὀψιμαθίας, p. 7 B. quum ait, eum καὶ μακρὸν ἀνδρίαντα παίζειν. *M. du S.*

58. Στῆσον — τὸν σταδῖον] In Edit. Blancard. *Th. Magiſtri* τὸν σταδῖον male legitur, ubi is ſub verbo ἵστημι haec Luciani adfert, ac verbum id recte exponit ζυγοσατῶ. Et hoc ſenſu ap. LXX. perſæpe, ut *Eſdr.* VIII. 25. Καὶ ἔστησα αὐτοῖς τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ χρυσίον. Verum apertius 2. *Reg.* XIV. 26. καὶ κειρόμενος αὐτὸν ἔστησε τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ διακοσίους σίκλους. Alibi plene ἔστησεν εἰς ζυγῷ vel ταλάντῳ, ut *Job* XXXI. 6. *Eſaï.* XLVI. 6. &c. *F. F. R.*

69. Πρόδοτον] Sotades apud *Stobaeum*, idem dixit.

Εἰ & βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουε.
Ἂν μακρὰν πτύῃς, φλεγματίᾳ (γρ. κρατεῖς) κρατεῖ σεσωκώς.
Ἂν σώματος, ταῦτα πρὸ σοῦ προδότου εἶχε.

Vid. *Gratii* Flor. p. 115. *M. du S.*

72. Ἰσὶς

ram cremavere, Demonax, quot ibi minae fami fuerint? Appende, inquit, *cineres; reliquum omne fumus est.*

μνᾶς ξύλων καύσαιμι, ὦ Δημώναξ, πόσας μναῖ ἐν καπνῷ γένοιντο; Στῆσον, ἔφη, τὴν σποδὸν, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν καπνός ἐστι.

40. Polybio cuidam indocto plane homini, & vitiose loquenti, cum diceret: *Imperator Romana me civitate honoravit: Utinam*, inquit, *Graecum te potius quam Romanum fecisset!*

60 Πολυβίῳ δέ τινι, κομιδῇ ἀπαιδεύτῳ ἀνθρώπῳ, καὶ σολοίκῳ, εἰπόντι, Ὁ βασιλεύς με τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν· Εἶθε σε, ἔφη, Ἕλληνα μᾶλλον ἢ Ῥωμαῖον πεποίηκεν.

41. Cum praetextatum aliquem videret, latitudine clavi superbientem, ad aurem illius inclinatus, & prehensa veste ostensaque, *Hanc quidem*, inquit, *ante te ovis gestabat, & erat ovis.*

65 Ἰδὼν δέ τινα τῶν εὐπαρύφων, ὅτι τῷ πλάτει τῆς πορφύρας μέγα φρονοῦντα, κύψας αὐτῷ πρὸς τὸ ὦς, καὶ τῆς ἐσθῆτος λαβόμενος, καὶ δείξας, ἔφη, Τοῦτο μέντοι πρὸ σοῦ πρόβατον ἐφόρει, καὶ ἦν πρόβατον.

42. In balneo cum ingredi in ferventem aquam cunctaretur, & ut timidum aliquis accusaret, *Dic mihi*, inquit, *an pro patria subiturus eram?*

70 Ἐπεὶ μέντοι λυόμενος ὤκνησεν εἰς τὸ ὕδωρ ζέον ἐμβῆναι, καὶ ἠτιάσατό τις ὡς ἀποδειλιάσαιμι, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὑπὲρ πατρίδος αὐτὸ ποιῆσαι ἔμελλον;

43. Interrogante quodam, *Quid putas agi apud inferos? Expecta*, inquit, *inde tibi rescribam.*

Ἐρομένου δέ τινος, Ὁποῖα νομίζεις εἶναι τὰ ἐν ᾅδου; Περίμενον, ἔφη, κἀκεῖθέν σοι ἀπαγγελῶ.

44. Admeto cuidam, malo poëtae, cum diceret scriptum a se epigramma unius versus, quod testamento jussisset suae columellae *sepulcri* inscribi: sed quid prohibet ipsum ponere,

Terra cape Admeti viricalum, Deus exiit ipse!

Ἀδμήτῳ δέ τινι, ποιητῇ φαύλῳ, λέγοντι γεγραφέναι μονόστιχον ἐπίγραμμα, ὅτῳ ἐν ταῖς διαθήκαις κεκέλευκεν ἐπιγραφῆναι αὐτοῦ τῇ στήλῃ, καὶ χεῖρον δὲ τὸ αὐτὸ εἰπεῖν,

Γαῖα λάβ' Ἀδμήτου ἔλυτρον, βῆ δ' εἰς θεὸν αὐτός·

γε-

62. Τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν] Οὐ γὰρ εἶδεν * ὅστις αὐτῶν, ὅτι τῇ Ῥωμαίων ἐτίμησέ μοι πολιτείᾳ, ἀδιάφορον δὲ τοῦτο ἦν ἄδηλον, ποίᾳ τινὶ εἰσγράψαιτο αὐτὸν † φρατρίᾳ, ὧν πολλῶν φρατριῶν ἡ Ῥωμαίων πολιτεία συγκειμένη· οἷον Οὐϊττίων, Φλαβίων ‡ Αὐρηλίων, καὶ ἄλλων πλείστων. ἐν γὰρ § καὶ πάσαις ἐπολλογραφήθη ὡς ὢν ἀλλ' εἴπερ ἄρα ὅστις ἔχρῃν εἰπεῖν τῇ Ῥωμαίων εἰσγράψαιτο πολιτείᾳ. ¶ ἵνα τὸ πλατὺ τῦ ἀορίστου ἐπιλαμβάνοιτο καὶ αὐτός, ἢ ὅτι Ῥωμαῖον βασιλεὺς ἐποίησέ με. τὸ γὰρ αὐτὸ ὂν σὺν τούτου παρεδηλοῦτο, ὃ ὂν αὐτὸς ὁ Δημώναξ ὑπέθετο διορθούμενος, ἅμα δὲ ὂν σκάπτων, ὡς μὴ ** καθαρῶς ἑλληνίζοντα, Ἕλληνα βουλόμενον εἶναι. *V.*.

* Οὕτως] In V. erat ὅ. & iterum Schol. 8. quod ego pro ὅστις stare existimo. Vide illic notam nostram. *M. du S.*

† Φατρίᾳ] Ita hic, & mox quoque φατριῶν Cod. V. Licet φρατρία & φρατριῶν Edit. *Cler.* Et melius cum ρ scribitur. *M. du S.* (an ποίᾳ —— φρατρίᾳ; ut mox πολιτεία. *J. F. R.*)

‡ Αὐρηλίων] Sic dedit *Solanus*, sine auctoritate, sed bene; nam Ἀβρηλίων edita; quae tamen non mutassem, si mea forlins auctoritate haec edere suscepissem. *J. F. R.*

§ Καὶ πάσαις] Aberat καὶ in editis. Addidit *M. du S.*

¶ Ἵνα τὸ πλατὺ —— καὶ αὐτὸς] Corrupta haec sunt. *M. du S.*

** Καθαρῶς] Sic dedi ex conjectura, καθαρὸς enim habebant edita, nec varietatis quidquam notarat *Solanus* noster. *J. F. R.*

72. Ἵπεις πατρὸς αὐτὸ πάσχας ἔμελλον] Non inepte ad sensum transtulit d'*Ablancourt*: *Il ne s'agissoit pas*, dit-il, *de mourir pour sa Patrie.* Quasi diceret; nam, si id ageretur, satis patientem ac fortem me praebuissem, nunc nolo esse male fortis. *J. F. R.*

77. Ἀδμήτου] Frustra hominem usque adeo obscurum quaesieris. *M. du S.*

80. Οὐ χεῖρον δὲ τὸ αὐτὸ εἰπεῖν] *Quod referre non fuerit deterius.* Sic habet versio. Verum tu Latine potius dicas: *quod referre ab re non fuerit alienum.* Sic *Lucian.* noster in Dipsad. cap. 6. Et *Aristoph.* Equit. p. 290. *H. V.*

γελάσας εἶπεν· Οὕτω καλόν ἐστιν, ὦ Ἄδμητε, τὸ ἐπίγραμμα, ὥστε ἐβουλόμην αὐτὸ ἤδη ἐπιγεγράφθαι.

ridens dixit: *Adeo pulchrum est, o Admete, epigramma, ut velim illud jam inscriptum esse.*

Ἰδών δέ τις ἐπὶ τῶν σκελῶν αὐτοῦ οἷα τοῖς γέρουσιν ἐπειχῶς γίγνεται, ἥρετο, τί τοῦτο, ὦ Δημώναξ; ὁ δὲ μειδιάσας, [a] Χάρων με ἔδακεν, ἔφη.

45. Videns aliquis in cruribus illius qualia fere solent accidere senibus, rogarat: *Ecquid hoc Demonax? Ille subridens, Cerberus*, inquit, *me momordit.*

Καὶ μήτοι γε Λακεδαιμόνιόν τινα ἰδὼν τῶν αὐτοῦ οἰκέτην μαστιγοῦντα, Παύσαι, ἔφη, ὁμότιμον σαυτοῦ τὸν δοῦλον ἀποφαίνων.

46. Lacedaemonium quendam cum vidisset flagellis caedere servum suum, *Desine*, inquit, *parem tibi honore reddere servum tuum.*

Δαναΐς δέ τινος πρὸς τὸν ἀδελφὸν δίκην ἐχούσης, Κρίθηθι, ἔφη, εἰ γὰρ εἶ Δαναΐς, οὐκ Ἀκρισίου θυγάτηρ.

47. Danaë quaedam litem contra fratrem cum haberet, *In jus ambula*, inquit, *neque enim illa es Danaë Acrisii* (injudicati) *filia.*

Μάλιστα δὲ ἐπολέμει τοῖς ὠμοῖς ἀλήθειαν

48. Maxime autem impugnabat, qui non

[a] Χάρων] Mallem Κέρβερος. *M. du S.* recte adscripsit.

90. Καὶ Λακεδαιμονίων τινα] Ἐμάστιζον γὰρ ἑαυτοὺς Λάκωνες τιλούμενοι, καὶ εἰς τοῦτο * αὐτὸν ἀσκοῦντες. *V.*

* Αὐτὸν] Conf. Scholion 9. ad verb. δρασκισθῆναι, ubi ταὐτὸν recte & Attice pro τὸ αὐτὸ legitur. Ideoque & hic forsan sic legendum, quia Grammatici ajunt αὐτὸν pro αὐτὸ Attice numquam dici. Sed cum iidem etiam scribant τοῦτον pro τοῦτο numquam dici, ac *Maittaire* de Dialect. p. 37. tamen ex *Pausan.* p. 281. adferat τοῦτον φίλαγος, Grammaticis tuto confidi non posse dixeris. Verum quum unum exemplum in re ejusmodi nihil probet, ego Grammaticos sequar, donec plura testimonia in contrarium invenero. *J. F. R.*

86. Ἰδών δέ τις ἐπὶ τῶν σκελῶν αὐτοῦ, οἷα τοῖς γέρουσιν ἐπειχῶς γίγνεται] Benedictus, *cum vidisset quispiam eum cruribus innixum, prout accidere solet senibus.* Quod tantum abest, ut soleat accidere, ut fit inauditum. Et omnes homines quoque cruribus innituntur. Denique quasi legisset αὐτόν. Longe melior Opsopœus; *cum vidisset quispiam crura ejus tarda & turgida, qualia fere senibus fieri consueverunt.* Poterant ista epitheta secure omitti, quum ex sequentibus videantur intelligi nescio qui livores. *J. G.*

92. Ὁμότιμον σαυτοῦ τὸν δοῦλον] Uterque interpres *servo tuo similem te.* Cur igitur Lucianus non dixit, ὅμοιον σαυτὸν τῷ δούλῳ? Sed facetissime alludit ad Λακεδαιμονίων Lacedæmoniam, de qua tum plurimi alii tum I. Meursius in Græcia feriata, & ipse Lucianus de Gymnasiis cap. 38. tom. II. Per quam fiebat, ut idem honor videretur contingere servo, si ab domino verberaretur, qui solebat contingere liberis ac dominis. *J. G.*

Ὁμότιμον] Tum quia ingenuos Lacedæmonii virgis caedere solemne habebant. (Vid. Ἰκαρ. c. 16.) tum quod servile ingenium in servum saeviendo prodebat. *M. du S.*

Ὁμότιμον σαυτοῦ τὸν δοῦλον ἀποφαίνων] Vertebatur: *Desine servo tuo similem te ostendere.* Sed Frater *G. O. Reitz.* bene animadvertit, vertendum: *servum tui similem.* *J. F. R.*

93. Δαναΐς δέ τινος πρὸς τὸν ἀδελφὸν δίκην ἐχούσης, Κρίθητι, ἔφη, εἰ γὰρ εἶ Δαναὴ Ἀκρισίου θυγάτηρ] Jocus sane frigidus ex nomine Acrisii, quasi Ἀκρισίου ἄνευ κρίσεως. Nisi fortean dixit, non enim es Acrisii filia, intelligi volens, non enim es turri clusa ut Acrisii filia, sed prodire potes. Aut; Procede in publicum litigatura: non enim metus, ne quis tam deformem Jupiter te rapiat. *Th. M.*

94. Κρίθητι] Vid. *Suid.* v. ἀκρισία, & Δαναΐς. *M. du S.*

98. Τρίβωνα μὲν ἐπὶ πήραν ἔχοντα, ἀντὶ δὲ τοῦ βακτηρίας ὑπερογκον κεκραγότα] Melius τρίβωνα μὲν ἐπὶ πήραν ἔχοντα, ἔτι δὲ τὴν βακτηρίαν ὑπερογκον, κεκραγότα, &c. nempe κυνικόν. *Th. M.*

Τρίβωνα μὲν ἐπὶ πήραν ἔχοντα, ἀντὶ δὲ τοῦ βακτηρίας ὑπερογκον κεκραγότα] Hæc, ut leguntur, sunt nive frigidiora, & ne micam quidem salis habent. Sed unius voculæ emendatione patebit facetus salis jocus. Lego igitur ἐπὶ τῇ βακτηρίᾳ, non vero ἀντὶ τοῦ βακτηρίας. Jocus est, quod Cynicus ille innixus baculo, quod gestamen erat Cynicorum, contenta voce clamans se esse Antisthenis, Cratetis & Diogenis, & eorum sectæ imitatorem, a Demonacte irrisus est & subsannatus. *Imo* (inquit) *Hyperidis videris esse discipulus.* Ludens in voce Ὑπερίδης, quam ab ὑπερίδω fingit derivari, quod est *innitor*, eo quod innixus erat baculo. Hyperides autem fuit rhetor Athenensis celeberrimus, fortе

non vere, ſed oſtentationis cauſſa philoſopharentur. Unum enim videns Cynicum pallium quidem habentem ac peram, pro clava autem piſtillum, clamantem ultra modum, dicentemque ſe Antiſthenis, & Cratetis & Diogenis aemulum, *Noli mentiri*, inquit, *tu enim Hyperidis* (q. d. piſtoris, aut piſtillarii) *diſcipulus es.*

θειαν, ἀλλὰ πρὸς ἐπίδειξιν φιλοσοφοῦσιν. ἕνα γοῦν ἰδὼν Κυνικὸν, τρίβωνα μὲν καὶ πήραν ἔχοντα, [b] ἀντὶ δὲ τῆς βακτηρίας, ὑπέρογκον κεκραγότα, καὶ λέγοντα, ὅτι Ἀντισθένους, καὶ Κράτητος, καὶ Διογένους ἐστὶ ζηλωτὴς, Μὴ ψεύδου, ἔφη, σὺ γὰρ Ὑπερίδου μαθητὴς εἶ τυγχάνεις.

49. Cum multos Athletarum videret male pugnantes, & contra legem certaminis loco pancratii mordentes, *Haud injuria*, inquit, *hodiernos Athletas ſui ſectatores leones appellant.*

Ἐπεὶ μέντοι πολλοὺς τῶν ἀθλητῶν ἑώρα κακομαχοῦντας, καὶ παρὰ τὸν νόμον τὸν ἐναγώνιον, ἀντὶ τοῦ παγκρατιάζειν δάκνοντας, Οὐκ ἀπεικότως, ἔφη, τοὺς νῦν ἀθλητὰς οἱ παρομαρτοῦντες λέοντας καλοῦσιν.

50. Lepidum ſane illud quoque ipſius & mordax ſimul ad Proconſulem dictum. Erat is nempe ex eo numero, qui crura ac

Ἄτοπον δὴ καὶ κἀκεῖνο αὐτοῦ, καὶ δηκτικὸν ἅμα, τὸ πρὸς τὸν ἀνθύπατον εἰρημένον. ἦν μὲν γὰρ τῶν πιθηκιζόντων τὰ σκέλη, καὶ τὸ σῶμα ὅλον·

[b] Ἀντὶ] Sic Edd. Ἐπὶ τῇ βακτ. conjicit *Palm.* Ἔτι δὲ τὴν βακτ. *Vorſt.* & *Marcil.* Ἀνδ melius *Solan.*

3. † Ὑπερίδου μαθ.] Εἰς τὸ ἄρασθαι λεγόμενον ὡς ὑπερφίαλος διόμνυον. *V.*

† Ὑπερίδου] Hoc Schol. ad alia verba male relatum, duce *Solano* ſedi ſuae reddidi, & eodem monente ex V. ac C. τὸ ἄρασθαι dedi, pro vulgato τὸν βάσκανον. *J. F. R.*

9. Λέοντας καλοῦσιν] Καὶ γὰρ οἰόμεθα τοὺς ἀνδρείους, εἰς λεοντας ἀπεικάζοντες ‡ οὕτως λέγειν, λέων ἐσίν. *V.*

‡ Οὕτως λέγειν] Οὐ λέγει editum ante, ſine ſenſu, οὕτω eſſe in V. teſtatur idem, quo compendio ſatis commode ſignificari οὕτως λέγειν exiſtimat, jubetque conferri Scholium 5. quare & hic facile monenti parui. *J. F. R.*

te fuit etiam Philoſophus ejus nominis, de quo tamen nihil legi. *J. P. a G.*

99. Ἀντὶ δὲ τ[ῆ]ς βακτ.] Ego omnino pro ἀντὶ legendum cenſeo ἀπὸ, quam emendationem confirmabit Scholium. *M. du S.*

Ibid. Ὑπέρογκον κεκραγότα] Eam ſententiam eſſe hujus loci, quam in verſione dedi, certus ſum: hoc eſt, ὕπερον, *piſtillum* pro clava habuit hic Cyniſcus. τρίπηχυ fuiſſe nonnunquam h. e. *trium cubitorum*, hoc inſtrumentum, docet *Heſiodus* Ἔργ. f. 423. ubi vereor, ut figura antiqua antiquum ὕπερον cum ſuo ὄλμῳ recte expreſſerit: quam alioquin machinationem in hodierno civium ſuorum Hungarorum uſu eſſe, docuit me Collega optimus *J. A. Segnerus.* Nempe ὕπερον ſimplex lignum eſt, longum, teres, capitatum, coni certe formam habens &c. Ut μοχλὸς *vectis*, κόρηθρον *ſcopae*, ſic ὕπερον, *piſtillus*, ſimplicia ligna ſunto magica arte animata apud Noſtrum in Philopſeude. Et qui proverbium fecerunt, quo utitur auctor περὶ ἐρμηνείας S. 119. κοσμούμενον ὑπερον, ſimplex ſine dubio lignum, non machinam illam compoſitam, intellexit. Quare piſtillum ſine dubio geſtavit hic alter Diogenes. Sed de hoc ambigo, pepereritne ὕπερον illud τὸ ὑπέρογκον, quod plane huc non pertinet; an ab eo, ut fit, hauſtum devoratumque ſit. Nam utrumque Luciano dignum, ἔχοντα ἀντὶ βακτηρίας ὕπερον, ὑπέρογκον κεκραγότα, & ἔχοντα ἀντὶ βακτ. ὕπερον, κεκραγότα κ. τ. λ. Qui characterem quaſi dictorum Demonactis noſtri, & monetam norit, qui cogitarit; neceſſario deſiderari aliquid, quod pro baculo ſeu clava uſurparit Cyniſcus; qui *Hyperidis* nomen cum ὑπερον comparaverit: ille nobiſcum, puto ſentiet. *J. M. G.*

3. Ὑπερίδου] Hujus nominis Rhetorem fuiſſe notum, de quo *Plut.* in X. Rhet. 456. non me latet. Sed quid is ad rem praeſentem, aut quem aliunde intelligat, non ſatis aſſequor. Scholiaſta reſtitutus indicat ſine baculo fuiſſe, quod Cynico non conveniebat. Hinc ei alium magiſtrum aſſignat Demonax. Sed cur Hyperidem? An quia conviciator notus? Id vero ſi ex hiſtoria pateat, optimum efficiet Demonactis jocum. *M. du S.*

6. Παρὰ τὸν νόμον, τὸν ἐναγώνιον, ἀντὶ τοῦ παγκρατιάζειν δάκνοντας] Eſt in eam rem locus *Philoſtrati* luculentiſſimus in Imag. II. p. 818. οἱ παγκρατιάζοντες, ὦ παῖ, κινδυνεύουσιν ἐν προσχρῶν τῇ πάλῃ δεῖ γὰρ αὐτοῖς ὑπλισμῶν τε, οἱ μὴ εἰσὶν ἀσφαλεῖς τῷ παλαίοντι, καὶ συμπλοκῶν, ἐν αἷς ἀφειγίνεσθαι χρὴ, οἷον πίπτοντα. διὰ δὴ αὐτοὺς ἐν τέχνης εἰς τὸ ἄλλοτε ἄλλως ἄγχειν. οἱ δὲ αὖτοι ἐν σφυρῷ προσπαλαίουσι, καὶ τὴν χεῖρα στρέβλουσι, προσόντος τῷ παίοντι ἐνάλειμμα· τοιγὰρ τὸ παγκρατιάζειν ἔργα, πλὴν τοῦ δάκνειν ἢ ὀρύττειν. *M. du S.*

12. Πιττουμένων τὰ σκέλη] Vid. id ſupra expoſitum, in de Merced. Cond. c. 33. *J. F. R.*

24. Δρω-

ὅλον· Κυνικῷ δέ τινι ἐπὶ λίθον ἀναβάντος, καὶ αὐτὸ τοῦτο καθηγορήσαντος αὐτοῦ, ὡς εἰς παιδίαν ἁβρύνοντος, ἀγανακτήσας, καὶ [a] καθαρπαθῆναι τὸν Κυνικὸν κελεύσας, ἔμελλεν ἢ ξύλοις συντρίψειν, ἢ ὑπὸ φυγῆς ζημιώσειν· ἀλλ' ὅγε Δημώναξ εὐτυχὴς παρητεῖτο συγγνώμην ἔχειν αὐτῷ, κατά τινα πάτριον τοῖς Κυνικοῖς παῤῥησίαν θρασυνομένῳ. εἰπόντος δὲ τοῦ ἀνθυπάτου, Νῦν μέν σοι ἀφίημι αὐτόν, ἂν δ' ὕστερον τοιοῦτόν τι τολμήσῃ, τί παθεῖν ἄξιός ἐστι; καὶ ὁ Δημώναξ· Δρωπακισθῆναι τότε αὐτὸν κέλευσον.

totum corpus vellerent. Cynico autem quodam adscendente in lapidem, atque id ipsum accusante, mollitiemque illius traducente, indignatus, detrahique jubens Cynicum, aut fustibus contundere aut multare exilio parabat. Forte autem superveniens Demonax deprecatus est, veniam illi dari, qui patria quadam Cynicis libertate hoc ausus esset. Dicente vero Proconsule: *Jam quidem illum tibi dimitto, sed si in posterum tale quid ausus fuerit, quid pati dignus est?* Demonax, *Tum dropace illum velli jube*, inquit.

Ἄλλῳ δέ τινι γραμματέων ἅμα καὶ ἔθνους τοῦ μεγίστου τὴν ἀρχὴν ἐμπιστευθέντι ἐκ βασιλέως, ἐρομένῳ, πῶς ἂν τις ἄριστα ἄρξῃ; [b] Ἀόργητος, ἔφη, καὶ ὀλίγα μὲν λαλῶν, πολλὰ δὲ ἀκούων.

51. Alii cuidam, cui legionum & provinciae maximae imperium commissum fuerat ab Imperatore, interroganti, *Quomodo optime imperaret aliquis?* respondit: *Si non irascatur, & loquatur pauca, multa vero audiat.*

Ἐρομένῳ δέ τινι εἰ καὶ αὐτὸς πλακοῦντας ἐσθίει; Οἴει ἔφη, τοῖς μωροῖς τὰς μελίσσας τιθέναι τὰ κηρία;

52. Interrogante quodam, *Num & ipse placentas ederet? Putasne igitur*, inquit, *stultis favos strui ab apibus?*

Πρὸς δὲ τὴν Ποικίλην ἀνδριάντα ἰδὼν τὴν χεῖρα ἀπεκεκομμένον, Ὀψέ γε, ἔφη, Ἀθηναίοις εἰκόνι χαλκῇ τετιμῆσθαι τὸν Κυναίγειρον.

53. Ad Poecilen cum vidisset statuam manu truncatam, *Sero tandem*, ait, *statua aenea honoratum ab Athenienſibus Cynaegirum.*

Καὶ μὴν καὶ Ῥωφῖνον τὸν Κύπριον, λέγω δὲ τὸν χωλὸν, τὸν ἐκ τοῦ Περιπάτου, ἰδὼν

54. Rufinum Cyprium, dico autem illum claudum, illum de Peripato, videns mul-

[a] Καθαρπασθῆναι] Nil mut. *J. H. Fl. P.* [b] Ἀόργητος] Sic Edd. constanter.

24. Δρωπακισθῆναι] Ἀντὶ τοῦ, τὸ αὐτῆς αὐτὸν ἀξίωσον ἀτιμίας, ἧς ἐκ αὐτὸς σοι νῦν ἐπιμέμφεται, τὸ αὐτὸν δὲ τὸ πιττοῦσθαι τῷ δρωπακίζεσθαι· ἔστι δὲ ἄμφω, τὸ * τὰς τρίχας τοῦ παντὸς σώματος † μασᾶν χρίσμασι. *V.*

* Τὰς] Τὰς male Edit. *Cler.*
† Μασᾶν] Μασᾶν C.

id substantivo χεῖρε, quod articulo est tribuendum. Ille enim communis, immo omnis fit generis, eandem terminationem retinendo in τὼ. Nam si substantivum in sing. & plur. femininum revera fieret masculinum, idem dicendum foret de τέχνη, πόλις, &c. quia similiter τὼ τέχνα, τὼ πόλει, τὼ ἡμέρα invenitur. ut vid. ap. *Maittair.* de Dialect. p. 84. Qui tamen & haec ad enallagen generis refert, & ex *Thucyd.* τῶν πόλεων quoque producit. Quod si recte se habet, rarius tamen est (nam sic alibi non solet) adeoque articuli immobilitati, ut sic dicam, potius adscribendum duxerim, quam ipsi nomini. Aut potius, ut verum fatear, abusus est ab vulgari consuetudine introductus, qualis apud nos, quum dicimus 't wereldt loop / 't moeders lichaam / masculino articulo utentes in uno hoc genit. casu, pro femin. quae cum Graecis quibusdam abusibus similibus recte comparat Frater Car. *G. O. Reitz.* in Belg. Graec. p. 46. Conf. & *Scholiast.* Sophocl. supra ad *Piscat.* c. 20. adductum, qui etiam τῦ pro τῆς in sing. adducit ab Atticis usurpatum. Ego vero ταῖν χεροῖν utique praefero, etiamsi vel concederem *Wallisio* genus substantivi revera in dual. mutari, non articuli culpa; nam, modo probatum sit τοῖν χεροῖν olim scriptum dictumque, levius fuerit, vitiligare, fiatne hoc articuli culpa, an generis substantivi vera enallage. Quamvis adcurate loquendo distinguere malim. Nam cum δυοῖν omnis sit generis, minime sequitur, omne id substantivum femininum, cui δυοῖν adjungitur, in duali fieri masculinum. Simul autem hic notemus χεροῖν non esse poëticum, pro χερσοῖν, sed in pedestri sermone etiam usitatissimum, Nostroque proprium. *J. F. R.*

24. Μείζω τοῦτο] Lege τούτυ. *F. G.* Sed post inventum τοῦτον jam non opus est. *J. F. R.*

Ibid. Τοῦτον] Sic W. In omnibus impressis τοῦτο, minus commode. *M. du S.*

Ibid. Αὐτοῦ ἀνεστ.] Αὐτὸν. *F. G.* Sic opus erat, si τοῦτον legeretur: jam vero αὐτοῦ pertinebit ad ἀνδριάντα, nisi malis αὐτοῦ, vel potius αὐτῷ, quod magis placeret, etsi utrumque stare potest; hoc tamen potentius erit. *J. F. R.*

πα παραδείγματα. σὺ δὲ τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα ἐπαίνει αὐτὴν, μηδὲ ὑπὲρ τὸ πόδα ἔσω τὸ ὑποδημα, μὴ [a] καὶ ὀκριομίσῃ μέ, φησιν, ἐμπεριπατοῦσαν αὐτῷ. καὶ εἶνο δέ σοι εἰπεῖν ἐνετείλατο.

Ἀκούω, ἔφη, πολλῶν λεγόντων (εἰ δὲ ἀληθὲς, ὑμεῖς οἱ ἄνδρες ἴστε) μηδ' Ὀλυμπίασιν ἐξεῖναι [b] τοῖς νικῶσι μείζους τὰ σωμάτων [c] ἀνεστάναι τοὺς ἀνδριάντας, ἀλλ' ὀπιμελείας τοὺς Ἑλλανοδίκας, ὅπως μηδὲ εἰς ὑποβολὴν τὰ ἀληθειαν, ἢ τὴν ἐξέτασιν τῶν ἀνδριάντων ἀκριβεστέραν γίγνεσθαι τῶν ἀθλητῶν ἐγκρίσεως. ὥστε ὅρα, ἔφη, μὴ αἰτίαν λάβωμεν ψεύδεσθαι ἐν τῷ μέτρῳ, κατὰ ἡμῶν ἀνατρέψωσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι τὴν εἰκόνα.

Ταῦτα μὲν ἔλεγεν ἐκείνη. σὺ δὲ σκόπει, ὦ Λυκῖνε, ὅπως μελακοσμήσῃς τὸ βιβλίον, ἢ ἀφαιρήσῃς τὰ τοιαῦτα, μηδὲ σφαλῇς πρὸς τὸ θεῖον, ὡς ἐκείνη πάνυ γε αὐτὰ ἐδυσχέραινε, καὶ ὑπέφριττε μέλλοντα ἀναγινωσκομένων, καὶ παρητεῖτο τὰς θεὰς ἵλεως εἶναι αὐτῇ, καὶ συγγνώμη, εἰ γυναικεῖόν τι ἔπαθε. καίτοι εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ αὐτῷ ἐμοὶ [d] τοιοῦτόν τι [e] εἰπεῖν ἔδοξε. τὸ μὲν

tua exempla. Tu vero humanas illas ipsius virtutes lauda, neque pede major sit calceus, ne supplantet me, inquit, in illo incedentem. Etiam illud dicere me tibi praecepit.

11. Audio, inquit, multis dicentibus, (utrum verum sit, vos viri nostis;) neque Olympiae licere victoribus majores corporibus ponere statuas, sed curari ab Hellanodicis, ne quis verum excedat, & accuratius statuarum examen institui, quam ipsorum receptionem athletarum. Ergo vide, inquit, ne accusemur mendacii circa mensuram, ac nostram deinde imaginem Hellanodicae dejiciant.

12. Haec illa. Tu vero vide, Lycine, ut retractes librum, & talia auferas, neque in numen pecces: cum illa aegre admodum ea tulerit, & cohorruerit dum legerentur, & Deas, ut propitiae sibi essent, deprecata fuerit. Et ignoscendum illi, si quid muliebre ei accidisset. Ac profecto, si verum fatendum est, mihi quoque ipsi tale quid dicendum videbatur. Nam primo qui-

a Καὶ] Recte sic M. & Edd. plurimae. Δὲ male P. b Τοῖς] Nihil mutat W. Fl. J. V2. P. male τοὺς S. c Ἀνεστάναι] Ἑστάναι W. d Τοιοῦτόν τι] Sic & Fl. cum J. & M. habere notat Solan. e Εἰπεῖν] Παθεῖν L.

35. * Μὴ δὲ ὑπὲρ τὸ πόδα] Παροιμία ἐπὶ τῶν ὑπερτεινόντων ἀξιούντων τὰ καθ' ἑαυτοὺς πράγματα. ὃ ποιοῦσι φιλοῦσιν οἱ αὐχηματίαι. V.

* Μὴ δὲ] Reliqui hoc discretim scriptum, etsi μηδὲ junctim in Lucian. quia & alibi saepe variatur in Edd. quarum nonnullae fere semper μὴ δὲ disjungunt. J. F. R.

36. Μὴ ὀκριομίσῃ μέ φησιν ἐμπεριπατοῦσαν αὐτῷ] Interpres: *Ne illo* (calceo) *mihi inambulanti os obturet.* Verte: *Ne inambulans prona in os, in vultum, cadam.* Sic infra: ὅμως τὸ τρίχοιλα ἐπιχὼν, ἢ ἐμποδίσας ἐπισομιεῖ (Ex addendis *Graev.*) AE. M.

Μὴ ὀκριομίσῃ] Quid calceus laxus valeat ad ἐπισομίζειν, ad *os obturandum*, equidem me juxta cum stupidissimis ignorare fateor. Ut intelligamus, valere laxum calceum ad *evertendum*, ad *supplantandum* illum, qui eo utitur, ad hoc non magna opus est sapientia, & miror viros doctos, qui concoquere potuere *calceum os obturantem*. Utrum autem Lucianus pro ἐπισομίσῃ, quod vitiosum omnino est, posuerit ἐποσκιλίσῃ, an abstrusiore quodam usus sit, quod nondum inveni, non dixerim. Sed hoc video, tale quid vidisse etiam doctissimum *Solanum*, qui dederit, *ne inambulantem subvertat.* J. M. G.

Ibid. Ἐπισομίσῃ] An, in os cadere faciat? ἐπὶ σόμα πίπτειν ποιῇ; infra pag. 771. ὅπως τὸ τρίχοιλα ἐπιχὰν, ἢ ἐμποδίσας ἐπισομιεῖ. (Non invenio. Sed addo *Hor.* I. Epist. X. 43. *ut calceus olim si pede major erit, SUBVERTET.*) F. G.

40. Οἱ ἄνδρες] Duo hic sedulo observanda curiosis; Non licuisse feminis his interesse ludis. Quod differre docet etiam *Aelian.* V. H. X. 1. & iterum de *Anim.* V. 17. lege prohibitum. Adde *Pausan.* El. I. p. 153. 6. *Schol.* Pindari ad Ol. VII. p. m. 14. b. B. C. & *Val. Maxim.* VIII. extremo. Deinde justae magnitudinis statuas, quae decernebantur Olympionicis, positas: quorum posterius an a quoquam ante observatum sit, nes-

quidem audiens *recitantem*, peccatum nullum in ſcriptis animadverti. At poſtquam illa ſuam ſignificavit ſententiam, ipſe quoque ſimilia de iis ſentire incipio. Atque ſimile quid mihi uſu venit iis, quae in rebus illis obſervamus, quas oculis cernimus. Si enim plane ex proximo, & ſub ipſis oculis, videmus aliquid, nihil accurate diſcernimus: ſi vero recedentes aliquantulum, ex juſtae proportionis diſtantia ſpectemus, dilucide omnia apparent, quaeque recte, quaeque minus recte habent.

13. Nimirum homo quae ſit, eam Veneri & Junoni ſimilem pronuntiare, quid aliud eſt, quam aperte detrahere deabus? In talibus enim non tam quod parvum eſt majus fit illa compoſitione, quam minuitur majus, dum ad humilius deprimitur. Velut, ſi qui una eant, unus quidem admodum procerus, at alter ſtatura valde humili; deinde oporteat aequare illos, ne alter ſupra alterum emineat: non minore ſupra modum extendente ſe hoc fiat, ſi vel maxime in ſummos ſe digitos erigat: ſed ſi debent aequalis ſtaturae videri, major ille

γ᾽ πρῶτον ἀκύων, οὐδὲν [f] ἐπλημμέλησα, ἑνορῶν τοῖς γεγραμμένοις. ἐπεὶ δὲ ἐκείνη ἐπεσημήναλο, ἡ αὐτὸς ἄρχομαι τὰ ὅμοια γιγνώσκειν καὶ αὐτῇ· ἢ ὡσαύτως ἐπλησίόν τι ἔπαθον, οἷς ὅτι τὰ ὁρωμένων πάσχομεν. ἢν μὲ πάνυ ἐγγύθεν σκοπαμένη τι, ἢ ὑπὸ τὸ ὀφθαλμῷ αὐτῇ, οὐδὲν ἀκριβὲς διαγιγνώσκομεν· ἢν δὲ ἀποστάντες ἐκ τοῦ συμμέτρου διαστήματος ἴδωμεν, ἅπαντα σαφῶς καταφαίνεται τὰ εὖ, ἢ τὰ μὴ ὕπως ἔχοντα.

Τὸ δὴ ἄνθρωπον ὂσαν Ἀφροδίτῃ ἢ Ἥρᾳ εἰκάσαι, τί ἄλλο, ἢ ἀντικρὺς ἔστιν εὐτελίζειν τὰς θεάς; ἐν γὰ τοῖς τοιούτοις οὐχ ὕτω τὸ μικρὸν μεῖζον γίγνεται τῇ συνθέσει, ὡς τὸ μεῖζον ἀποσμικρύνεται, πρὸς τὸ ταπεινότερον καταστρώμενον· οἷον, εἴ τινες ἅμα βαδίζοιεν, ὁ μὲ μέγιστος, ὁ δὲ πάνυ τῇ ἡλικίᾳ χαμαίζηλος, εἶτα δέοιεν ἀπισῶσαι αὐτὺς, ὡς μὴ ὑπερέχειν θατέρῳ τὸ ἕτερον, ἀ τῷ βραχυτέρῳ ὑπερεπαλειομένῳ τοῦτο γένοιτ᾽ ἂν, κᾆν ὅτι μάλιστα [g] ἀκροποδητὶ ἐπεγείρῃ ἑαυτόν. ἀλλ᾽ εἰ μέλλοιεν ὁμήλικες φανεῖσθαι, ὁ μείζων ἐκείνου ὅπι-

χύ-

[f] Ἐπλημμέλησα] Sic bene quod ad orthographiam *Fl. B2. S. P.* & M. Ἐπλημίλ. male *J.* [g] Ἀκροποδητὶ] Sic Edd. & M.

neſcio; Certe ſpernendum non fuit. De ſtatuis Olympionicarum multa exempla habes apud eundem *Schol.* l. c. A. & B. *M. du S.*

Ibid. Μηδ᾽ Ὀλυμπιάσιν ἐξεῖναι ταῖς νικῶσι μείζους τὰ σώματα ἀνιστάναι τοὺς ἀνδριάντας] Typotheticum puto vitium eſſe ταῖς pro τοῖς· utique ſic recte omnes priores; & ratio ipſa poſtulat. *J. J.*

Μηδ᾽ Ὀλυμπίασιν ἐξεῖναι] Non omiſit hunc locum P. *Faber* Agoniſt. 2, 20. ubi plura in hanc rem, qui volet, inveniet. *J. M. G.*

46. Ἐγκρίσεως] Ἐγκρίνω judicio meo comprobatum admitto; adopto. *F. G.*

48. Ἑλλανοδίκαι] Conf. infra Περιγρ. c. 31. *M. du S.* Hoc ideo monuit, credo, quia hic in *J.* bis male Ἐλλανοδίκαι uno λ. exaratum; At infra l. c. recte habet eadem cum aliis; ſed pudet minutiarum. *J. F. R.*

55. Γυναικῶν τι] Imbecillum, verecundum nimis, & ſuperſtitioni proximum, ſecundum Ter. Heaut. 4, 1, 37. *Ut ſtultae & miſerae omnes ſumus religioſae.* Molliter accedit ad refellendum amicum. Potuit aliquis nimiam religionem Pantheae interpretari: ego quidem initio ſic putabam: ſed mutavi ſententiam. *J. M. G.*

57. Εἰκῶν ἴδοξε] Depravatus hic locus eſt, forſan deleto τοιοῦτον, recte habiturus. In L. pro εἰκῶν ἴδοξε, ſcriptum eſt παθῶν ἴδοξε. *M. du S.*

58. Ἐπλημ. ἑνορῶν] Forſan πλημμέλημα ἑνεώρων. *F. G.*

Ἐπλημ. ἑνορῶν] Forſan πλημμέλημα ἑνεώρων. Ego certe ex recepta lectione nullum ſenſum extundere me poſſe fateor. *M. du S.*

Ibid. Οὐδὲν ἐπλημμέλησα ἑνορῶν] Qui ad totam hujus loci ſententiam attenderit, illum videre puto, haec, ut leguntur Graece, ſenſum non habere idoneum. Verbo, legendum, quod vetus interpres, *Obſoroeus*, jam videtur animadverſiſſe, οὐδὲν πλημμέλημα ἑνεώρων, vel ἑνεώρων τοῖς γεγραμμένοις. Ita certe interpretatus ſum: & ita dediſſe jam video Cel. *Solanum*. *J. M. G.*

Ἐπλημ. ἑνορῶν] Viden' ut concinant *Gujet.* & *Solanus?* Conjectura placet; ſed num *Gujeto* illam ſubtraxerit noſter, non dixerim. Ceterum de conſtructione illa ἑνορῶν τινι, vide ſupra notata ad §. 1. hujus Dial. ubi Cl. *Geſn.* etiam πλημμέλημα legendum tacite monuit. *J. F. R.*

κύψει, καὶ ταπεινότερον ἀποφανεῖ ἑαυτόν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν ταῖς τοιαύταις εἰκόσιν, οὐχ ὅτως ἄνθρωπος μείζων γίγνεται, ἢν τις αὐτὸν θεῷ ἀπεικάζῃ, ὡς τὸ θεῖον ἀνάγκη ἐλαττοῦσθαι πρὸς τὸ ἐνδέον ὑπικλώμενον. καὶ εἰ μὲ νῦν ἀπορίας τῶν ὑπαγείων, ὑπὸ τὰ ὠράνια [a] ἐκτείνοιτό τις τὸν λόγον, ἥττονα ἂν ὁ τοιοῦτος αἰτίαν ἔχοι [b] νῦν ἀσεβείας αὐτὸ δρᾶν. σὺ δὲ τοσαῦτα ἔχων κάλλη γυναικῶν, Ἀφροδίτῃ καὶ Ἥρᾳ εἰκάσαι αὐτὴν ἐτόλμησας, οὐδὲν δέον.

Ὥστε τὸ ἄγαν τοῦτο καὶ ὀπίφθονον ἀφαίρει, ὦ Λυκῖνε. οὐ γὰρ πρὸς τοῦ σοῦ τρόπου τὸ τοιοῦτον, ὃς οὐδὲ ἄλλως ῥᾴδιος πρὸς τοὺς ἐπαίνους καὶ πρόχειρος ὢν ἐτύγχανες· ἀλλὰ νῦν οὐκ οἶδ' ὅπως ἀθρόαν πεποίησαι τὴν μεταβολήν, ἐπιδαψιλευόμενος, καὶ ἐκ τοῦ τέως φειδομένου ἄσωτος ἐν τοῖς ἐπαίνοις ἀνεπέφηνας. ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνο αἰσχυνθῇς, εἰ μεταρυθμιεῖς τὸν λόγον ἤδη ἐξεδεδομένον· ἐπεὶ καὶ Φειδίαν φασὶν ὕστερον ποιῆσαι, ὁπότε [c] ἐξειργάσατο τοῖς Ἠλείοις τὸν Δία. στάντα γὰρ αὐτὸν κατόπιν τῶν θυρῶν, ὁπότε τοπρῶτον ἀναπετάσας ἐπεδείκνυε τὸ ἔργον, ἐπακούειν τῶν αἰτιωμένων τι, ἢ ἐπαινούντων· ἠτιᾶτο δὲ, ὁ μὲν τὴν ῥῖνα, ὡς σκαιάν, ὁ δὲ ὡς ἐπιμηκέστερον τὸ πρόσωπον, ὁ δὲ ἄλλ-

inclinabit se *scilicet*, & se ostendet humiliorem: sic divinam naturam (*in tali comparatione*) minui necesse est, & ad imbecillius infringi. Ac si prae inopia terrestrium, ad caelestia sermonem extendat aliquis, minorem ille culpam sustinuerit, quasi prae impietate hoc faciat: Tu, tot cum habeas mulierum formas, Veneri illam & Junoni similem dicere ausus es, sine ulla necessitate.

14. Itaque quod nimium est & invidiosum aufer, Lycine: neque enim tuorum tale quid morum est, qui neque alias facilis ad laudes & promtus esse soleas, sed nunc nescio quomodo subitam mutationem feceris ista liberalitate, atque ex parco ad illum diem prodigus in laudando exstiteris. Verum neque illud te pudeat, si retractes librum jam in vulgus editum: quandoquidem etiam Phidiam sic feciisse ajunt, cum Jovem Eleis elaborasset. Stantem enim post valvas *aediculae*, cum primum illis remotis opus ostenderet, audisse reprehendentes aliquid, aut laudantes. Reprehendebat autem alius quidem nasum, ut nimis crassum, alius faciem longiorem, alius aliud quid. Dein-

a Ἐκτείνοιτο] Ἐκτείνει W. Nil mut. *Fl.* nec *J. P.* &c. b Ὑπὸ] Ἀπὸ *P.* c Ἐξειργάσατο] Ἐξειργάσαλο M.

85. Ἐπικλώμενον] *Inflexum. F. G.* Sed *Bened.* jam dederat *reflexum*; nec *Gujeti* notam addidissem, nisi viderem *Obsopoeum* vertisse *derivata*, quod aliquanto longius a Graeco recedit, ideoque hoc emendare *Gujetus* voluit. Nam ἐπικλᾶσθαι pro *debilitari, infringi animo* frequens. *Thucyd.* III. 59. p. 204. f. Φύσασθαι δὲ ἐπικλασθῆναι τῇ γνώμῃ οἴεσθαι σώφρονα λαβόντας. Et IV. 37. p. 261. εἴ πως τῷ κηρύγματι ἀκούσαιεν ἐπικλασθεῖεν τῇ γνώμῃ. *Dion. Hal.* Ant. VII. p. 466. Ed. *Lipsi.* παθεῖν τι, καὶ ἐπικλασθῆναι τὰς γνώμας. Idem VI. 382. ἀλλ' ἐπικλάσθητι καὶ εἶξατε. Hinc & pro *flecti, inclinari ad aliquid*, ap. eumd. I. 64. vers. 32. ἐπικλασθῆναι δὲ τὸν Ἀμούλιον εἰς τοῦτο, ἐκπαυούσης τὸ θυγατρὸς, unde Luciani sensus facile patet. Conf. nostrum *Tox.* c. 20. *J. F. R.*

95. Ἐπαίνοις] Cum haec itaque scriberet clarus jam scriptis Lucianus fuerit oportet, imo non scriptis tantum quibuslibet, sed Satyra, nisi me conjectura fallit. Hoc enim verba ista innuunt. *M. du S.*

16. Παρ'] W. recte. In impressis ἀπ'. Vide c. 16. ubi bis occurrit illud ὑπό. *M. du S.*

Ἀπ' ἐκείνης] Etsi verum est παρὰ quod W. habet, hic fore usitatius, ut *Long. Past.* III. p. 130. παρ' ἐμοῦ δὲ αἱ τριχιλίαι (scil. δραχμαὶ) ἀπὸ me feres has ter mille drachmas. *Herodian.* I. 1. 4. ἐγὼ δ' ἰσορίαν ὑ παρ' ἄλλων ἀποδιξάμενος. Et saepiss. alibi ap. hunc aliosque; ideo tamen ἀπὸ quod in Edd. est, (& sine dubio etiam in aliis Codd. quia nihil ex iis varietatis notatum invenio) non rejicio cum *Solano*. Nam in ipso verbo ἀποδιξάμενος, licet cum ὑπό jungatur, praepositio ἀπὸ inest. At non satis est ex compositis ratiocinari. Verum quid obstat, quo minus ἀπ' ἐκείνης acci-

Deinde cum discessissent, rursus Phidiam incluſum emendasse & correxisse signum de plurium sententia. Neque enim putabat parvum esse consilium tanti populi, sed necesse semper esse, ut multi plus videant uno, si vel sit Phidias. Haec tibi ab illa adfero, & ipse hortor sodalis tuus atque amicus.

15. LYC. Quantum te oratorem, Polystrate, ignoravi! Orationem quidem adeo longam, & tantam contra scriptum meum accusationem protulisti, ut neque spes mihi defensionis ulla relicta sit. Verum enim vero hoc non pro forma & consuetudine judiciorum fecistis, tu maxime, quod indicta caussa judicium dedisti contra libellum, non praesente ipsius advocato. Facillimum autem, puto, hoc est ex proverbio, vincere cum solus curras. Itaque nihil mirum, si & nos caussa cecidimus, neque aqua nobis infusa, neque concessa caussae dicendae facultate. Potius autem, quod quidem omnium minime conveniebat, accusatores iidem fuistis & judices. Utrum igitur vis, contentus decretis *vestris* quiescam, an Himerensis poëtae exemplo palinodian scribam; an vero provocandi mihi

λῶ ἄλλο τι. εἶτ' ἐπειδὴ ἀπηλλάγησαν οἱ θεαταὶ, αὖθις τ Φειδίαν, ἐγκλεισάμενον ἑαυτὸν, ἐπανορθοῦν καὶ ῥυθμίζειν τὸ ἄγαλμα πρὸς τὸ τοῖς πλείστοις δοκοῦν. εἰ γὰρ ἡγεῖτο μικρὰν εἶναι συμβολὴν δῆμον τοσοῦτον, ἀλλ' ἀεὶ ἀναγκαῖον [d] ὑπάρχειν τοὺς πολλοὺς βέλτιστόν τι ὁρᾶν τοῦ ἑνός, κἂν Φειδίας ᾖ. ταῦτά σοι [e] ἀπ' ἐκείνης κομίζω, καὶ αὐτὸς ἐπαινῶ, ἑταῖρός τε, καὶ εὔνους ὤν.

ΛΥΚ. Πολύστρατε, οἷον ὢν ῥήτωρ ἐλελήθεις με. ῥῆσιν γοῦν οὕτω μακρὰν, καὶ κατηγορίαν τοσαύτην ἐξενήνοχας κατὰ τοῦ συγγράμματος, ὥστε μηδὲ ἐλπίδα μοι ἀπολογίας ἔτι καταλείπειν· πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνό γε οὐ δικαστικὸν ἐποιήσατε, καὶ μάλιστα αὖ, ἐρήμην καταδικάσαντες τοῦ βιβλίου, μὴ παρόντος αὐτῷ τοῦ συνηγόρου. ῥᾷστον δὲ, οἶμαι, τοῦτό ἐστι, κατὰ τὴν παροιμίαν, Μόνον θέοντα κρατεῖν· ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἡμεῖς ἐάλωμεν, οὔτε ὕδατος ἡμῖν [f] ἐγχυθέντος, οὔτε ἀπολογίας ἀποδοθείσης. μᾶλλον δὲ τοῦτο πάντων ἀτοπώτατον, οἱ αὐτοὶ κατήγοροι καὶ δικασταὶ ἦτε. πότερα δ' ἂν ἐθέλεις, ἀγαπήσας τοῖς [g] ἐγνωσμένοις ἡσυχίαν ἄγω, ἢ, κατὰ τὸν Ἱμεραῖον ποιητὴν, παλινῳδίαν τινὰ συγγράφω; ἢ δώσετέ μοι ἐφέσιμόν [h] τινα

d Ὑπάρχειν] Ὑπάρχει W. *e* Ἀπ'] Sic Edd. Παρ' W. *f.* Ἐγχυθέντος] Ἐκχυθέντος male Edd. priores. *g* Ἐγνωσμένοις] Ἐγνωσμ. male *f.* sola. *h* Τινα] Deest in W. Sed pro γενέσθαι legitur ἀγωνίσασθαι.

33. Ἱμεραῖον ποιητὴν] Τὸν Στησίχορον λέγει. *G.*

cipiatur ut locus unde ille ferens venit? hoc enim sensu ἀπὸ est frequentissimum, etsi non locus, sed persona nominatur, ut ap. eumd. *Herod.* III. 5. 11. Οὔτε γάρ τις — ἀπὸ τοῦ Σεβήρου ἀφικνεῖται. Sic σκῦλα ἀπὸ ἡμῶν sunt spolia a nobis ablata, sive *de nobis*, ap. *Thucyd.* III. c. 57. 83. Immo quia λαμβάνειν ἀπό τινος, ἀπ' οἴκου, & similia, recte dicuntur, quidni & κομίζειν sic possit construi, non video, licet exempla jam non succurrant. *J. F. R.*

28. Ἐγχυθέντος] Antea in omnibus impr. & ipso M. legebatur hic & c. 29. ἐκχυθέντος, pessime. Ego sedulo mutavi, vide Ἀποκηρ. c. 8. ubi recte scribitur, & in Δικ. passim; ne te jam ad alios innumeros scriptores amandem, apud quos forensis illa Formula nunquam aliter effertur. *M. du S.*

33. Ἱμεραῖον] Τὸν Στησίχορον. *F. G.*

Ἱμεραῖον ποιητὴν] Quem hic intelligat si nescias, disces ex Nostro in *Vera Hist.* II. c. 15. Certe non *Theocritum*, qui *Syracusanus*; *Himeraeum* autem fuisse *Stesichorum*, diserte docemur apud *Platonem* in Phaedro (citatum *Stephano* in Lyric. p. 147. b.) Ad Stesichorum etiam recte referunt *Coll.* *M. du S.*

Ibid. Κατὰ τὸν Ἱμεραῖον ποιητὴν] Stesichorum, qui carmine laeserat Helenam, &, coecitate sibi a fratribus illius immissa, palinodia eam placavit. Nota vel ex Nostro fabula. *J. M. G.*

να γενέσθαι τὴν δίκην; ΠΟΛ. Νὴ Δί', ἥνπερ ἔχεις τι δίκαιον εἰπεῖν. ἐν γὰρ ἀντιδίκοις, ὡς σὺ φῂς, ἀλλ' ἐν φίλοις ποιήσῃ τὴν ἀπολογίαν. ἐγὼ δὲ, καὶ συνεξετάζεσθαί σοι ἕτοιμος ὅπῃ τὴν δίκης.

ΛΥΚ. Ἀλλ' ἐκεῖνο ἀνιαρὸν, ὦ Πολύστρατε, ὅτι μὴ ἐκείνης παρούσης ποιήσομαι τοὺς λόγους μακρῷ γὰρ ἂν ἄμεινον ἦν. νῦν δὲ ἀνάγκη ἀπ' ἐντολῆς ἀπολογήσασθαι. ἀλλ' εἴ μοι τοιοῦτος ἀγγελιαφόρος γένοιο πρὸς αὐτὴν, οἷος παρ' ἐκείνης πρὸς μὲ γεγένησαι, τολμήσω ἀναρρίψαι τὸν κύβον. ΠΟΛ. Θάρρει, ὦ Λυκῖνε, τούτου γε ἕνεκα, ὡς ἐὰν φαῦλόν με ὑποκριτὴν ἔχῃς τῆς ἀπολογίας, πειρώμενος ἀφ' βραχέων εἰπεῖν, ὡς ἂν μᾶλλον μνημονεύσαιμι. ΛΥΚ. Καὶ μὴν πάνυ μὲ ἔδει μακρῶν τῶν λόγων, πρὸς οὕτω σφοδρὰν τὴν κατηγορίαν. ὅμως δὲ, σοῦ ἕνεκα ἐπιτεμοῦμαι τὴν ἀπολογίαν· καὶ παρ' ἐμοῦ τοίνυν τάδε αὐτῇ ἀπάγγελε. ΠΟΛ. Μηδαμῶς, ὦ Λυκῖνε, ἀλλ' ὥσπερ αὐτῆς ἐκείνης παρούσης λέγε τὸν λόγον, εἶτ' ἐγὼ μιμήσομαί σε πρὸς αὐτήν. ΛΥΚ. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὕτω σοι δοκεῖ, ὦ Πολύστρατε, ἢ μὲν πάρεστι, καὶ προείρηκε δηλαδὴ ἐκεῖνα, ὁπόσα σὺ παρ' αὐτῆς ἀπήγγελας· ἡμᾶς δὲ χρὴ τὸν δευτέρων λόγων ἐναρχέσθαι. καίτοι, ἐγὼ γὰρ οἶκνήσω πρὸς σὲ εἰπεῖν ὃ πέπονθα, οὐκ οἶδ' ὅπως φοβερώτερόν μοι τὸ πρᾶγμα πεποίηκας, καὶ, ὡς ὁρᾷς, ἱδρῶ τε ἤδη, καὶ δέδοικα, καὶ μονονουχὶ καὶ ὁρᾶν αὐτῇ οἶμαι, καὶ τὸ πρᾶγμα πολλήν μοι τὴν ταραχὴν πεποίηκεν. ἄρξομαι δ' ὅμως· ἐὰν γὰρ οἷόν τε ἀναδῦναι, ἤδη παρούσης. ΠΟΛ. Καὶ, νὴ Δία, πολλὴν τὴν εὐμένειαν ἐπιφαίνει τῷ προσώπῳ· φαιδρὰ γὰρ, ὡς ὁρᾷς, καὶ προσηνής, ὥστε θαρρῶν λέγε τὸν λόγον.

copiam dabitis? POL. Per Jovem, siquidem habueris quod de jure dicas. Neque enim adversariis, ut tu vocas, sed inter amicos caussam dices. Ego vero idem judicium tecum subire paratus sum.

16. LYC. At illud molestum, Polystrate, quod non illa praesente habebo orationem: longe enim sic esset melius. Jam vero necesse est mandata alteri caussa defungi. Verum si talis mihi ad illam internuntius fueris, qualis ab illa ad me fuisti, jacere aleam audebo. POL. Bono animo, quantum ad hoc, esto Lycine, nec enim malum me defensionis tuae apud illam actorem habebis, si breviter dicere studeas, quo facilius memoria complectar. LYC. Atqui longissima mihi oratione opus erat, adversus vehementem adeo accusationem. Veruntamen tua caussa in compendium mittam defensionem. A me igitur ista illi renuntia. POL. Nequaquam, Lycine. Sed tanquam illa praesente habe orationem: tum ego apud illam te imitabor. LYC. Igitur quando ita tibi videtur, Polystrate, ipsa jam adest, & prior dixit nimirum quaecumque tu ab ipsa mihi renuntiasti: nos autem oportet altero jam loco dicere incipere. Quamquam, neque enim dicere apud te piget, quid mihi acciderit, terribilius mihi, nescio qua ratione hoc negotium reddidisti: atque, ut vides, sudo jam, & pertimui, ac tantum non videre etiam ipsam mihi videor, multamque mihi perturbationem haec res objecit. Veruntamen incipiam; nam subducere me, ipsa jam praesente, non est integrum. POL. Ac multam, ita me Jupiter, benevolentiam ipso vultu prae se fert. Hilaris enim, ut vides, & propitia est. Itaque fidenter orationem habe.

17. LYC.

36. Ἀντιδίκοις] Forsan σὺ ἀντιδίκοις. F.G.
Ἐν ἀντιδίκοις] Particulam σὺ, quae in libris nostris exciderat, omnino restituendam duxi. Abscissa haec erant cum margine in M. M. du S.

68. Ἀναδῦναι] Conf. infra Περιγρ. §. 26. M. du S.

73. Πέρα τῆς μέτρου] At supra de Salt. c. 21. πέρα τῆ μετρίᾳ. Prius Nostro frequentius. Sed & alterum rectum, ejusque exemplum ex Sozom. dedit Cl. Hemst. T. I. Nigr. c. 30. f. J.F.R.

76. Ἐν μεγάλῳ τιθεμένη] Sic e contrario, σὺ γέλωτι ποιῇ-

17. LYC. Ego te, mulierum praestantissima, cum vehementer, ut ais, & ultra modum laudaverim, non video qua in re laudaverim tantum, quantum ipsa de te praeconium illud protulisti, quod magni adeo facis honorem numinis. Prope enim illis quae de te dixi omnibus illud majus est: & venia mihi *debetur*, si non hanc quoque tibi imaginem depinxi, quae propter ignorantiam me fugerit. Neque enim aliam ante illam pinxissem. Itaque hac quidem parte adeo non excessisse modum in laudando mihi videor, ut potius multo tenuius quam pro dignitate dixerim. Considera igitur quantum hoc *sit quod* praetermisi, quam immensum ad boni moris, & recti animi demonstrationem; quatenus, quicunque divinum numen non obiter colunt, iidem etiam adversus homines optimi fuerint. Itaque si omnino retractare orationem oporteat, & simulacrum corrigere; auferre quidem de illo nihil ausim, sed illud tanquam caput totius operis atque verticem adjecerim. Verum eo nomine gratiam tibi me, & magnam quidem, habere fateor. Cum enim illam animi tui moderationem laudaverim, & quod nihil in te superbum, nihil tumidum praesens rerum amplitudo produxit; tu tales ob caussas libellum accusans, veritatis fidem laudationi fecisti. Etenim non avide rapere ad se talia praeconia, sed pudore propter ea confundi, & majora quam quae tibi conveniant dicere, *id ipsum vero* moderati & civilis animi specimen est. Verum quanto magis ad ipsas laudes sic affecta animo es, tanto te demonstras summis laudibus digniorem. Ac pene ad illud Diogenis dictum tibi res pervenit, qui interrogante quodam, Quomo-

ΛΥΚ. Ἐγώ σε, ὦ γυναικῶν ἀρίστη, μεγάλα, ὡς φῄς, ᾗ πέρα τοῦ μέτρου ἐπαινέσας, οὐχ ὁρῶ ὅτι τηλικοῦτον ἐπήνεσα, ἡλίσκου αὐτὴ σὺ τοῦτο ἐγκώμιον ὑπὲρ σεαυτῆς ἐξενήνοχας, τὸ πρὸς τὸ θεῖον τιμὴν ἐν μεγάλῳ τιθεμένη. σχεδὸν γὰρ ἁπάντων τοῦτο μεῖζον, ὧν εἴρηκα περὶ σοῦ, καὶ συγγνώμη, εἰ μὴ καὶ ταύτῃ σοι [a] προσέγραψα τὴν εἰκόνα, ὑπ' ἀγνοίας με λαθοῦσαν. ἑτέραν γὰρ ἂν ἄλλην πρὸ αὐτῆς ἐγραφάμην· ὥστε ταύτῃ γε οὐκ ὄπως ὑπερβάλλεσθαι τοὺς ἐπαίνους, ἀλλὰ πολὺ καταδεέστερόν μοι δοκῶ τῆς ἀξίας εἰρηκέναι. σκόπει γοῦν, ἡλίκον τοῦτο παρέλιπον, ὡς παμμέγεθες εἰς ἐπίδειξιν τρόπου χρηστοῦ, καὶ γνώμης ὀρθῆς· ὡς ὅσοι τὸ θεῖον μὴ ἐν παρέργῳ σέβουσιν, οὗτοι καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους ἄριστοι ἂν εἶεν. ὥστε εἴ πάντως μεταχοσμῆσαι δέοι τὸν λόγον, καὶ τὸ ἄγαλμα ἐπανορθώσασθαι, ἀφελεῖν μὲν οὐκ ἂν τι τολμήσαιμι αὐτοῦ· προσθήσω δὲ καὶ τοῦτο, ὥς τινα κεφαλὴν τοῦ παντὸς ἔργου, καὶ κορυφήν. ἐπ' ἐκείνῳ μέντοι καὶ πάνυ πολλήν σοι εἰδέναι τὴν χάριν ὁμολογῶ. ἐμοῦ γὰρ ἐπαινέσαντος τὸ μέτριον τοῦ σοῦ τρόπου, καὶ ὅτι μηδὲν ὑπερπετὲς, μηδὲ τύφου μεστὸν ἐνεποίησέ σοι ὁ παρὼν ὄγκος τῶν πραγμάτων, σὺ τὰ τοιαῦτα αἰτιασαμένη τοῦ λόγου, ὑπέστως τοῦ ἐπαίνου τὴν ἀλήθειαν. τὸ γὰρ μὴ προαρπάζειν τὰ τοιαῦτα τῶν ἐγκωμίων, ἀλλ' αἰδεῖσθαι ἐπ' αὐτοῖς, καὶ μείζω ἢ κατὰ σὲ εἶναι λέγειν, μετρίας καὶ δημοτικῆς τινος διανοίας δεῖγμά ἐστι. πλὴν ἀλλ' ὅσῳ περ ἂν πρὸς τὸ ἐπαινεῖσθαι αὐτὸ οὕτω διαχειμένη [b] τυγχάνεις, [c] τοσούτῳ ἀξιωτέρα ὑπερεπαινεῖσθαι ἀποφαίνεις [d] σεαυτήν. καὶ σχεδὸν ἐς τὴν τοῦ Διογένους λόγον περιελήλυθέ σοι τὸ πρᾶγμα, ὃς

a Προσέγραψα] Προέγραψα P. sola. b Τυγχάνεις] Ita dedi ex Ba. & M. Τυγχάνης Ald. Fl. J. P. S. H. c Τοσούτῳ ἀξιωτέρα] Τοσοῦτον ἀξιωτέραν ἀ. ὑ. αὐτὴν Fl. At vulgatam etiam servat M. ἀξιωτ. media correpta male J. d Σεαυτὴν] Αὐτὴν Ex. Fl. Vulgatum σεαυτὴν tamen etiam est in P.

ποιήσαιτο. Quom. Hist. c. 32. Infra, Tox. c. 22. f. οὐ παιδιᾷ ἐκείνοντο. Sic Herodian. 2. 7. 4. εἶχον τὸ καταφρονήσαι, aliique passim. J. F. R.

4. Ὅσῳ] Omisso μᾶλλον, conf. supra Amor. c. 17. M. de S. Conf. potius supra notata ad T. I. pro Lapsu c. 12. Et infra ad Gall. c. 18. m. J. F. R.

14. Ἐκα-

ὡς ἐρομένῳ τινὸς, ὅπως ἄν τις ἔνδοξος γένοιτο; εἰ δόξης, ἔφη, καταφρονήσειε· φαίην γὰρ ἂν κἀγὼ αὐτὸς, εἴ τις ἔροιτό με, Τίνες εἰσὶ μάλιστα ἐπαίνου ἄξιοι; ὁπόσοι ἐπαινεῖσθαι μὴ θέλουσιν.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξαγώνια, καὶ πόρρω τοῦ πράγματος. ὑπὲρ δὲ οὗ χρὴ ἐπολογήσασθαι, τοῦτό ἐστιν, ὅτι τῇ ἐν Κνίδῳ, καὶ κήποις, καὶ Ἥρᾳ, καὶ Ἀθηνᾷ, τὴν μορφὴν ἀναπλάττων εἰκασα. ταῦτά σοι ἐκμέτρα ἔδοξε, καὶ ὑπὲρ τῆς ᾠδῆς. σοὶ αὐτῇ δὴ τούτων ἐρῶ. καίτοι παλαιὸς ἔτος ὁ λόγος, ἀνευθύνους εἶναι ποιητὰς καὶ γραφέας. τοὺς δὲ ἐπαινοῦντας καὶ μᾶλλον, οἶμαι, εἰ καὶ χαμαὶ καὶ βάδην, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ

do gloriam quis posset consequi? si gloriam, inquit, contemserit. Nam ipse quoque, si quis ex me quaerat, Qui sint maxima laude digni? dixerim, qui laudari minime volunt.

18. Sed ista forte extra quaestionem sunt, & a caussa sejuncta. Pro quo autem nunc jam caussa dicenda, illud est, quod Cnidiae *Veneri*, & *quae* in Hortis *colitur*, & Junoni, & Minervae similem dixi, cum formam tuam effingerem: haec modum tibi pedemque excedere visa sunt: de his igitur ipsis dicam. Quamquam antiquum illud dictum est, ad caussam dicendam non vocari poëtas, & pictores, & qui laudant, hosque minus etiam, puto, etsi humi & pedestri, ut nos, oratione, non per metra fe-

a Ἐκμέτρα] Sic *Ald. J. Fl. Fr. P. H. S. A.* & M. Ἐμμέτρα Ed. *Marcil.* male.

14. Ἐξαγώνια] Id est ἔξω τοῦ ἀγῶνος ὄντα. *F. G.*

18. Ταῦτά σοι ἐμμέτρα ἔδοξε] Ταῦτά σοι ἄμετρα ἔδοξε. Itaque adjungit, καὶ ὑπὲρ τῆς ᾠδῆς. *Th. M.*

Ταῦτά σοι ἐκμέτρα ἔδοξε] Quod Editionem *Marcilii* male habere ἐμμέτρα in variantibus notarit *Solanus*, id nescio an potius vitium typographicum sit in *Marcilii* notis; nam *Bourdelotii*, *Marcilii*, & *Cognati* notae iis plenae sunt, maxime tamen prioris illius. Sed nihil refert; nam ἐμμέτρα manifesto falsum est; quaeritur enim tantum, anne praestet ἄμετρα pro ἐκμέτρα; prius certe frequentius occurrit. At alterum quoque sic legit in Luciano *H. Steph.* Et adverb. etiam ἐκμέτρως adducit aliunde. De quo potius, si dubites, vid. *Polluc.* V. S. 167. τὸ δὲ ἀμέτρως λέγειν, εἰ μὲ κατὰ τὸ πλέον, ἐκμέτρως &c. Ipsum vero ἐκμετρῶς vel quater occurrit ap. eundem, quod cum ex Indice adpareat, transscribere nolo. Immo jam fere credo ἐμμέτρον in *Marcil.* editione lectum, alioqui non emendassset. Nos certe jam nihil mutamus. *J. F. R.*

19. Ὑπὲρ τῆς ᾠδῆς] Vide Paroemiogr. *J. B.*

21. Ποιητὰς] Horat. — *Pictoribus atque poëtis*
Quid libet audendi semper fuit aequa potestas.
M. du S.

23. Εἰ δὲ χαμαὶ καὶ βάδην, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ μέτρων φέροιτο] Notanda locutio, ἐπὶ μέτρων φέρεσθαι, quae non denotat, *praeter modum ferri*, ut inepte interpres; sed *in metris*, h. e. *oratione ligata uti*, quemadmodum contra, χαμαὶ δὲ βάδην φέρεσθαι, *oratione prosa uti*. Similis locus est in *Bis Accusato* c. 33. καὶ ὅτε πιζὸς εἰμι, ὅτε ἐπὶ τῶν μέτρων (sic enim ibi legendum, pro μετεώρων, recte monuit ὁ πάνυ *Graevius*) βέβηκα. *L. Bos.*

Εἰ δὲ χαμαὶ καὶ βάδην ὥσπερ ἡμεῖς &c.] Nisi nimis notum arbitrarer, adderem *Horat.* 2. Od. 12. 9. —

tuque pedestribus Dices historiis praelia Caesaris, Maecenas, melius. *J. F. R.*

24. Ἐπὶ μέτρων] Conf. infr. Δικ. c. 33. f. *M. du S.*

Ibid. Ἐλευθέρου γάρ τι ὁ ἔπαινος] Caecina ad Ciceronem fam. 6, 7. cum de caeteris scribendi generibus dixisset, *solum*, inquit, *liberum alterum laudare, de quo quidquid detrahas, necesse est aut infirmitati aut invidiae adsignetur.* Quam vere, hic non disputamus. *J. M. G.*

31. Ἐκεῖνο δέ [σε] φημὶ [τοιαύτας — λόγων] An sic legendum? ἐκεῖνο δὲ φημὶ ὡς χρὴ τὰ ἐπαινοῦντα, καὶ εἰκόσι, &c. Locus integer non videtur. Curvis lineis inclusa glossemata videntur. *F. G.*

Ἐκεῖνο δέ σε φημὶ] Nihil inficetius interpretatione, quam qua Graeca haec, [Ἐκεῖνο δέ σε φημὶ τοιαύτας ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπαινετικῶν τούτων λόγων, ὡς χρὴ τὰ ἐπαινοῦντα εἰκόσι, καὶ ὁμοιώσεσι προσχρῆσθαι.] vertuntur, *Illud vero dico, ejusmodi nobis esse laudativarum orationum occasiones, quomodo imaginibus & comparationibus laudatorem uti oporteat.* Nihil, dico, inficetius. *Marcilius* hic inculcat post ἡμῖν verbum integrum παρεχηκέναι. Cogitabam ego pro ἐκεῖνο legendum εἶναι; & certe si ita scripsisset Lucianus, sensus foret satis absolutus. At nec hoc, nec illud, si recte consideremus, summopere necessarium. Dixerat Lucianus, plerosque, qui laudandum quempiam suscipiant, omnes vires in id intendere, ut rem gestam, quantum possint, verbis ornent ac amplificent; idque iis quodammodo licere, quum laudatio sit res libera, nullisque terminis circumscripta. Sibi vero, qui eam feminam (ad quam hic loquitur) in priori libello omnibus pulchritudinis & venustatis coloribus depinxerit, praestantissimis formae & virtutum a quaque femina & Dea exemplis atque imaginibus desumptis,

&

ferantur. Liberum enim quiddam laus est: nec est modus illius ad magnitudinem aut brevitatem lege constitutus: sed hoc solum videt undique, ut in summa admiratione ponat, & aemulatione dignum ostendat eum qui laudatur. Verum hac non incedam equidem, ne *alterius* consilii inopia hoc facere tibi etiam videar.

19. At illud dico, tales *esse* nobis laudandi locos & formas, ut is qui laudat, imaginibus similitudinibusque utatur. Et in hoc *laudandi opere* illud fere maximum, bene comparare. Porro illud bene, sic maxime judicetur, non si quis paribus aliquid comparet, neque si ad vilius quid collaμὴ ὅτι μέτρων φέροιτο. ἐλεύθερον γάρ τι ὁ ἔπαινος, οὐδ' ἔστιν αὐτῷ μέτρον εἰς μέγεθος ἢ [b] βραχύτητα νενομοθετημένον, ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἐξάπαντος ὁρᾷ, ὅπως ὑπερθαυμάσεται, καὶ ζηλωτὸν ἀποφανεῖ τὸν ἐπαινούμενον. εἰ μὲν ταύτῃ ἐγὼ βαδίσομαι, μὴ καὶ ὀψοὶ δόξω ὑπ' ἀπορίας αὐτὸ δρᾶν.

Ἐκεῖνο δέ σε φημὶ, τοιαύτας ἡμῖν [c] τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπαινετικῶν τούτων λόγων, ὡς χρὴ τὸν ἐπαινοῦντα, καὶ εἰκόσι καὶ ὁμοιώσεσι προσχρῆσθαι, καὶ σχεδὸν ἐν τούτῳ τὸ μέγιστόν ἐστιν εὖ εἰκάσαι· τὸ δὲ εὖ, ὧδε μάλιστα κρίνοιτο· οὐκ ἂν τις [d] τοῖς ὁμοίοις προσβάλλοι, οὐδ' ἂν πρὸς τὸ εὐτελέστερον ποιῆται

[b] Βραχύτητα] Βραδύτητα male W. & *Fl.* Nil mutant vulgatam cett. nec P. [c] Τὰς ἀφορμὰς] Παραχωρεῖσθαι addit *Marc.* Sed non adest in ulla Ed. nec in M. [d] Τοῖς] Abest ab *J.* Adest in cett. & M.

& ad hanc unam translatis, nulla laudum amplificatione opus esse; quum feminae hujus dotes tantae sint, tamque uberem laudationis praestent materiam, ut, si velit veram ejus dare descriptionem, ad comparationes & imagines hominum Dearumque, animi corporisque virtutibus illustrium, se debeat convertere. Haec ergo Graeca ita vertes; *Illud autem dico, te unam tot encomiorum nobis esse ansas, ut laudatorem oporteat & imagines & similitudines in partes vocare.* Subaudiendum tantum, id quod commode fieri potest, εἶναι. Est quoque συγχύσεως haec species, Ἐκεῖνο δέ σε φημὶ, quum ordo postulet, Ἐκεῖνο δὲ φημί σε, &c. Pari modo supra de *Imag.* c. 4. Ἀλλὰ ἐγὼ τὸν μῦθον, ὃν λέγουσιν ἤκουσας οἱ ἐπιχώριοι περὶ αὐτῆς. Et hic ordo est, ἤκουσας ὃν λεγ. οἱ ἐπιχ. *Sed & fabulam audivisti, quam incolae de ea narrant.* Similes συγχύσεις in hoc & aliis scriptoribus sunt frequentissimae, quod nemini latet. Per σύγχυσιν quoque exponam verba haec in Nostri *Hermotimo* c. 7. post m. Καὶ γὰρ ἐκεῖνο (Ἡρακλῆς) ἀποβαλὼν ὁπόσον ἀνθρώπινον εἶχε τοῦ μητρὸς, καὶ καθαρόν τε, καὶ ἀκήρατον φέρων τὸ θεῖον, ἀνέπτατο ἐς τοὺς θεούς διακριθὲν ὑπὸ τοῦ πυρός. Nempe διακριθὲν referendum ad τὸ θεῖον, quasi verborum ordo foret, ἀκήρατον φέρων τὸ θεῖον, διακριθὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ἀνέπταλο ἐς τοὺς θεούς. *Etenim ille abjecto quidquid humani a matre haberet, purumque & incorruptam atque per ignem discretam divinitatem ferens, ad Deos subvolavit.* Ergo nihil necesse est cum *Th. Munkero*, V. Cl. in notis ad *Hygini* Fab. XXXVI. pro διακριθὲν legere διακριθείς. *J. J.*

Ἐκεῖνο δέ σε φημὶ] Illud σε vel pro σοι positum ab oscitante librario, vel, quod malim, pro γε, videtur induxisse aliquem, ut παρεχωρεῖσθαι illud, de quo est in nota *Marcilii*, insereret: cum praesertim non cogitaret ἀφορμὰς esse rhetorum nomen, quo ea designantur, quae alias στοιχεῖα, item μόρια τῆς πίστεως appellant, locos quosdam & quasi praedicamenta, unde laudandi argumenta peti possunt. Illud quidem apparet, generali argumento hic uti Lycinum, In laudando utendum est comparationibus; comparandum est autem id, quod laudare velis, non cum paribus aut vilioribus, sed cum excellentioribus. Versatur hic in thesi auctor, non in hypothesi. *J. M. G.*

Ibid. Σὲ φημὶ] Vide Ῥητ. c. 18. & Διαβ. c. 1. *Eurip. Ba.* 529. B. C.

Ὅταν λάβῃ τις τῶν λόγων ἀνὴρ σοφὸς
Καλὰς ἀφορμὰς, ἃ μὴ γ' ἔργου εὖ λέγειν.

M. du S.

Ibid. Τοιαύτας ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς] Τοιαύτας ἡμῖν παρεχωρεῖσθαι τὰς ἀφορμάς. *Th. M.*

Τοιαύτας ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς] Luciani verba ad quae *Solanus* remittit, in *Rhet. praec.* 18. pr. sunt: Ἐπειδὰν δὲ λέγειν, καὶ οἱ παρόντες ὑποβάλωσι τοὺς ὑποθέσεις ἢ ἀφορμὰς τῶν λόγων. Et in *Cal. non tem. cred.* 1. m. Τοιγάρτοι μυρίας ἤδη τοῖς τραγῳδιοδιδασκάλοις ἀφορμὰς εἰς τὰ δράματα τὸ τοιοῦτον παρέχηται τοὺς Λαβδακίδας, καὶ τοὺς Πελοπίδας. Non vero addit, qua de causa eo nos ableget, num ad usum rhetoricum vocabuli ἀφορμὰς, demonstrandum, an ut ostendat, etiam hic verbum requiri, ut illic παρέχηται & ὑποβάλωσι additum legitur; & sic mihi videtur; nam sive pro ἡμῖν legas εἶναι, sive σε mutes in σοι aut γε, dura tamen & contorta manet constructio Lucianeae non satis conveniens. Εἶναι quidem commode alibi intelligendum relinquitur, hic vero duriusculum videtur, quia sic σύγχυσις, ἔλλειψις, ac transitio a singulari ad plural. simul concurrerent. Esto tamen, intelligatur, quia Viri Cl. *Gesner.* cum *Jensio* me perspicaciores sic volunt. *J. F. R.*

τ' ὠφελήθεσαν, ἀλλ' ἤν τις πρὸς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τε [a] προσεικάζῃ τὸ ἐπαινούμενον, οἷον, [b] ἤν τις κύνα ἐπαινῶν εἴποι ἀλώπεκος μείζω εἶναι αὐτὸν, ἢ αἴλουρος, ἆρά σοι [c] ὁ τοιοῦτος δοκεῖ ἐπαινεῖν [d] εἰδέναι; Οὐκ ἂν εἴποις. ἀλλὰ μὴν οὐδ' εἰ λύκῳ Φαίη ἴσον αὐτὸν ὑπάρχειν, οὐδὲ ὅτῳ μεγάλως τι ἐπῄνεσεν. ἀλλὰ πῶς τὸ ἴδιον τῆς ἐπαίνου ἀποτελεῖται; ἢν ὁ κύων τῷ λέοντι ἐοικέναι λέγηται, καὶ μέγεθος καὶ ἀλκήν. ὡς [e] τ' Ὡρίωνος κύνα ἐπαινῶν, ἔφη ποιητὴς λεοντοδάμαν αὐτὸν· ὅτος γὰρ δὴ κυνὸς ἐντελὴς ἔπαινος. καὶ πάλιν εἴ τις Μίλωνα τ' ἐκ Κρότωνος ἢ Γλαῦκον τ' ἐκ Καρύστου, ἢ Πολυδάμαντα ἐπαινέσαι θέλων, ἔπειτα λέγοι ἰσχυρότερον ἕκαστον αὐτῶν γυναικὸς γενέσθαι, οὐκ ἂν οἴει γελασθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῆ [f] ἀνοίᾳ τοῦ ἐπαίνου; ὅπου γε εἰ καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς ἔλεγεν ἀμείνω εἶναι αὐτὸν, οὐδὲ τοῦτο ἀπέχρησεν ἂν πρὸς ἔπαινον; ἀλλὰ πῶς ἐπῄνεσε ποιητὴς εὐδόκιμος τ' Γλαῦκον, οὐδὲ Πολυδεύκους βίαν φήσας ἀνατείναντ' ἂν αὐτῷ ἐναντίας τὰς χεῖρας; οὐδὲ σιδήρεον Ἀλκμάνας τέκος; ὁρᾷς ὁποίοις αὐτὸν θεοῖς εἴκασε;

tionem instituat; verum si quis ad aliquid excellentius, quantum ejus fieri potest, illud quod laudatur admoveat. Velut si quis in laude canis dicat, illum vulpe majorem esse, aut fele, numquid talis videtur tibi laudare scire? Non sane dixeris. Sed neque si lupo dicat parem illum esse, neque sic magno opere quidquam laudaverit. Sed ubi id quod proprium est laudis efficitur? Si canis leoni par dicatur & magnitudine & robore. Ut Orionis canem laudans poëta *leonum domitorem* vocavit. Haec enim sane perfecta canis laus est. Et rursus si quis Milonem Crotoniatèn, aut Glaucum ex Caryſto, aut Polydamantem laudare volens, deinde dicat, fortiorem unumquemque illorum fuisse muliere, non derisum illum iri putas ob laudis vecordiam? cum etiam si uno illum viro superiorem esse diceret, neque hoc satis esset ad laudem. Sed quomodo laudavit Glaucum nobilis poëta? *Neque Pollucis vim*, dicens, *protensuram adversarias illi manus*, *neque ferreum Alcmenae natum*. Vides qualibus illum Diis comparaverit, vel po-

a Προσεικάζῃ] Hoc praetuli ex marg. *AIW.* & Codd. G. M. P. W. Ἐμβιβάζῃ Edd. priores. b Ἤν τις] Εἴ τις W. c Ὁ] Δ. ὁ W. d Εἰδέναι] Δοκεῖ misere *J. Ald. P.* Recte εἰδέναι cett. & M. e Τὸν] Ὁ W. f Ἀνοίᾳ] Διανοίᾳ *Fl.* Sed cum vulgata ceterarum Edd. lect. faciunt M. P.

38. Πρὸς τὸ ὑπερέχον] Ἀλλ' ἤν τις πρὸς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τε ἐμβιβάζῃ τὸ ἐπαινούμενον. *Si quod laudatur ad excellentius, quoad fieri potuerit extulerit.* Nec Graeca nec Latina verba reprehendo. Efficacius tamen vetus codex πρὸς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τε προσεικάζων. ut apud Latinos *provehens*. *J.G.G.*

39. Προσεικάζῃ] W. & P. cum *Graeviano* faciunt. *M. du S.*

42. Εἰδέναι] Quidam libri mendose ἰδέναι. *M. du S.*

48. Ποιητὴς] Unde habeat nescio. *M. du S.*

51. Γλαῦκον τ' ἐκ Καρύστου] Supra *Zeux.* f. aliisque locis mox ab *Solano* indicandis. *J.F.R.*

57. Πῶς — ποιητὴς] *Pindarus* haud dubie, sed inter ea, quae hodie supersunt, non extat. *M. du S.*

61. Ὁρᾷς] Ὁρᾷς ὁποίοις αὐτὸν (Γλαῦκον) θεοῖς εἴκασε; (Ὅμηρος scilicet) μᾶλλον δὲ ὁ αὐτῶν ἀμείνων ἀπέφηνε. Locus bono sensu mutilatus; condonanda itaque non nimis perspicaci Interpreti nostro insulsa versio, *Vides qualibus Diis ipsum assimilarit? quin potius ipsis imaginibus expressit.* Ubi hic memorantur imagines? Puto, eum legisse εἰκόνων, non ἐκείνων. At vel sic nec Graece id sensu sano diceretur, nec recte Latine verti posset. Lucianus, quo probaret, comparationes petendas esse ab rebus minime vilioribus & inferioribus, attulit exemplum Glauci, de quo Homerus dixerit, ne Pollucem quidem, neque robustissimum Herculem, manus suas contra eum audere tollere. Jam ait, *Viden' quibus Diis* Homerus Glaucum *compararit? quin & illis ipsis declaravit.* *Marcilius* pulchre vidit desiderari κριτῆλον non tantum scilicet Diis comparavit Homerus Glaucum, sed & iis fortiorem declaravit. Possumus molliori emendatione defungi, legentes ἀμείνω pro ἐκείνων. plane uti modo praecessit, ἑνὸς ἀνδρὸς ἔλεγεν ἀμείνω εἶναι αὐτόν. Haec jam scripseram, ubi in Florentinam editionem incidens, vidi illic clare ita legi, ac ipse constituera m, nisi quod ipsa vox ἐκείνων servata est integra. Nempe, μᾶλλον δὲ ὁ αὐτῶν ἐκείνων ἀμείνω ἀπέφηνε. Aldina editio perinde, ac reliquae, mutila est. *J.J.*

Ὁρᾷς] Adscripserat *Hemsterh.* principio hujus notae

Jen-

potiorem etiam fecerit. Et neque Glaucus indignatus eſt, ſe praeſidibus athletarum Diis oppoſitum laudari; neque illi vel Glaucum vel poëtam ulti ſunt, tanquam impie ſe circa laudem illam gerentes; ſed in gloria & honore ambo apud Graecos fuere, alter roboris cauſſa, Glaucus; poëta vero cum propter alia, tum propter hoc ipſum maxime carmen. Noli ergo admirari, ſi & ipſe, comparatione uti cum vellem, quod erat laudaturo neceſſarium, exemplo uſus ſum altiore; ratione hoc ipſa ſubjiciente.

20. Quandoquidem autem adulationis mentionem feciſti; quod odio habes adulatores, laudo te equidem, neque aliter oportebat. Volo autem tibi jam diſcernere, ac finire cum laudantis opus, tum adulatoris exceſſum. Adulator igitur, quippe qui ſuae ipſius utilitatis cauſſa laudet, veritatis autem parvam admodum curam habeat, ſupra modum laudando cenſet omnia: mentiens plurima ac de ſuo addens, ut neque Therſiten Achille pulchriorem pronuntiare

μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐκείνων ᵍ ἀμείνω ʰ ἀπέφηνε. καὶ ὅτε αὐτὸς ὁ Γλαῦκος ἠγανάκλησε τοῖς ἐφόροις τῶν ἀθλητῶν θεοῖς ἀντεπαινούμενος, ὅτε ἐκεῖνοι ἠμύναντο ἢ τὸν Γλαῦκον, ἢ τὸν ποιητήν, ὡς ἀσεβοῦντα περὶ τὸν ἔπαινον, ἀλλὰ ⁱ εὐδοκίμουν ἄμφω, καὶ ἐτιμῶντο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων· ὁ μὲν ὅτι τῇ ἀλκῇ ὁ Γλαῦκος, ὁ δὲ ποιητὴς, ὅτι τε τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ μάλιστα τῷ ᾄσματι. μὴ δὴ θαυμάσῃς, εἰ καὶ αὐτὸς εἰκάσαι βουλόμενος, ὅπερ ἦν τῷ ἐπαινεῖν ἀναγκαῖον, ὑψηλοτέρῳ ἐχρησάμην τῷ παραδείγματι, τοῦτο ὑποβαλόντος τοῦ λόγου.

Ἐπεὶ δὲ καὶ κολακείας ἐπεμνήσθης, ὅτι μὲν καὶ σὺ μισεῖς τοὺς κολακικούς, ἐπαινῶ μὰ σέ, καὶ οὐκ ἐχρῆν ἄλλως, ἐθέλω δέ σοι ᵏ διακρῖναι, καὶ ὁρίσαι τό, τε τοῦ ἐπαινοῦντος ἔργον, καὶ τὴν τοῦ κόλακος ὑπερβολήν. ὁ μὲν οὖν κόλαξ, ἅτε τῆς χρείας ἕνεκα τὰ ἑαυτοῦ ἐπαινῶν, ἀληθείας δὲ ὀλίγον ποιούμενος τὸ πρόσωπον, ἅπαντα ὑπερεπαινεῖν οἶδεν, ὑποψευδόμενος καὶ προστιθεὶς παρ' ˡ αὐτοῦ τὰ πλείω, ὡς μὴ ἂν ὀκνῆσαι καὶ τὸν Θερσίτην εὐμορφότερον ὑποφῆναι τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ τὸν

g Ἀμείνω] Redditum Luciano ex *Fl.* & W. Aberat ab Edd. reliqq. h Ἀπέφηνε] Ἀπέφαινεν W. Nihil mutat vulgatum *Fl.* i Εὐδοκίμουν] Sic *J. Fl. Fr. B2. H. Ald. P. S.* M. k Διακρῖναι] Διακρίναι marg. *AlW.* l Αὐτοῦ] Αὐτῷ Edd. vulgo, quod emendandum *Guiet.* monuit.

Fenſianae. Fallitur: nam nec Glaucum Homericum Lucianus, ſed Caryſtium intelligit, neque adeo Homerum. *J.F.R.*

62. Μᾶλλον δὲ ϵ αὐτῶν ἐκείνων] Μᾶλλον δὲ ϵ κρείττω αὐτῶν ἐκείνων. *Th.M.*

Μᾶλλον] Vertitur: *quin potius ipſis imaginibus expreſſit.* Sed ſenſus requirit: *quin & potiorem ipſis expreſſit.* *F.G.*

Μᾶλλον δὲ ϵ αὐτῶν ἐκείνων] At jam cum ἀμείνω reſtituerimus, emendatione *Marciliana* non opus eſt. Patet interim recte eum conjeciſſe. Senſit idem Cl. *Geſner.* vel ex conjectura, vel ex *Fenſii* Lectt. Lucian. perſpiciens comparativum deeſſe, qui cum *majorem* in verſione addiderit, non viſa emendatione noſtra, μείζω videtur conjeciſſe; repoſui tamen *potiorem*, ut cum ἀμείνω verſio conveniret. *J.F.R.*

Ibid. Ἐκείνων ἀμείνω ἀπεφ.] Illud ἀμείνω, quod in impreſſis fere omnibus deerat, ex W. & *Fl.* Ed. reſtituimus. *M.du S.*

63. Γλαῦκος] De his vide ad Ἡρ. c. 3. & Συγγρ. c. 35. Adde & Ἔκκλ. c. 12. *M.du S.*

67. Εὐδοκίμουν] Omnes libri εὐδοκίμων. Neque hic ſolum hac in voce peccatur. *M.du S.*

Εὐδοκίμουν] Quantumvis *Solanus* jubeat ηὐδοκ. cum augmento reponi, ego tamen nihil mutavi; tum propter Librorum conſenſum, tum quia & ſupra non ſemel vidimus augmenta neglecta. Adi quae notavi ad Dial. proximum *Imag.* c. 3. Et *Alex.* c. 22. No. 89. ubi εὐδοκίμουν etiam legitur. Sic εὑρίσκω facere εὕρισκον εὕρηκα &c. nec recipere augmentum, ſatis notum eſt; alia vero promiſcue inveniuntur, ut εὐφραίνομαι & ηὐφραίνομαι, quod ſupra jam monui. Immo in Novo Foedere εὐδοκέω, numquam cum augmento legas exhibitum, ſed εὐδόκησα ubique. At magis Atticum eſt ηὐδ. Eſto. Nec tamen Noſter alibi ὑπεραττικίζει, ideoque non hic etiam ad id eum adigemus invitum. *J.F.R.*

84. Θερσίτην] *Homer.* Il. B. 216. *M.du S.*

τ Νέστορα [a] φάναι τ ὅτι Ἴλιον στρατευσάντων, τ νεώτατον εἶναι. διομόσαιτο δ' ἂν καὶ τ Κροίσου υἱὸν ὀξυηκοώτερον εἶναι τοῦ Μελάμποδος, καὶ τ [b] Φινέα ὀξύτερον δεδορκέναι τοῦ Λυγκέως, ἤν τοῦ μόνον κερδᾶναί τι ἐλπίσῃ ὅτι τῷ ψεύσματι. ὁ δέ γε αὐτὸ τοῦτο ἐπαινῶν, οὐχ ὅπως αὐτὸς ἂν ψεύσαιτό τι, ἢ προαθεῖ τ μηδὲ ὅλως προσόντων, τὰ δ' ὑπάρχοντα αὐτῷ φύσει ἀγαθὰ, κἂν μὴ πάνυ μεγάλα ᾖ, προσλαβὼν ἐπηύξησε, καὶ μείζω ἀπέφηνε, καὶ τολμήσειεν ἂν εἰπεῖν, ἵππον ἐπαινέσαι θέλων, φύσει κοῦφον ὄντα ἴσμεν [c] ζώων, καὶ δρομικὸν, ὅτι

Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέειν, οὐδὲ κατέκλα.

καὶ πάλιν οὐκ ἂν ὀκνήσειε [d] φάναι, Ἀελλοπόδων δρόμον ἵππων. καὶ ἢν οἰκίαν ἐπαινῇ καλὴν, καὶ ἄριστα κατεσκευασμένην, εἴποι ἂν·

pigretur, & Neſtorem dicat eorum, qui ad Ilium pugnarunt, maxime juvenem fuiſſe: juraverit autem etiam Croeſi filium audire acutius Melampode, & Phineum acutius cernere Lynceo; modo lucrifacere aliquid mendacio ſuo ſperet. At alter, qui id ipſum quoque facit, ut laudet, non ille quidem is eſt, qui mentiatur quidquam vel addat eorum, quae plane non adſunt; ſed quae natura illi bona inſunt, etiam ſi non nimis magna fuerint, ea ſumit, auget, & facit majora. Et auſit ille dicere, cum equum laudare vult, levem inter ea, quae novimus animalia, & ad curſum aptum,

Per ſummas currat, nec eas confringat ariſtas:

& rurſus non dubitet dicere procellipedum curſum equorum: & ſi domum laudet pulchram & optime aedificatam, dicat:

Ta-

[a] *a Φάναι*] Ita Cod. L. Φᾶναι Edd. [b] *Φινία*] Reſtitut. ex W. *Fl.* & *V2.* Ἰφνία ceterae omnes male. [c] *Ζώων*] Sic etiam eſſe in *Fl.* notat *Solan.* quid tum? [d] *Φάναι*] Ita dedi ex L. Φᾶναι Edd.

88. Ὀξυηκοώτερον] Ὅτι ὁ Μελάμπους ὀξύκους. *V.*

86. Νέστορα φάναι] *Homer.* Il. A. 250. *M. du S.*

88. Τὸν Κροίσου υἱὸν ὀξυηκοώτερον εἶναι τοῦ Μελάμποδος] Atqui *Herodotus* Lib. I. ὁ δὲ παῖς ἦν οὗτος ὁ ἄφωνος. Videtur itaque aut alios ſecutus auctores Lucianus, aut memoria ei vacillaviſſe. Nam & infra in *Gallo*, ſive *Somnio*, λυπεῖ δὲ, inquit, τ μὲ Λυδὸν, υἱὸς κωφὸς ὤν. Neque dixeris hoc Luciani loco reponi poſſe λαλίστερον. Repugnat enim comparatio cum Melampode. *Th. M.*

Τὸν Κροίσου . .] Miratur *Marcilius* quos Lucianus ſit ſecutus auctores, cum ſcribit in dialogo pro imaginibus, Croeſi filium auditu acri Melampodem antecellere, cum ſcribat *Herodotus*, illum fuiſſe mutum; non ſurdum. ſed ego miror *Marcilium* hic haerere. Quis ignorat mutos eſſe quoque ſurdos: imo ſurditatem eſſe cauſſam mutae linguae? Qui ſurdus natus eſt, loqui non poteſt. Unde enim ſonos vocum litterarumque percipiat? Fuerunt tamen noſtro ſeculo cum in Germania, tum in Anglia, qui ſurdos docuerunt motu oris litteras noſſe & pronunciare. de quo extat elegans diſſertatio *Georgii Morhofii*, viri eruditiſſimi, & noſtri ſtudioſiſſimi. Quin & ſurdi fuerunt his in terris, non nati, ſed morbo caſuque facti, qui ex motu labiorum aeque poterant etiam longius a ſe remotos, & muſſitantes intelligere, ac ſi articulatim ſingulas voces auribus percepiſſent. Hi videbant ſonum, non audiebant. *J. G. G.*

Ibid. Ὀξυηκ. εἶναι τοῦ Μελ.] De filio Croeſi vide *Herodotum*, & Noſtrum Ἁλιεῦσ. c. 25. Aliquem nactus ſit neceſſe eſt, a quo abſque aurium ope, linguam & reliqua vocis organa movere edoctus fuerit, qualis potiſſimum noſtra aetate nobilis Medicus mutam puellam Harlemi loqui docuit, & ex oris motu ut loquentes intelligeret, fecit. Melampodis fabulam vide apud *Apollod.* I. p. 19. A. B. *M. du S.*

Ὀξυηκοώτερον εἶναι τοῦ Μελάμποδος] Cui Dracones lambendis auribus avium etiam ſermonis intellectum dederint. Vid. *Plin.* 10, 49. ſ. 70. & quos ibi citat *Harduin. Bochartus* praeſertim Hieroz. I, 3. p. 21, 69. a quo ſua habet *Harduinus* omnia. Add. *Spanh.* diſſ. 4. p. 215. *J. M. G.*

89. Τὸν Ἰφνία ὀξύτερον δεδορκέναι τοῦ Λυγκέως] Hanc lectionem retinent omnes; etiam Latinis interpretibus offerentibus neſcio quem *Iphnea*. Et cui iſte talis auditus? manifeſte apparet tranſpoſitas literas pro *Φυία*, ut optime adſcripſit pater. Is notiſſimus in fabulari hiſtoria, & quidem propter oculos, qui fuerunt excoecati. *J. G.*

Καὶ τ Ἰφνία ὀξύτερον δεδορκέναι τοῦ Λυγκέως] Optime & ipſo quoque hoc Lynceo ὀξύτερον viderunt Viri Cl. *Menagius* & *Gronovius*, hic in notis pag. 902. ille in Addendis, legendum eſſe *Φυία*; nec enim aliter legitur in editione Florentina. *J. J.*

Τὸν Ἰφνία] *Φυία* omnino legendum videtur. *F. G.*

Mo-

Talis nimirum Jovis intus Olympii aula eſt.

Ζηνός πυ τοιήδε γ' Ὀλυμπίυ ἔνδοθεν αὐλή.

At adulator hunc verſum etiam de ſubulci tugurio dicat, ſi modo accipere aliquid a ſubulco ſperet: cum Cynaethus Poliorcetae Demetrii adulator, omnibus adulandi rationibus conſumtis, laudaverit vexatum a tuſſi Demetrium, quod modulate ſcrearet.

ὁ δὲ κόλαξ τοῦτο τὸ ἔπος, κἂν παρὰ τῷ συβώτῃ καλύβης εἶπα, εἰ μόνον τι παρὰ τοῦ συβώτου λαβεῖν ἐλπίσειεν· ὅπου Κύναιθος ὁ Δημητρίου τοῦ Πολιορκητοῦ κόλαξ, ἀπάντων αὐτῷ τῶν πρὸς τὴν κολακείαν καλῶν ἀναλωμένων, ἐπήνει τὸν βηχὸς ἐνοχλούμενον τὸν Δημήτριον, ὅτι ἐμμελῶς ἐκρέμπεται.

21. Non ſolum autem hic utriusque generis character eſt, quod adulatores non dubitant mentiri etiam in gratiam eorum, quos laudant; laudatores autem extollere ſtudent, quae adſunt: verum etiam illa re non parva diſtant, quod adulatores quantum poſſunt utuntur hyperbolis, laudatores autem in his ipſis quoque ſobrii ſunt, & intra terminos ſe continent.

Οὐ μόνον δὲ τοῦτο ἑκατέρου αὐτῶν γνώρισμά ἐστι; τὸ τοὺς μὲν κόλακας οὐκ ὀκνεῖν, καὶ ψεύσασθαι τοῦ χαρίσασθαι ἕνεκα τοῖς ἐπαινουμένοις, ἐξαίρειν δὲ τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ὑπάρχοντα πειρᾶσθαι· ἀλλὰ καὶ ἐκείνῳ οὐ σμικρῷ διαλλάττουσιν, ὅτι οἱ μὲν κόλακες, ἐφ' ὅσον οἷόν τε αὐτοῖς, χρῶνται ταῖς ὑπερβολαῖς, οἱ ἐπαινοῦντες δὲ, καὶ ἐν αὐταῖς ταύταις σωφρονοῦσι, καὶ ἐντὸς τῶν ὅρων μένουσι. ταῦ-

ε Ὅπου] Nil mut. Edd. nec M. f ψεύσασθαι] ψεύδεσθαι W.

Monuit idem Cl. *La Croze*. Monuit *Menag.* in addend. Edit. *Graev.* Et nos correximus dudum. *J.F.R.*

Ibid. Φυσᾶ] W. *Fl.* & *V2.* Reliquae Edd. prave Ἰφία. Vide *Apollod.* I. p. 23. C. *M. du S.*

' 91. Ὁ δέ γε [αὐτὸ τοῦτο] ἐπαινῶν οὐχ [ὅπως ἐδ'] ἂν] Sic lege fortaſſe. ὁ δὲ γε ἐπαινῶν οὐκ ἂν ψεύσαιτό τι &c. Cetera gloſſa videntur. *F.G.*

93. Προσόντων] Conf. ſupra hoc *Dial.* c. 6. & *Συγγρ.* c. 35. *M. du S.*

97. Ὡς ἴσμεν ζώων] Ὡς ἴσμεν ζῶον. *F.G.*

Ὡς ἴσμεν] Ἵππον ἐπαινέσαι θέλων, φύσει κοῦφον ὄν ἴσμεν ζώων, &c. Interpres, *laudando equum, natura levem, ut ea ſcimus eſſe animantia.* Haec ſunt verſionum monſtra. Redde, *Equum laudare volens, natura levem ex iis, quae novimus, animalibus*, &c. De hoc Helleniſmo vide ſupra ad T. I. *J.F.*

Ὡς ἴσμεν ζώων] Bis ὡς pro ὃν ſcriptum erat in nota *Gujeti*; dubito num deſcribentis vitio. Sed in vulgata nihil video quod emendationem poſtulet, quamquam ζῶον non improbaverim, ſi quis Codex haberet. Interim ſatis uſitata & haec eſt genitivi cum relativo convenientis conſtructio, ut bene jam monuit ac vertit Cl. *Jenſius*. *J.F.R.*

99. Ἄχρον &c.] *Homer.* Il. Υ. 227. *M. du S.*

Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκῳ.] Fons *Homer.* Il. Υ, 227. Rivos plena manu indicavit la Cerda ad Aen. 7, 808. *Illa vel intacta* &c. *J.M.G.*

2. Ἀελλοπόδων] Fruſtra apud Homerum quaeſivi. *M. du S.*

Ἀελλοπόδων] Uſitatius quidem *Homero* ἀερσίποδες. Verum nec alterum eſt improbum. Legitur enim in Hymno in Vener. qui eidem vulgo tribuitur, v. 218. — ἵππουσιν ἀελλοπόδεσσιν ἐχῶτο. *J.F.R.*

5. Ζηνός πυ] *Homer.* Odyſſ. Δ. 74. *M. du S.*

9. Ὅπου Κύναιθος] Lege ὡς πυ. *F.G.*

ANAX. Εἶτα, ὦ θαυμάσιε Σόλων, τοιαῦτά μοι καὶ τηλικαῦτα ἔχων ἄθλα διεξιέναι, μῆλα καὶ σέλινα διηγῇ, καὶ θαλλὸν ἐλαίας ἀγρίας, καὶ πίτυνα; ΣΟΛ. Καὶμὴν, ὦ Ἀνάχαρσι, οὐδ' ἐκεῖνά σοι δόξει μικρὰ εἶναι, ὁπόταν ἀκούσῃς [b] καλαμάθης. ἀπὸ γάρ τοι τῆς αὐτῆς γνώμης γίγνεται, καὶ μέρη πάντα ταῦτά ἐστι μικρὰ τοῦ μείζονος ἐκείνου ἀγῶνος, καὶ τοῦ στεφάνου, ὃν κατέλεξα τοῦ πανευδαίμονος. ὁ δὲ λόγος, οὐκ οἶδ' ὅπως ὑπορρεὼς τὴν τάξιν, ἐκείνων πρότερον ἐπεμνήσθη, τῶν Ἰσθμοῖ γιγνομένων, καὶ Ὀλυμπιάσι, καὶ ἐν Νεμέᾳ. πλὴν ἀλλὰ νῦν, (σχολὴν γὰρ ἄγομεν, καὶ σὺ, ὡς φῄς, προθυμῇ ἀκούειν) ἀναδραμούμεθα ῥᾳδίως πρὸς τὴν ἀρχήν, καὶ τὸν περὶ ἀγῶνα, δι' ὃν φημι πάντα ταῦτα ἐπιτηδεύεσθαι. ANAX. Ἄμεινον, ὦ Σόλων, [c] οὕτω καὶ ὁδὸν γὰρ ἂν ἡμῖν ὁ λόγος βραχυτέραν ποιήσαιτο, καὶ τάχ' ἂν ἴσως ἀπὸ τούτων παυσάμην, μηδ' ἐκείνων

licitatem complectatur, velut libertatem privatim uniuscujusque, & communiter patriae, & divitias, & gloriam, & feriarum patriarum fructum, & rei familiaris conservationem, & in universum pulcherrima quaevis, quae a Diis contingere sibi aliquis optaverit: ea huic coronae, de qua loquor, implexa sunt omnia, & certamini illo parantur, ad quod exercitationes istae & labores ducunt.

16. ANACH. Tum tu, Solon, vir admirabilis, talia ac tanta praemia cum recensenda haberes, mala narrabas & apia, & silvestris olivae ramum, & pinum? SOL. Verum, Anacharsi, nec illa parva tibi videbuntur, si quae dico perceperis. Eodem enim consilio ista fiunt, & partes ista omnia parvae sunt illius certaminis, & coronae illius, quam modo enarrabam, undique beatae. At sermo meus, migrato nescio qua ratione ordine, illorum prius mentionem fecit, quae in Isthmo fiunt, & Olympiae & Nemeae. Sed nos jam, otiosi enim sumus, & tu, ut ais, audiendi cupidus, recurremus facile ad principium, ad commune illud certamen, propter quod ajo studiose omnia illa agi. ANACH. Melius ita, Solon, fuerit. Sic enim magis ordine nobis sermo processerit: & forte celeriter hinc didicero non amplius illos irridere, si quem

a Πατρίων] Παττοίων L. & marg. *Alw.* b Καταμάθης] Sic W. Καταμάθοις Edd. c Οὕτω] Οὕτως *Bl.* & W.

64. Ὁπόταν — καλαμάθης] Non fugit *Solanum* ὁπόταν aeque cum optativo construi atque cum subjunct. sed meliorem hic esse subjunct. recte judicavit; non enim sensus est, *ubi intelligere velis aut possis*, sed, *postquam intellexeris*. Quare ei obsecundavi. *J.F.R.*

Ibid. Καλαμάθης] Ita W. Impressi omnes minus recte καλαμάθοις. *M.du S.*

68. Ἰσθμοῖ] Sic & infra recte, *Ner.* c. 8. Ἰσθμοῖ ἀγῶνων. Sic Πυθοῖ *Pythone* in urbe. *Thucyd.* V. 18. & Ἰσθμοῖ etiam *Pindar.* Ol. 2. med. *J.F.R.*

74. Οὕτω] Parvi est. Sed ὕτως probum arbitror, & ab librariis posterioribus euphoniae causa mutatum. Ut enim sequente consona ὅτω frequentius scriptum invenimus, sequente vero vocali ὅτως, ita crebro ὅτως consona etiam sequente exaratum videas. Indicavi nonnulla ad Scholiast. *Gall.* c. 9. No. 52. Adde singula fere ἐπιμύθια *Aphtonii*, ubi ὅτως νέοτας, ὅτως φαῦλοι, ὅτως λίαν &c. invenies perpetuo. Item ὅτως καὶ *Aesop.* fab. 8. Apud LXX. *Numer.* XXXVI. 5. ὅτως φυλὴ. ac 2. *Reg.* XVIII. 14. ὅτως μισῶ. *Diod. Sic.* III. c. 8. ὅτως δὴ. Sed variatur fere perpetuo

in

quem videam olea sibi placentem; aut coronatum apio. Sed, si videtur, in umbrosum illum locum progressi assideamus in sedilibus, ne turbent nos, qui inclamant luctantibus. Alioqui, dicetur enim, neque solem facile fero, qui acutus & fervidus incidit modo capiti: pileum enim relinquere domi visum est, ne solus inter vos peregrino habitu circumeam. Tempus autem anni, quae fervidissima pars est astri, quod caniculam vocatis, adurentis omnia, & siccum aridumque aëra reddentis; atque sol circa meridiem jam ipsi imminens capiti, aestum hunc intolerabilem corporibus inducit. Itaque te admiror, quomodo senex jam homo, neque sudes ad aestum, ut ego, neque omnino incommodi quidquam sentire videaris, nec umbrosum locum circumspicias, quo subeas, sed facile excipias solem. SOL. Nempe vani isti labores, Anacharsi, & perpetuae in luto volutationes, & subdivales in arena aerumnae, hoc nobis contra solis jacula propugnaculum praebent: nec jam indigemus pileo, qui prohibeat ad caput pervenire radium. Sed abeamus nempe.

ἔτι καλαγωλᾶν, εἴ τινα ἴδωμι σεμνυνόμενον κοτίνῳ, ἢ σελίνῳ ἐστεφανωμένον. ἀλλ' εἰ δοκεῖ, ἐς τὸ σύσκιον ἐκεῖσε ἀπελθόντες, καθίσωμεν [d] ὅτι τὴν σκιάν, ἵνα μὴ ἐνοχλοῖεν ἡμῖν ἐπικεκραγότες τοῖς παλαίουσιν· ἄλλως τε (εἰρήσεται γάρ) οὐδὲ τὸν ἥλιον ἔτι φαιδίως ἀνέχομαι, ὀξύν μοι [e] φλογώδη ἐμπίπτοντα γυμνῇ τῇ κεφαλῇ. τὸν γοῦν πῖλόν μοι κατελεῖν οἴκοθεν ἔδοξεν, ὡς μὴ μόνος ἐν ὑμῖν ξενίζοιμι τῷ σχήματι. ἡ δὲ ὥρα τοῦ ἔτους, [f] ὅτιπερ τὸ πυρωδέστατόν ἐστι τοῦ ἀστέρος (ὃν ὑμεῖς κύνα φατὲ) πάντα καταφλέγοντος, καὶ τὸν ἀέρα ξηρὸν καὶ διψαλέον τιθέντος, καὶ τε ἥλιος καθ' μεσημβρίαν ἤδη ὑπὲρ κεφαλῆς ἐπικείμενος, φλογμὸν τοῦτον ἐς φορητὸν ἐπάγει τοῖς σώμασιν. ὥστε καί σου θαυμάζω ὅπως γηραιὸς ἤδη ἄνθρωπος, οὔτε ἰδίεις πρὸς τὸ θάλπος, ὥσπερ ἐγώ, οὔτε ὀλίγως ἐνοχλεῖσθαι ἔοικας, οὐδὲ περιβλέπεις σύσκιόν τι, ἔνθα ὑποδύσῃ, ἀλλὰ δέχῃ τὸν ἥλιον εὐμαρῶς. ΣΟΛ. Οἱ μάταιοι γοῦν οὗτοι πόνοι, ὦ Ἀνάχαρσι, καὶ αἱ συνεχεῖς ἐν τῷ πηλῷ κυβιστήσεις, καὶ [g] αἱ ὑπαίθριοι ἐν τῇ ψάμμῳ ταλαιπωρίαι, τοῦτο ἡμῖν τὸ ἀμυντήριον παρέχουσι πρὸς τὰς τοῦ ἡλίου βολάς. καὶ οὐκ ἔτι πίλου δέομεθα, ὃς τὴν ἀκτῖνα κωλύσει καθικνεῖσθαι τῆς κεφαλῆς. ἀπίωμεν οὖν.

Καὶ

d Ἐπὶ] Sic recte P. aliaeque. Ἐπεὶ male *J. Fl.* e Φλογώδη] Φλογμώδη W. f Ὅτιπερ] An Ὅτιπερ? *Pell.* g Αἱ ὑπαίθριοι] Artic. abest a *J.* & *V2.* Adest in *Edd. Fl. &c.* & M.

in Codd. ejusd. aliis ὅτου, aliis ἄτου exhibentibus. At quum veteres in pronuntiando σ. ultimum viderentur elisisse, inde factum, ut deinde consona sequente, modo adscriberetur, modo omitteretur. *J.F.R.*

84. Πῖλον] Haud suo loco vox οἰκοθεν sita est; sed familiare hoc Luciano. De pileo quod habet, mutatum delinceps. Athenienſium morem ex *Philostrato* discas. Vit. *Soph.* p. 572. *M. du S.*

Πῖλον μοι ἐφελεῖν οἰκοθεν] Non adeo alienum est οἰκοθεν, si cum *L. Bos* de Ellips. p. 216. verb. Ἀπέναι, expleveris, ejus participium subaudiendo, i. e. οἰκοθεν ἀπιόντι, aliaque non absimilia ab eo adducta conferueris. *J.F.R.*

87. Ὅτιπερ] Ego *Pellet.* conjecturam recipiendam arbitror. *J.F.R.*

Ibid. Ἀστέρος — πάντα καταφλέγοντος] Canis sidus, quae & canicula, ardentissimo aestatis tempore exoritur, Sole primam partem Leonis percurrente, qui dies 15. ante Augusti calendas est. *Plin.* L. 2. c. 47. L. XVIII. 28. *G.C.*

99. Αἱ ὑπαίθριοι] M. & Edd. omnes, exceptis *Ven.* quae omittunt. *M. du S.*

6. Ὅπως

Καὶ ὅπως μὴ, καθάπερ νόμοις, [a] προσέξεις οἷς ἂν λέγω πρὸς σὲ, ὡς ἐξάπαντος πιστεύειν αὐτοῖς, ἀλλ' ἔνθα ἄν σοι μὴ ὀρθῶς τι λέγεσθαι δοκῇ, ἀντιλέγειν εὐθὺς, καὶ διευθύνειν τὸν λόγον. δυοῖν γὰρ θατέρου πάντως οὐκ ἂν ἁμάρτοιμεν, ἢ σὲ βεβαίως πεισθῆναι ἐκχέαντα ὁπόσα οἴει ἀνθιλεκτέα εἶναι, ἢ ἐμὲ ἀναδιδαχθῆναι ὡς οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκω περὶ αὐτῶν. καὶ ἐν τούτῳ πᾶσα ἂν σοι ἡ πόλις ἡ Ἀθηναίων, οὐκ ἂν φθάνοι χάριν [b] ὁμολογοῦσα. [c] ὅσα γὰρ ἂν ἐμὲ παιδεύσῃς, καὶ μεταπείσῃς πρὸς τὸ βέλτιον, ἐκείνην τὰ μέγιστα ἴσῃ ὠφεληκώς. εὐθὺς γὰρ ἂν ἀποκρυψαίμην [d] αὐτίκα, ἀλλ' εὐθὺς εἰς τὸ μέσον καταθήσω φέρων, καὶ καταστὰς ἐν τῇ πνυκὶ, ἐρῶ πρὸς ἅπαντας, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐγὼ μὲν ὑμῖν ἔγραψα τοὺς νόμους, οἵους ἂν ὑμῖν ὠφελιμωτάτους εἶναι τῇ πόλει· ὁ δὲ ξένος οὑτοσὶ (δύξας σε, ὦ Ἀνάχαρσι) Σκύθης μέν ἐστι· σοφὸς δὲ ὢν, μεταπαίδευσέ με,

17. Et *fac* ut non tanquam legibus his attendas, quae dicturus sum, ut omnino illis fidem habeas: sed ubi tibi aliquid non recte dici videbitur, contradicere statim & examinare meum sermonem *memineris*. Alterutrum enim duorum omnino consequemur, aut firmiter ut in hanc traducare sententiam, effusis, quae contra dicenda putabis, omnibus, aut ego ut meliora edocear, tanquam qui recte de hisce rebus non sentiam: eaque in re tota Athenienſium civitas gratiam se tibi habere profitebitur: quatenus enim me instituerís, & ad meliorem traduxeris sententiam, maximo illam beneficio affeceris. Nihil enim illam equidem celavero: sed in medium statim illud conferam, ac stans in concione dicam omnibus, *Ego quidem, Athenienses, scripsi vobis leges, quales utilissimas fore civitati putabam. At hic hospes*, (hic te ostendam, Anacharsi) *Scytha ille quidem, sed vir sapiens, aliter*

me

[a] Προσέξεις] Edd. Προσέξῃς W. [b] Ὁμολογοῦσα] Emendatum recent. manu in W. Sed in margine scriptum ὁμολογήσουσιν. [c] Ὅσα] Recepi ex W. L. & marg. A1. Ὅσῳ Edd. priores. [d] Αὐτῷ] Αὐτῇ *El.* Sed vulgatum firmat M.

6. Καὶ ὅπως μὴ καθάπερ] (1) Ἑλληνὶς ἡ φράσις τῶν συνηθεστέρων προστακτικῶν ῥημάτων, καὶ συνήθης Ἀθηναίοις, οὐκ ὡς ἐπὶ τούτου ἀλλ' ὅπως μοι μηδὲν (2) δυσχερῶς ἀκούσῃς, προσυπακουέσθω γὰρ τὸ μέμνησο. ὅτως δὲ ἐντεῦθεν ἰλλιτερικῶς πρόσωπα ὁ λόγος, καὶ ὅπως μὴ καθάπερ νόμοις (3) προσέξῃς οἷς ἂν λέγω πρὸς σὲ, ὡς ἐξάπαντος πιστεύειν αὐτοῖς· ἀλλ' ἔνθα (4) ἄν σοι μὴ ὀρθῶς τι λέγεσθαι δοκῇ, ἀντιλέγειν εὐθὺς καὶ διευθύνειν τὸν λόγον. (5) Ἐλλείπει γὰρ τὸ σκόπει, ἵν' ᾖ τὸ σίλλυσι ὅτως. ἀλλ' ἔνθα ἄν σοι μὴ ὀρθῶς τι λέγεσθαι δοκῇ, σκόπει ἀντιλέγειν εὐθὺς καὶ διευθύνειν τὸν λόγον. ἀναλαβὼν (6) ἐν ἄνθεν τὸν λόγον λέγει τῷ καθάπερ νόμοις προσέξεις, καὶ ὅλον ἐπιλθὼν, ὅπερ σαφέστερον τὸ λεγόμενον. ὅτι ὅτως χρὴ ἰλλιτερῶς ἔχοντα (7) τοῦτο νοεῖν. καὶ ὅτως εἰλλιτερῶς ἀναπληρούμενον. *V.*

(1) Ἑλληνὶς] Ἑλληνὶς legebatur, quod recte emendavit *M. du S.* addens in C. haec praemitti: σκόπει διλονότι. Ἀτλιτικὸς. καὶ ἴρα ὅπως ὁ προσέξῃς κ. τ. ἑ. ἀ. ἰ. λ.

(2) Δυσχερῶς] Δυσχερὴς edita. Mutavit *M. du S.*

(3) Προσέξῃς] Προσέξεις correxerat *Solan.* Non repugno, quia & sic paullo post, eodem hoc scholio legitur, & in C. quoque, ut modo indicatum. Sed quia ibi ὁ προσέξῃς est, & in Luciani textu Cod W. προσέξῃς etiam exhibet, quod vel usitatius, nihil hic mutare sustinui. Licuit enim Scholiastae id unoque more enunciare, dum illa Luciani exponit. *J. F. R.*

(4) Ἄν σοι] Αὐτοῖ edita. Mutavit *M. du S.*

(5) Ἐλλείπει] Ἀγνοεῖ *Clericus* ediderat, quod mutavit *Solan.* nescio unde. Obsecundavi tamen, quia necessarium videbatur. *J. F. R.*

(6) Οὖν ἄνθεν] Δ' ὖν ἄνω lectum antea. Emendavit *M. du S.*

(7) Τοῦτο] Τοῦτον M. Sed eodem versu ἰλλιτερῶς iterum editum, quod facile in ἰλλιτῶς converti. *J. F. R.*

6. Ὅπως μὴ] Subaudi, ἴρα, i. e. ἴρα ὅπως &c. *F. G.* Ὅπως] Vid. ad *Tim.* 28. *M. du S.* (At ex divisione Cl. *Hemst.* jam est §. 48. No. 89.)

Ibid. Προσέξεις] Miror qui *Solanus* Noster facilis alias ad mutandum contextum, ubi quid melius alicubi invenit, hic nil mutarit. Ego praefero προσέξῃς ex W. Etsi μὴ τοῦτο ποιήσεις recte dicitur; tamen in ejusmodi ellipsi, quae hic subest, nimirum, ἴρα ὅπως μὴ προσέξῃς, subjunctivus est melior. In *Tim.* c. 48. καὶ ὅπως —— φυλάξῃ legas. Juvat addere, quia haec lectio discutienda est, alterum locum *Solani*, quem ad *Tim.* indicavit, esse in *Prometh.* c. 3. Sed quia Cl. *Hemst.* alia divisione institutus numeros in notis *Solani* tamen non mutavit, vide jam *Prometh.* §. 5. ubi rursus

me instituit, & aliam me meliorem discendi ac vivendi rationem docuit. Itaque tanquam beneficus erga vos scribatur hic vir, & aeneum illum statuite juxta conditores, in urbe, juxta Minervam. Et bene noris, non ductu-ram sibi pudori Athenienſium civitatem, a barbaro & peregrino diſcere, quae proſunt.

18. ANACH. Illud nempe erat, quod audiebam de vobis, Athenienſibus, irriſores cum diſſimulatione vos eſſe in ſermonibus. Nam unde ego, paſtoricius & vagus homo, qui in plauſtro conſumſi vitam, nunc hanc nunc aliam terram obiens, qui urbem habitavi nunquam, nec alias praeterquam nunc vidi, de civitate diſputem, & doceam homines ſolum, in quo primum orti ſunt, incolentes, qui urbem hanc antiquiſſimam per tot jam ſaecula bonis legibus habuerunt? & te praeſertim, Solon, cui haec, ajunt, ab initio ſtatim diſciplina fuerit, ſcire, quomodo optime civitas inſtituatur, & quibus uſa legibus beata eſſe

καὶ ἄλλα βελτίω μαθήματα καὶ ἐπιτηδεύματα ἐδιδάξατο· ὥστε εὐεργέτης ὑμῶν ὁ ἀνὴρ [e] ἀναγεγράφθω, καὶ χαλκῆν αὐτὸν ἀναστῆσαι πρός τε τοὺς ἐπωνύμους ἐν πόλει πρός τε Ἀθηνᾶν, καὶ εὖ ἴσθι ὡς οὐκ [f] αἰσχυνοῖτο ἡ Ἀθηναίων πόλις, πρὸς βαρβάρου καὶ ξένου τὰ συμφέροντα ἐκμανθάνουσα.

ANAX. Τοῦτο ἐκεῖνο ἦν ἄρα, ὃ ἐγὼ σοὶ [g] ὑμῶν ἤκουον τῶν Ἀθηναίων, ὡς εἴητε εἴρωνες ἐν τοῖς λόγοις, ἐπεὶ πόθεν ἂν ἐγὼ, νομὰς καὶ πλάνης ἄνθρωπος, ἐφ' ἁμάξης βεβιωκὼς, ἄλλοτε ἄλλην γῆν ἀμείβων, πόλιν δὲ οὔτε οἰκήσας πώποτε, οὔτε ἄλλοτε ἢ νῦν [h] ἐπιδημήσας, περὶ πολιτείας διεξίοιμι, καὶ διδάσκοιμι αὐτόχθονας ἄνδρας, πόλιν ταύτην ἀρχαιοτάτην τοσούτοις ἤδη χρόνοις ἐν εὐνομίᾳ κατῳκηκότας; καὶ μάλιστα [i] σὲ, ὦ Σόλων, φασὶ τοῦτο, [k] ὡς φασὶν, ἐξ ἀρχῆς καὶ μάθημα ἐγένετο, [l] ὅπως ἂν ἄριστα πόλις οἰκοῖτο, καὶ οἷς τισι νόμοις χρωμένη,

e Ἀναγεγράφθω] Ἀναγραφέσθω *J.* & *V2.* Item marg. *A1.* at prius cett. & M. *f* Αἰσχυνοῖτο] Αἰσχύνεται W. *g* Ὑμῶν] Bene ſic *Fl.* aliaeque. Ἡμῶν male *J.* & *V2.* *h* Ἐπιδημήσας] Ἐσοικήσας M. male. *i* Σὲ] Omiſſum in M. *k* Ὡς φασὶν] Haec verba in W. poſt ἐγένετο collocantur. *l* Ἐπίσαιτο] Ἐπίσαιτο W. male.

ſus καὶ ὅπως μὴ καλαγωγήσῃς. Et ſic *Eurip.* quem adducit, itidem cum ſubjunct. Immo vel ſimplex μὴ & ὡς μὴ ſubjunct. jungi, quis dubitat? *Phalar.* Epiſt. 26. μὴ ἀγνοήσῃς. Noſter mox c. 18. f. ὡς μὴ ἀπεπλέκῃς, &c. Quia tamen μὴ ποιήσεις ſine ὅπως haud infrequens, quod probatione non eget, etiam hic nihil muto, niſi plures Codd. accedant. *J. F. R.*

16. Ὅσα] W. & L. In Impreſſ. omnibus ὅσῳ, quod alibi elegans eſt; hic autem locum habere poſſe mihi quidem non videtur; ideoque rejeci. Vid. not. ad Φαλ. β. c. 2. *M. du S.*

Ὅσα] Ne mihi quisquam objiciat, poſt ὅσῳ intelligi μᾶλλον, quod ipſum ſaepe commonſtravi; & ſic vulgatum ſtare poſſe. Ego hic μᾶλλον locum vix habere video, nec ὅσῳ adeo habere quo referatur; quumque mox τὰ μάγιστα ſequatur, ὅσα eo cupidius adripui, quod tribus praeterea teſtibus firmatum ſe ſatis vindicat. *J. F. R.*

18. Οὐδὲν — ἀποκρυψαίμην αὐτὴν] Non audio Florentinae αὐτῇ. Ἀποκρύπτειν enim cum duplici accuſativo conſtrui amat, quod vel Lexicogr. ex *Plut.* & *Plat.* tradidere. In Novo Foedere ἀποκρύπτειν τι ἀπό τινος conſtrui ſolet. *J. F. R.*

27. Εὐεργέτης ὑμῶν] Ἐπώνυμοι priſci heroes fuerunt, a quibus Atticae tribus ſua cognomina acceperunt: his magni honores ab Athenienſibus collati, ſtatuaeque in arce ejus urbis collocatae. Horum nomina ſi quis deſideret, *Pauſan.* in Attic. & *Demoſth.* εἰ ἐπιτάφιος conſulat. *G. C.*

28. Ἀναγεγράφθω] M. & Edd. fere omnes. Sed *Ven.* utraque ἀναγεγράφεσθω. *M. du S.*

Ibid. Χαλκοῦν αὐτὸν] Conf. *Lexiph.* c. XI. *Paraſ.* c. 48. Et paſſim. *J. F. R.*

29. Τοὺς ἐπωνύμους] *Heſych.* Ἐπώνυμοι, οἱ τῶν φυλῶν ἐπώνυμοι Ἥρωες, οὕτω ἦσαν δέκα. *F. G.*

Τοὺς ἐπωνύμους] De duplici poteſtate hujus vocis vid. Cl. *Hemſt.* ad *Dial. Mar.* IX. 1. No. 39. Et Cl. *Weſſel.* ad *Diod. Sic.* I. 20. No. 57. *J. F. R.*

Ibid. Ἐπωνύμους] Duplices hi *Meurſio*; primo X. numero a quorum ſtatuis dictae tribus. Secundo XLII. quorum ſtatuae in Ceramico erant. *M. du S.*

40. Αὐτόχθονας ἄνδρας] Thucydides in proëm. hiſtor. *Ariſtid.* in Panathen. *Ariſtoph.* ἱππέυ. *Tzetz.* ad Lycoph. vide virum Clar. *Jo. Savar.* ad Sidon. *Apoll.* Epiſtol. 6. lib. 8. *J. B.*

45. Οἰκοῖτο] Conf. ſupra c. 14. ſub init. *M. du S.*

μη, [a] εὐδαιμονήσειε. πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ [b] πειστέον σοι καὶ ἀντερῶ, ἤν τι μοι δοκῇ μὴ ὀρθῶς λέγειν, ὡς βεβαιότερον μάθοιμι. καὶ ἰδοὺ γὰρ ἤδη ἐκφυγόντες τὸν ἥλιον, ἐν τῷ [c] συνηρφεῖ ἐσμεν· καὶ καθέδρα μάλα ἡδεῖα καὶ εὔκαιρος, ὅπῃ ψυχροῦ τοῦ λίθου. λέγε οὖν τὸν λόγον ἐξ ἀρχῆς, καθότι τοὺς νέους ἀφελαβόντες, ἐκ παίδων εὐθὺς ἁπτονείτε, καὶ ὅπως ὑμῖν ἄριστοι ἄνδρες ἀποβαίνουσιν ἐκ τοῦ πηλοῦ, καὶ τῶν ἀσκημάτων τούτων, καὶ [d] τί ἡ κόνις, καὶ τὰ κυβιστήματα συνελεῖ πρὸς ἀρετὴν αὐτοῖς; τοῦτο γὰρ δὴ μάλιστα ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἐπόθουν ἀκοῦσαι· τὰ δ' ἄλλα εἰς ὕστερον διδάξῃ με κατὰ μέρος ἕκαστον ἐν τῷ μέρει. ἐκεῖνο μέντοι, ὦ Σόλων, μέμνησό μοι τῆς ῥήσεως, ὅτι πρὸς ἄνδρα βάρβαρον ἐρεῖς. λέγω δὲ, ὡς μὴ πλείονα λέξῃς, μηδὲ ἀπομηκύνῃς τοὺς λόγους. δέδια γὰρ μὴ ὑπολανθάνωμαι τῶν πρώτων, εἰ τὰ μὲν ταῦτα πολλὰ ὑπάρξει.

ΣΟΛ. Σὺ τοῦτο, ὦ Ἀνάχαρσι, ταμιεύσῃ ἄμεινον, ἔνθα ἄν σοι δοκεῖ μὴ πάνυ σαφὴς ὁ λόγος εἶναι, ἢ πόρρω σοι ἀποπλανᾶσθαι εἰκῇ ῥέων. ἐρήσῃ γὰρ μέλλοντα, τί ἂν ἐθέλῃς, καὶ ἀφαιρήσῃ αὐτοῦ τὸ μῆκος. ἢν μέντοι μὴ ἐξαγώνια, μηδὲ πόρρω τοῦ σκοποῦ τὰ λεγόμενα ᾖ, κωλύσει οὐδέν, οἶμαι, εἰ καὶ μακρὰ λέγοιτο. ἐπεὶ καὶ τῇ βουλῇ

quoque. Verum enimvero illa quoque in te parendum tibi velut legislatori: & contra dicam, si quid minus recte mihi dictum videbitur, ut eo discam firmius. Et ecce jam evitato sole, in opaco sumus, & jucunda hic sedes atque opportuna in saxo frigido. Itaque ab initio inde *exórsus* rationem doce, cur assumtos a pueris inde adolescentulos statim labore subigatis, & quomodo vobis optimi viri evadant a luto, & ab exercitationibus hisce; & quid pulvis & volutationes ad virtutem illis conferant? Hoc enim praesertim ab initio statim cupiebam audire: reliqua vero in posterum per partes suo quodque loco me docebis. Illud vero mihi, in oratione tua memineris, te acturum esse cum barbaro: hoc eo dico, ne implices aut producas sermonem. Metuo enim ne priorum obliviscar, si multa postea adfluant.

19. SOL. Hoc tute, Anacharsi, dispensabis melius, ubicumque tibi visa fuerit non nimis plana esse oratio, aut longius aliquorsum temere fusa aberrare. Interpellabis enim ut volueris, & longitudinem intercides. Si vero non aliena sint a disputatione, neque procul a scopo *quasi feriant*, quae dicuntur, nihil, puto prohibebit, etiamsi dicantur longiuscula: quandoquidem

a Εὐδαιμονήσειε] Εὐδαιμονήσει Fl. & W. b Πειστέον] Πειστέα male M. Nihil a vulgato abit Fl. c Συνηρφεῖ] Recepi ex M. & S. Συνειρφεῖ enim Edd. cett. d Τί] Ὅτι Fl. Prius cett. & M.

50. Συνηρφεῖ] M. S. & A. Reliquae συνειρφεῖ mendose. M. du S.

70. Διακόψῃς] Lego ἀφακόψεις. F.G. Non improbo quidem hanc conjecturam. Nihil tamen mutaverim; nam quum sit aorist. subj. activi, qui saepissime futuri habet potestatem, eo quod hic modus alio futuro careat; recte vertas: *ita amputaveris, praecideris ambages.* Usitatior quidem in ἀποδόσει ejusmodi indicativus, ut ap. *Hippocr.* S. 2. aph. 9. ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλέψεις, ne alia addam, in re tritissima: sed subjunct. nihil habet incommodi. J.F.R.

71. Ἐξαγώνια] I. est. ἔξω τοῦ ἀγῶνος. F.G. Habuimus supra, *pro Imag.* c. 18. pr. J.F.R.

73. Βουλῇ ἐξ Ἀρείου πάγου] Sic infra Οἰκ. c. 18. f. ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή. M. du S. Sed vid. de re ipsa notata ab Cl. *Hemsterh.* ad *Tim.* c. 50. p. 163. T.I. J.F.R.

77. Φόνου] Subaudi δίκῃ. F.G.

79. Ἐν τῷ μέρει] Recte, pro *alternis vicibus.* Ita ὡς μέρει *vicissim*, supra *Bis Accus.* c. 16. f. vel *deinceps, suo ordine*, ut *Diod. Sic.* II. c. 34. f. Ubi plura testimonia profert Cl. *Wesseling.* No. 80. Et Cl. *Hemsh.* ad *Dial. Mort.* XII. No. 81. ubi Οὐκοῦν ὡς μέρει ἑκάτερος ἀπάτω, docet *per vices* significare, quod Interpretes interdum fugerit. J.F.R.

80. Διώκων] Verbum hoc forense esse, etsi satis notum, & *actorem* notare, eique opponi τὸ φεύγοντα *reum*; vid. tamen exempla pluscula adferentem Rev. *Jac. Elsn.* in Observ. ad *Evang. Matth.* V. 44. ubi & *Gataker*um haec fugisse animadvertit, qui μήτε διώκων, μήτε φεύγων in *Antonin.* de reb. suis III. 7. frustra

dem etiam Areopagitarum consilio, quod caedis apud nos causas judicat, patrio more receptum est sic facere. Cum enim ascendens in collem consedit ad judicandum causas caedis, aut voluntarii vulneris, aut incendii; facultas dicendi datur litigantium utrique, & alternis dicunt tum actor tum reus, aut ipsi per se, aut adducto, qui pro se verba faciat, oratore. Hi quam diu de re ipsa dicunt, patitur Consilium, & audit silentio. Si vero quis aut prooemium dicat ante orationem, ut benevolentiores illos reddat; aut miserationem, vel indignationem, extrinsecus arcessitam inducat causae, qualia multa judicibus struunt Rhetorum filii: progressus *in medium* praeco silentium statim imponit, neque patitur ineptias agere apud judices, aut oblinere quasi & involvere causam verbis, ut nuda quae facta sunt videant Areopagitae. Sic etiam te, Anacharsi, Areopagitam in praesens mihi constituo equidem: & ex mei Consilii lege audi, & tacere jube, si sentias rhetoricas tibi insidias strui: quam diu domestica causae dicentur, producere orationem liceat. Neque enim sub sole jam disputabimus, ut molestum sit si extendatur oratio: verum & umbra densa est, & nos

ἐξ Ἀρείου πάγου, ἢν τὰς φονικὰς ἡμῖν δίκας δικάζει, πάτριον ἔτω ποιεῖν. ὁπόταν γὰρ ἀνελθοῦσα εἰς τὸν πάγον συγκαθέζηται φόνου, ἢ τραύματος ἐκ προνοίας, ἢ πυρκαϊᾶς δικάτοιλες, ἀποδίδοται λόγος ἑκατέρῳ τῶν κρινομένων· καὶ λέγουσιν ἐν τῷ μέρει, ὁ μὲν διώκων, ὁ δὲ φεύγων, ἢ αὐτοί, ἢ ῥήτορας ἀναβιβάζοντες τοὺς ἐροῦντας ὑπὲρ αὐτῶν. οἱ δὲ ἐς τ' ἂν μὲν περὶ τοῦ πράγματος λέγωσιν, ἀνέχεται ἡ βουλὴ, καθ' ἡσυχίαν ἀκούσασα· ἢν δέ τις ἢ προίμιον εἴπῃ πρὸ τοῦ λόγου, ὡς εὐνοϊκωτέρους ἀπεργάσαιτο αὐτοὺς, ἢ οἶκτον, ἢ δείνωσιν ἔξωθεν ἐπάγων τῷ πράγματι (οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ὀπὶ τοὺς δικαστὰς μηχανῶνται)· παρελθὼν ὁ κῆρυξ καλεσιώπησεν εὐθὺς, ὅπως ἐὰν λήρῃ πρὸς τὴν βουλὴν, μὴ περιπίπτειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγενημένα οἱ Ἀρεοπαγῖται βλέποιεν. ὥστε καὶ σὲ, ὦ Ἀνάχαρσι, Ἀρεοπαγίτην ἐν τῷ παρόντι ποιεῖσθαι ἔγωγε, καὶ κατὰ τὸν τῆς βουλῆς μου νόμον ἄκουε, καὶ σιωπᾶν κέλευε, ἢν αἴσθῃ σε καταῤῥητορευόμενον· ἄχρι δὲ ἂν οἰκεῖα τῷ πράγματι λέγῃ, ἐξέστω ὑποκρίνειν. εἰδὲ γὰρ ὑφ' ἡλίῳ ἔτι ποιησόμεθα τὴν συνουσίαν, ὡς ἄχθεσθαι εἴ τινα ὑποτείνοιτο ἡ ῥῆσις· ἀλλὰ ἡ νὺξ σκιὰ πυκνὴ, καὶ ἡμεῖς σχολὴν ἄγομεν.

ANAX.

e Ἑκατέρῳ] Ἑκατέρων male W. f Ἀρεοπαγῖται] Ἀρεοταγῖται W. & sic paullo post bis. g Καταῤῥητορευόμενον] Καταῤῥητορεύεσθον W.

77. Φόνου] Ὅτι οὐ τὸν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ φόνου ἐδίκαζον ἢ τραύματος οὐ προνοίας, ἢ πυρκαϊᾶς· ἡ δὲ Παλλὰς τὸ θεῖον μηδὲν τούτων ἐπικαιρότερα ἐχεῖ Ἀθηναίοις εἶναι, [Actor. XVII. 19.] ἡ καὶ θεωμαχίαν ἢ λῃστρικὸν πειρατήριον ἐστιγμένον φυγαδεύειν τὸν ἐν ἄλλῃ ὑποδίκῳ καλιᾷ ἢ τοῖς ἐπιτυχοῦσι δικαμένοις, ἵνα τὰ σημεῖα ἐκ λόγου ἀξιοπίστου εἰς τὸ κριτήριον τοῦτο προκάψῃ, οὐ Στοϊκῶν τὰ μάλιστα συγκεκροτημένοι, οὐδ' ἡ ἀξιοπιστία τὸ λέγειν παρ' Ἕλλησι προκατεσκεύασε. M.

* Ἀρείῳ πάγῳ] Sic scriptum inveni, nec *Solen.* quidquam notarat. Alias Ἀρείῳ πάγῳ scribitur, vel etiam junctim. J. F. R.

stra mancum pronuntiat. J. F. R.

84. Ἢν δέ τις ἢ προίμιον εἴπῃ] Apud Areopagitas oratoribus haud licuisse affectus movere, ut quibus judicum animi a veritatis luce in falsitatis caliginem saepe abducuntur, auctor est *Quintil.* L. 2. c. 17. Igitur Athenis interdicebat praeco dicturis in concione, ne vel praefatione vel affectibus uterentur, rem modo exponerent. ἄνευ προοιμίου & πυθῶν. G. G.

90. Περιπίπτειν] Περιπλέκειν legit Interpres. F. G.

Περιπίπτειν — ἐν τοῖς λόγοις] De hoc pleonasmo praepositionis ἐν, satis dictum supra T. I. *Herod.* c. 5. No. 87. J. F. R.

91. Γυμνὰ τὰ γεγεν. βλέποιεν] Divus Paul. ad *Hebr.* IV. 13. Καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ, πάντα δὲ γυμνὰ &c. ubi alia similia dedit Rev. J. Elsner. neque haec Luciani praetermisit. J. F. R.

ANAX. Εὐγνώμονά σε ταῦτα, ὦ Σόλων, καὶ ἔγωγε ἤδη χάριν οἶδά σοι καὶ διὰ τοῦτο, ὅτι παρεργον τῷ λόγῳ καὶ τὰ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ γιγνόμενα ἐδιδάξω με, θαυμάσια ὡς ἀληθῶς, καὶ ἀγαθῶν βουλευτῶν ἔργα, πρὸς ἀλήθειαν οἰσόντων τὴν ψῆφον. Διὰ τοῦτοις οὖν ἤδη λέγε, καὶ ὁ Ἀρεοπαγίτης ἐγὼ, (τοῦτο γὰρ ἔθος με) κατὰ σχῆμα τῆς βουλῆς ἀκούσομαί σου.

ΣΟΛ. Οὐκοῦν ἀμφὶ βραχέων προακοῦσαι χρή σε, ἃ περὶ πόλεως καὶ πολιτῶν ἡμῖν δοκεῖ. πόλιν γὰρ ἡμεῖς οὐ τὰ οἰκοδομήματα ἡγούμεθα εἶναι, οἷον τείχη, καὶ ἱερὰ, καὶ νεωσοίκους, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὥσπερ σώματί τι ἑδραῖον, καὶ ἀκίνητον ὑπάρχειν εἰς ὑποδοχὴν καὶ ἀσφάλειαν τῶν πολιτευομένων, τὸ δὲ τῶν κύριον ἐν τοῖς πολίταις τιθέμεθα. τούτους γὰρ εἶναι τοὺς ἀναπληροῦντας, καὶ διατάττοντας, καὶ ἐπιτελοῦντας ἕκαστα, καὶ φυλάττοντας. οἷόν τι ἐν [a] ἡμῖν ἑκάστῳ ἐστὶν ἡ ψυχή. τοῦτο δὴ τοίνυν καλανοήσαντες, ἐπιμελούμεθα μὲν, ὡς ὁρᾷς, καὶ τοῦ σώματος τῆς πόλεως, καλλωπίζοντες αὐτὸ, ὡς κάλλιστον ἡμῖν εἴη, ἔνδοθέν τε οἰκοδομήμασι καλῶς σκευασμένον, καὶ ταῖς ἔκτοσθεν ταύταις περιβολαῖς, εἰς τὸ ἀσφαλέστατον [b] περιτετειχισμένον.

otioſi ſumus. ANACH. Aequa dicis, Solon. Et gratiam equidem tibi jam habeo non mediocrem ea cauſſa, quod obiter etiam, quae in Colle Martio fiunt, me docuiſti, admiranda ſane & bonorum judicum opera, qui ex vero calculum laturi ſint. Hac ergo conditione jam dicito: & ego Areopagita, hunc enim tibi me poſuiſti, ad formam illius Conſilii te audiam.

20. SOL. Igitur paucis ante reliqua audiendum tibi eſt, quae de civitate ſtatuamus ac civibus. Civitatem enim non in aedificationibus ineſſe judicamus, ut ſunt moenia, & templa, & navalia: ſed iſta quidem uti corpus quoddam firmum, & immobile eſſe, ad receptionem & ſecuritatem civium; vim vero omnem ponimus in civibus: hos enim eſſe qui iſta impleant, & gubernent, & perficiant omnia, & cuſtodiant, quale quid in uno quoque noſtrum eſt anima. Hoc igitur conſiderantes, curamus quidem ut vides, etiam corpus civitatis, ornamusque uti quam pulcherrimum nobis ſit, cum intus paratum aedificiis, tum etiam externis illis munimentis ad ſummam ſecuritatem circumſeptum.

a Ἡμῖν] Sic M. etiam cum Edd. Sed ἡμῶν cum *Solano* lego. b Περιτετειχισμένον] Περιφραγμένον W.

21. Ἡμῖν] Lege ἡμῶν. *M. du S.*

Ἡμῖν] Nondum vulgatum immuto. *J. F. R.*

51. Ἀφ' ὧν τά τε ἰσθμῖα ἀμεινίδια, βελτίω παρὰ πολὺ γίγνοιτο ἄν, καὶ τὸν φαύλως ἐχοῦσα μεταχοσμοῖτο πρὸς τὸ βέλτιον] Planum eſt, legendum vel γίγνοιτο, vel μεθαρμοῖτο. At prius eſt ἑλληνικώτερον. Sic paullo poſt, οἱ (γεωργοὶ) τὰ φυτὰ μίχρι μὲν πρόσγειοι ἔτι, σκέπουσι, καὶ διαφράττουσιν, ὡς μὴ βλάπτοιτο ὑπὸ τῶν πνευμάτων. Et hic haud dubie βλάπτοιτο legendum, praeceſſit enim ἔτι. Non tamen ſemper, vel ipſi Attici, neutrum plurale cum verbo ſingulari conſtruunt. Nam apud Noſtrum in *Dial. Mortuor.* XIII. §. 1. ὅμοια ἐλέγοντο. & in *Paraſito* c. 53. Ταῦτα ἀπόλλυται. in eodem hoc libello c. 24. σώματα γίγνονται. & alibi ἱερεῖα θήσουσι. Sic & apud *Aelianum*, ἃ πιστὰ δοκοῦσι. & δρομικώτατά ἐστι. pluraque talia. *J. J.*

Ἐφ'] Ita M. & *Fl.* Ed. melius, mea quidem ſententia, quam ἀφ' quod in reliquis eſt. *M. du S.*

Ἐφ' ὧν] Quamquam non deeſt, quo vulgatum ἀφ' defendam, tamen facile hoc *Solano* & adductis auctoritatibus dedi, ut alteri praeferrem, quod melius eſt. Sic & *Euang. Luc.* IX. 7. Ἤκουσε δὲ Ἡρῴδης — τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα. *Herodian.* IV. XI. 3. χαίρειν τοῖς γινομένοις ὑπὸ τῶν βαρβάρων προσεποιεῖτο. Et alii paſſim. Alioqui ad vulgatam ἀφ' ὧν — γίγνοιντο defendendam adferrem *Long. Paſt* 2. p. 61. Ed. *Wech.* ἀπάλατο ἡ ναῦς ἀπὸ τοῦ πνεύματος. *Alciphr.* I. 29. p. 120. βυλόμβον σπασθῆναι ἀπὸ σοῦ (ubi *Bergl.* tamen ὑπὸ malit) *Aeſop.* fab. 65. in Ἐπιμοθ. οἱ ἀδικοῦντες ἀπὸ θεῶν πολάζονται. *Aelian.* V. H. VII. 1. καὶ τὰ ἀπὸ ταύτης προστεττόμενα δράσαι. *Euang. Luc.* VII. 35. Καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς πάντων. Plura vid. in Obſ. Miſcell. vol. V. III. p. 427. Quae tamen minime eo adfero, quaſi parum intereſſe inter ὑπὸ & ἀπὸ exiſtimem, quod Graeci alias egregie diſtinguunt; (& melius quam Latini, qui utrumque una praepoſitione *ab* efferentes ſaepe in ambiguitatem incidunt maximam, ut multis exemplis commonſtravi in

ptum. At maxime & ex omni parte illud providemus, uti cives boni quantum ad animas, & valentes fiant corporibus. Tales enim & ſuae vitae modum pulchre habituros re publica in pace gerenda, & in bello ſervaturos civitatem, liberamque & beatam cuſtodituros. Ac primam quidem illorum educationem matribus, & nutricibus, & paedagogis permittimus, ut liberali eos diſciplina educent atque nutriant. Cum vero jam intelligentes fiunt eorum, quae bene ſe habent; ac pudor, & robur, & metus, & rerum optimarum cupiditas, enaſcitur in illis, & ipſa jam corpora idonea laboribus videntur, compactiora dum fiunt, & ad robur majus conſiſtentia; tum jam aſſumtos docemus, aliis animae diſciplinis atque exercitationibus propoſitis, alia vero ratione labori corporibus adſuefaciendis. Neque enim ſatis nobis videtur, eo modo ingenio eſſe unumquemque uti natus eſt, ſive quantum ad corpus, ſive quod ad animum; verum inſtitutione apud illos indigemus ac diſciplina, a quibus cum ea quae feliciter nata ſunt, meliora multo fiant,

πεφραγμένον. μάλιστα δὲ καὶ ἐξάπαντος τοῦτο προνοοῦμεν, ὅπως οἱ πολῖται ἀγαθοὶ μὲν τὰς ψυχὰς, ἰσχυροὶ δὲ τὰ σώματα γίγνοιντο. τοὺς γὰρ τοιούτους σφίσι τε αὐτοῖς καλῶς χρήσεσθαι ἐν εἰρήνῃ συμπολιτευομένους, καὶ ἐκ πολέμου σώσειν τε τὴν πόλιν, καὶ ἐλευθέραν καὶ εὐδαίμονα διαφυλάξειν. τὴν μὲν δὴ πρώτην ἀναδοχὴν αὐτῶν μητράσι, καὶ τίτθαις, καὶ παιδαγωγοῖς ἐπιτρέπομεν ὑπὸ παιδείαις ἐλευθερίοις ἄγειν τε καὶ τρέφειν αὐτούς. ἐπειδὰν δὲ συνετοὶ ἤδη γίγνωνται τῶν καλῶς ἐχόντων, καὶ αἰδὼς, καὶ ἐρύθημα, καὶ φόβος, καὶ ἐπιθυμία τῶν δεόντων [c] ἀναφύηται αὐτοῖς, καὶ αὐτὰ ἤδη τὰ σώματα ἀξιόχρεα δοκῇ πρὸς τοὺς πόνους, παγιώτερα γιγνόμενα, καὶ πρὸς τὸ ἰσχυρότερον συνιστάμενα, τηνικαῦτα ἤδη παραλαβόντες αὐτοὺς διδάσκομεν, ἄλλα μὲν τῆς ψυχῆς μαθήματα καὶ γυμνάσια προτιθέντες, ἄλλως δὲ πρὸς τοὺς πόνους καὶ τὰ σώματα ἐθίζοντες. οὐ γὰρ ἱκανὸν ἡμῖν ἔδοξε τὸ μόνον φῦναι ὡς ἔφυ ἕκαστος, ἤτοι κατὰ τὸ σῶμα, ἢ κατὰ τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ παιδεύσεως καὶ μαθημάτων ἐπ' αὐτοὺς δεόμεθα, [d] ὑφ' ὧν τά τε εὐφυῶς πεφυκότα βελτίω πολὺ [e] γίγνοιντο ἄν, καὶ τὰ φαύλως ἔχον-

[c] Ἀναφύηται] Sic *Fl.* cum reliquis. Ἀναφύεται W. [d] Ὑφ'] Recepi ex *Fl.* M. & marg. *Aldd.* Ἀφ' Edd. [e] Γίγνοιντο] Ita Edd. omnes & M.

in libello *de Ambiguis*) nam cum E. c. *Euang. Luc.* IX. 45. ἦν παρακαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν legas, contrarius fere ſenſus emerget, ſi ibi ὑπὸ dixeris. Ita αἴρεται ἀπ' ἐμοῦ, *aufertur mihi*, ſed αἴρεται ὑπ' ἐμοῦ, *ego aufero*. ſ. aufertur meâ operâ. Sic & ῥυσθήσεται ἀπὸ σοῦ, erit: *liberabitur a te*, cum ὑπὸ vero, *liberabitur per te*. In nonnullis autem locutionibus perinde erit, utrum ἀπὸ an ὑπὸ utare, ut, δοθήσεται ἀπ' & ὑπ' ἐμοῦ. ubi eodem redibit, dabitur *a me*, ſive *de meo*, an *per me*. *J. F. R.*

52. Γίγνοιτο] Vid. *Jenſ.* In omnibus libris noſtris mendoſe *γίγνοιντο*, cum ſequatur mox *μεταχοσμοῖτο*. *M. du S.*

Γίγνοιτο] Facile largior *Jenſio* ac *Solano* γίγνοιτο melius convenire ſequenti *μεταχοσμοῖτο*, & Lucianum forſan etiam ſic dediſſe; quia tamen non plane eſt vitioſa oratio, ſine Codicum auctoritate hic nihil mutavi; nam ne regulae quidem Grammaticae ajunt conjunctionem ſimiles numeros poſtulare, neque neutrum plurale ſemper ſingularem verbi requirit (quod ipſe *Jenſius* recte monuit, & exempla plurima neutrorum cum plural. indicavit etiam Cl. *Weſſel.* ad *Diod. Sic.* V. c. 8. No. 85. ubi cum vulgo ederetur ἴδια διαφέροντα, καὶ — ὑπῆρχεν, jam tamen ex 2. Codd. ὑπῆρχον concinnius editum, licet vulgatum defendi poſſet ex *Eunap.* in Orybaſ. p. 174. qui ταῦτα μὲν ἐν ἴσῳ ἑκάτερα ἔχει.) Sic mox c. 24. σωτικώτερα γίγνοιντο omnes. Ubi tamen ſolus W. γίγνοιτο iterum. Sed c. 24. med. idem Cod. cum Edd. τὰ σώματα γίγνοιντο. At ſi quid mutandum, *μεταχοσμοῖτο* potius pro *μεταχοσμοῖτο* ſcriberem, quia γίγνοιντο dedita opera in plur. videtur conſtituiſſe, quod plurale βελτίω etiam addiderit, quum βέλτιον γίγνοιτο dicere potuiſſet, & ad ſingularem tranſire voluiſſet: ut c. 34. πολὺ ἄμεινον χρήσασθαι αὐτοῖς. Quamvis hoc pro argumento invicto non venditem, quum poſſit etiam βελτίω indeclinabile poſitum dici ab iis qui ſingularem praeferunt, veluti *Diod. Sic.* πλείω adverbii more uti ſolet, ut obſervat

ἔχοντα μεταχοσμοῖτο πρὸς τὸ βέλτιον. καὶ τὸ παράδειγμα ἡμῖν ἔστω τὰ γεωργῶν, οἳ τὰ φυτὰ, μέχρι μὲν πρόσγεια καὶ ταπεινά ἐστι, σκέπουσι, καὶ διαφράττουσιν, ὡς μὴ βλάπτοιντο ὑπὸ τῶν πνευμάτων· ἐπειδὰν δὲ ἤδη ταχύνῃ τὸ ἔρνος, τηνικαῦτα διαιτέμνουσί τε τὰ περιττὰ, καὶ [a] παραδιδόντες αὐτὰ τοῖς ἀνέμοις δονεῖν καὶ ἀσφαλεύειν, καρπιμώτερα ἐξεργάζονται.

Τὴν μὲν τοίνυν ψυχὴν μουσικῇ τὸ πρῶτον καὶ ἀριθμητικῇ ἀναρριπίζομεν, καὶ γράμματα γράφαμεν, καὶ τορῶς αὐτὰ ἐπιλέξαντες διδάσκομεν· προϊοῦσι δὲ ἤδη, σοφῶν ἀνδρῶν γνώμας, καὶ ἔργα παλαιὰ καὶ λόγους ὠφελίμους ἐν μέτροις καλλωπισάντες, ὡς μᾶλλον μνημονεύοιεν, ῥαψῳδοῦμεν αὐτοῖς. οἱ δὲ ἀκούοντες ἀρετάς τινας, καὶ πράξεις ἀοιδίμους, ὀρέγονται μικρόν, καὶ πρὸς μίμησιν ἐπεγείρονται, ὡς καὶ αὐτοὶ ᾄδοιντο, καὶ θαυμάζοιντο ὑπὸ τῶν ὕστερον· οἷα πολλὰ Ἡσίοδός τε ἡμῖν, καὶ Ὅμηρος ἐποίησαν. ἐπειδὰν δὲ [b] πλησιάσωσι πρὸς τὴν πολιτείαν, καὶ ἤδη αὐτοὺς ἤδη μεταχειρίζεσθαι τὰ κοινά· καίτοι ἔξω τοῦ ἀγῶνος ἴσως ταῦτα· οὐ γὰρ ὅπως τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀσκοῦμεν, ἐξ ἀρχῆς προῄκειτο εἰπεῖν, ἀλλὰ διότι τοῖς τοιούτοις πόνοις καταγυμνάζειν αὐτοὺς ἀξιοῦμεν· ὥστε αὐτὸς [c] ἐμαυτῷ σιωπᾶν προστάττω, οὐδὲ περιμείνας τὸν κήρυκα, οὐδὲ τὸν [d] Ἀρεοπαγίτην

tum quae male habent, transformentur in melius. Exemplum nobis est ab agricolis, qui plantas, quam diu humiles sunt ac tenerae, tegunt ac sepiunt, ne laedantur a ventis; cum vero jam crassitiem aliquam surculus habet, tum & superflua putatione resecant, & ventis eos quatiendos agitandosque dum permittunt, fertiliores efficiunt.

21. Ac mentem quidem musica primum atque Arithmetica quasi flatu agitatam accendimus, & literas pingere, & clara voce legere docemus. Progredientibus jam virorum sapientium sententias, & opera antiqua, & sermones utiles, versibus exornata, ut memoria facilius complectantur, praecinimus. Illi vero audientes praeclara quaedam facinora, & actiones celebres, paullatim concupiscunt, & ad imitationem excitantur, ut & ipsi canantur, & admirationi sint posteris, qualia multa nobis Hesiodus Homerusque fecerunt. Cum vero ad rempublicam accedunt, & oportet illos jam tractare communia . . . Quamquam extra causam ista forte: neque enim quomodo animos exerceamus, ab initio nobis ad dicendum erat propositum; sed cur talibus illos laboribus exercendos putemus. Itaque silentium ipse mihi impero, non expectato praecone, aut ipso te Areopagita, qui

a Παραδιδόντες] Παραδόντες W. Nihil mut. *Fl.* b Πλησιάσωσι] Πλησιάζωσι M. c Ἐμαυτῷ] Ἑαυτῷ *El.* d Ἀρεοπαγίτην] Ἄρειον. M. Vulgatum tuetur *Fl.*

Cl. *Wessel.* ad L. I. c. 92. pr. Et ut Lucian. etiam *Asin.* c. 10. πληγὰς ἴσως πλείω λάβῃς. Immo & βελτίων, μουζω, καλλίων ex *Aristaen.* dedimus ad *Abdicat.* c. 16. pr. Verum & singularis cum plurali personae permiscetur in aliis locutionibus, ut *Liban.* Ep. 394. p. 200. f. εἰ σὺ βούλομαι μὲς ἄνθρωπος — τί ὦν αἰσχύνῃ; ibid. p. 202. φάρμακα πικρότατα — φλέγμα δὲ ἰσχυρὸν σὺ εἶ. Et ep. XV. ἔγωμαι & ἐσχάμην. Notabilior transitus a plur. ad sing. est in Ep. ad *Galat.* VI. 1. ὑμεῖς καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον — σκοπῶν. σεαυτόν. Sed aliud ejusmodi vidimus in *Zeux.* c. 7. περίβαλε — καὶ ἀφόμοιον, cui adde *Evang. Luc.* V. 4. ἐπανάγαγε — καὶ χαλάσατε. Et *Aelian.* I. 4. ubi unius canis mentione praemissa, pergit, οὐδὲ πίνουσιν ἐπιπόντους. *J. F. K.*

62. Μουσικῇ] Inter reliquas Cyclicas disciplinas, primo loco Musicam discebant, quam & Epaminondas & alii nobiles viri summa cum industria consectati sunt, ut admonet interpres *Aristoph.* in Equit. & *Aelian.* L. XIV. *G. C.*

Μουσικῇ] Videndus ea de re *Plato* Πολ. & *Strabo* I. *M. du S.*

64. Ἐπιλέξας] Conf. supra *Dial. Mar.* V. §. 2. ibique de hoc verbo notata ab Cl. *Hemsterhusio.* Adde 2. *Ver. Hist.* §. 36. *J. F. R.*

80. Ἐμαυτῷ] Male Florentinam habere ἑαυτῷ adscripserat *Solan.* At neſcio num prorsus male; nam ut

qui prae pudore, credo, sustines jam tantum extra caussam blaterare. ANACH. Dic mihi, Solon, in eos qui necessaria non dicunt in colle Martio, sed reticent, nulla a consilio poena excogitata est? SOL. Quid hoc me interrogasti? nondum enim apparet. ANACH. Quia praetermissis, quae pulcherrima sunt, & mihi ad audiendum jucundissima, minus necessaria dicere cogitas, gymnasia, & laboriosas exercitationes corporum. SOL. Nempe memor sum, vir optime, eorum, quae in principio dicta sunt, nec volo inde sermonem abducere, ne *copiose nimis* adfluens memoriam tuam turbet. Verum tamen ista quoque dicam breviter, quoad ejus fieri potest: accurata enim earum rerum consideratio alterius disputationis fuerit.

22. Mentes igitur illorum ad concinnitatem quandam formamus, partim communes leges dum illos edocemus, quae publice omnibus propositae ad legendum magnis literis uno in loco descriptae, quae tum quae facienda sint jubent, tum quibus abstinendum; partim virorum bonorum consuetudine, a quibus & dicere quae opus est discant, & quae justa sunt facere, & ex aequo capessere rem publicam, neque concupiscere turpia, & honesta appetere, nihil autem quidquam per vim agere. Illi porro viri Sophistae apud nos & Philosophi

τῶν σὲ, ὃς ὑπ' αἰδοῦς, οἶμαι, ἀνέχῃ λεγόντα ἤδη τοσαῦτα ἔξω τοῦ πράγματος. ΑΝΑΧ. Εἰπέ μοι, ὦ Σόλων. πρὸς δὲ δὴ τοὺς [e] τὰ ἀναγκαιότατα μὴ λέγοντας ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἀλλὰ ἀποσιωπῶντας, εὑρέθη τῇ βουλῇ πρόσιμον ἐπινενόηται; ΣΟΛ. Τί τοῦτο ἤρου με; οὐδέπω γὰρ δῆλον. ΑΝΑΧ. Ὅτι τὰ κάλλιστα, ἐμοὶ ἀκοῦσαι ἥδιστα παρεὶς τὰ περὶ τὴν ψυχῆς, τὰ ἥττον ἀναγκαῖα λέγειν ἀσκήσεις, γυμνάσια, καὶ ἀσκήσεις τῶν σωμάτων. ΣΟΛ. Μέμνημαι γάρ, ὦ γενναῖε, τῶν ἀπ' ἀρχῆς προρρήσεων, καὶ ἀποπλανᾶν οὐ βούλομαι τὸν λόγον, μή σου ἐπιλαράξῃ τὴν μνήμην ἐπιρρέων. πλὴν ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἐρῶ ἀσὶ βραχέων, ὡς οἷόν τε. τὸ γὰρ ἀκριβὲς περὶ αὐτῶν ἀσκέψεως ἑτέρου ἂν εἴη λόγου.

Ῥυθμίζομεν οὖν τὰς γνώμας αὐτῶν, νόμους τε τοὺς κοινοὺς ἐκδιδάσκοντες, οἳ δημοσίᾳ πᾶσι πρόκειται ἀναγινώσκειν μεγάλοις γράμμασιν [f] ἅμα ἀναγεγραμμένοι, κελεύοντες ἅττα χρὴ ποιεῖν, καὶ ὧν ἀπέχεσθαι· καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν συνουσίαις, παρ' ὧν λέγειν τὰ δέοντα ἐκμανθάνουσι, καὶ πράττειν τὰ δίκαια, καὶ ἐκ τοῦ ἴσου ἀλλήλοις συμπολιτεύεσθαι, καὶ μὴ ἐφίεσθαι τῶν αἰσχρῶν, καὶ ὀρέγεσθαι τῶν καλῶν, βέλτιον δὲ μηδὲν ποιεῖν. οἱ δὲ ἄνδρες οὗτοι σοφισταὶ καὶ φιλόσοφοι πρὸς ἡμῶν ἀνο-

e Τὰ ἀναγκαιότατα] Τὰ μὴ ἀναγκ. W. male. f Ἅμα ἀναγεγραμ.] Non adest ἅμα in Mss. Graev. Adest quidem in cett. Sed Rl. & W. ἅμα γεγραμμένοι habent, non ἀναγεγρ.

ut id pro σεαυτοῦ habuimus supra *Paraſ.* c. 8. & ipse ibi fatetur Lucianum sic saepe solere, ita & pro ἑαυτῷ I. *Ver. Hiſt.* c. 6. *Aſin.* c. 13. &c. nam singula repetere nihil opus est. Interim vulgatum hic tutius servatur. *J. F. R.*

93. Προῤῥήσεων] Conf. supra de *Sacrif.* c. 12. pr. *M. du S.*

1. Οἱ δημοσίᾳ &c.] Οἱ δημοσίᾳ πᾶσι πρόκειται ἀναγινώσκειν μεγάλοις γράμμασιν ἅμα ἀναγεγραμμένοι. sc. ἅμα leges, *quae majuſculis litteris ſcriptae omnibus publice legendae proponuntur.* Quid ἅμα hic sibi velit non video. In editione Florentina legitur: μεγάλοις γράμμασιν ἅμα γεγραμμένοι. In Mſ. vero μεγάλοις γράμμασιν ἀναγεγραμμένοι, ut omnino scribendum est. *J. G. G.*

3. Ἅμα] Parum abest, quin monente *Graevio*, ac praeeunte Mſ. illud ἅμα ejiciam e contextu, quod e compendio τῶ ἀνα— natum videtur, ita ut prior aberrans scriba ἅμα γεγραμμ— dederit, quod dein, quum in aliis exemplaribus ἀναγεγρ— inveniretur, una cum illo servatum est. *J. F. R.*

10. Σοφισταὶ] Cum tam crebro fiat Sophistarum philosophorumque mentio, non inutile fuerit eorum discrimen explicare, idque ex Platone potissimum, qui Sophistam his fere coloribus depingit, ut sit avarus, ambitiosus, vanus, & virtutis expers, in nugis oc-

ὀνομάζομεν. ἢ μῶν οἱ ἐς τὸ θέατρον συνάγοντες αὐτοὺς δημοσίᾳ παιδεύομεν ὑποκωμῳδίαις, ἢ τραγῳδίαις, ἀρετάς τε ἀνδρῶν παλαιῶν, καὶ κακίας θεωμένους, ὡς τὰ μὲν ἀποτρέποιντο, ἐπ' ἐκεῖνα δὲ [a] σπεύδοιεν. τοῖς δέ γε κωμῳδοῖς καὶ ἀποσκώπτειν καὶ λοιδορεῖσθαι ἐφίεμεν ἐς τοὺς πολίτας, ὅς ἂν αἰσχρὰ καὶ ἀνάξια τῆ πόλεως ὑπιτηδεύοντας αἰσθωνται, αὐτῶν τε ἐκείνων χάριν, ἀμείνους γὰρ οὕτω γίγνονται ὀνειδιζόμενοι, καὶ τῶν πολλῶν, ὡς φεύγοιεν τὰ ὑπὸ τοῖς ὁμοίοις ἐλέγχον.

ANAX. Εἶδον, ὦ Σόλων, οὓς φὴς, τοὺς τραγῳδοὺς, καὶ κωμῳδοὺς, εἴγε ἐκεῖνοί εἰσιν ὑποδήματα μὲν βαρέα, καὶ ὑψηλὰ ὑποδεδεμένοι, χρυσαῖς δὲ ταινίαις τὴν ἐσθῆτα ποικιλμένοι, κράνη δὲ ὑπικείμενοι παγγέλοια, κεχηνότα παμμέγεθες, αὐτοὶ δὲ ἔνδοθεν μεγάλα τε ἐκεκράγεσαν, καὶ διέβαινον οὐκ οἶδ' ὅπως ἀσφαλῶς ἐν τοῖς ὑποδήμασι. Διονύσῳ δὲ, οἶμαι, τότε ἡ πόλις ἑώρταζεν. οἱ δὲ κωμῳδοὶ, βραχύτεροι μὲν ἐκείνων, καὶ πεζοὶ καὶ ἀνθρωπινώτεροι, καὶ ἦσαν ἐβόων, κράνη δὲ πολὺ γελοιότερα, καὶ τὸ θέατρον γῆν ἅπαν ἐγέλα ἐπ' αὐτοῖς. ἐκείνων δὲ τὰ ὑψηλῶν, σκυθρωποὶ ἅπαντες ἦκουον, οἰκτείροντες, οἶμαι, αὐτοὺς, πέδας τηλικαύτας ἐπισυρομένους. ΣΟΛ. Οὐκ ἐκείνους, ὦ γαθὲ, ὤκλειρον, ἀλλὰ ποιητὴς ἴσως ἀρχαῖόν τινα συμφορὰν ἐπεδείκνυτο τοῖς θεαταῖς, καὶ ῥήσεις οἰκτρὰς ἐτραγῴδει πρὸς τὸ θέατρον, ὑφ' ὧν ἐς δάκρυα καλεσπῶντο οἱ ἀκούοντες. εἰκὸς δέ σε καὶ αὐλοῦντας ἑωρακέναι τινὰς τότε, καὶ ἄλλους συναύλους, ἐν κύκλῳ συνεστῶτας. ὑπ' αὐτὰ, ὦ Ἀνάχαρσι,

appellantur. Verum etiam in theatrum conductos publice erudimus in Comoediis & Tragoediis, virtutes dum ſpectant veterum virorum & vitia: ab his ut avertantur, ad illa vero contendant. Comoedis vero etiam ridicula jacere in cives, & male illis dicere permittimus, quos quidem turpia, & indigna hac civitate agentes ſentiant, idque cum illorum ipſorum cauſſa, meliores enim ſic fiunt maledictis; tum multitudinis, ut fugiant propter ſimilia reprehendi.

23. ANACH. Vidi, Solon, quos dicis Tragoedos & Comoedos, ſi quidem illi ſunt. Calceos habent graves & altos, veſtem taeniis diſtinctam aureis, galeas impoſitas geſtant omnino ridiculas, immane quantum hiantes: ipſi vero intus magnos ciebant clamores, & neſcio quam firmiter illis in calceis incedebant. Baccho autem arbitror ferias tum agebat civitas. Comoedi vero breviores illi quidem iſtis, & pedeſtres, & humaniores, & minus clamabant; galeae autem eorum multo magis ridiculae: ac theatrum univerſum illos ridebat: excelſos vero illos triſtes audiebant univerſi, miſerati illos puto, qui compedes tantas traherent. SOL. Non illos miſerabantur, bone vir, ſed poëta forte antiquam ſpectatoribus calamitatem oſtendebat, & verba miſerabilia tragico cantu verſus theatrum proferebat, a quibus ad lacrimas qui audiebant pertraherentur. Veriſimile eſt autem te etiam tibiis canentes quosdam tum vidiſſe, & alios concinentes, conſiſtentes in circulo. Neque iſta, Anacharſi, inuti-

[a] Σπεύδοιεν] Σπεύδειν W. Sed vulgatum tenet M.

occupatus, ac propterea tum fugiendus, tum contemnendus: contra Philoſophus ſummum ac prope unicum veritatis ſtudium habet, cetera omnia vel leviora ducit vel contemnit, probitatis & ſapientiae magiſter & exemplum. G.C.

Ibid. Φιλόσοφοι] Solonis aetate nondum inventum erat *Philoſophi* nomen. Res notior eſt quam ut diutius immorer. *M. du S.*

16. *Κωμ. Τραγ.*] Atqui minime probabat Tragoedos Solon; qui Theſpin ideo agere & docere vetuit. Vid. *Diog. Laërt.* p. 15. A. & *Plut.* Cautum etiam Athenis lege eſt, ne quis Areopagita Comoediam ſcriberet; idem *Plut.* de glor. Athen. Extat *Ariſtidis* Oratio *de non agendis Comoediis*. At Gorgias aliter ſentiebat; vid. *Plut.* de aud. Poët. Haec fere ex *Menagii* ad *Diog.* notis. Antiquiſſima apud Athenienſes inven-

tilia ſunt cantica, & moduli tibiarum. His ergo omnibus, ac quae his ſunt ſimilia, dum mentes illorum acuuntur, meliores nobis fiunt.

24. Corpora vero, quod audire cupiebas maxime, ſic exercemus. Dum illa exuimus, cum non amplius tenera & minime compacta ſunt, primo adſuefacere volumus aëri, ac ſingulis tempeſtatibus familiaria quaſi reddere, ut neque aeſtum aegre ferant, neque frigori non poſſint pares eſſe. Deinde oleo ungimus & ſubigimus, ut contentionem ſuſtinere majorem poſſint. Abſurdum enim fuerit, ſi coria quidem putemus ab oleo mollita rumpi difficilius & diutius durare, quae tamen mortua jam ſint; corpus autem vitae adhuc particeps, melius ab oleo fieri non putemus. Hinc diverſis exercendi rationibus excogitatis, & magiſtris uniuscujusque conſtitutis, alium pugilatu, pancratio alium certare ſtudemus, ut labores tolerare diſcant, & excipere e proximo plagas, nec vulnerum metu avertantur. Illud vero duas nobis res utiliſſimas in illis efficit, dum animoſos reddit illos ad pericula, & qui corporibus non parcant, & inſuper ut robuſti ac patientes ſint. Quotquot vero illorum deorſum vergentes luctantur, ii cadere diſcunt ſine periculo, & facile ſurgere, & impulſiones, & complexus, & inflexiones, & ut angi ſe pati queant, & in altum tollere adverſarium, non inutilia exercentes iſti quoque, ſed unum

ἀχρεῖα [b] ἄσμαλα καὶ αὐλήματα. τούτοις δ' οὖν ἅπασι, καὶ τοῖς τοιούτοις ὠφελημένοι τὰς ψυχὰς, ἀμείνους ἡμῖν γίγνονται.

Τὰ δὲ δὴ σώματα, ὅτε μάλιστα ἐπόθεις ἀκοῦσαι, ὧδε γυμνάζομεν. ἀποδύσαντες αὐτὰ, ὡς ἔφην, ἔτι ἁπαλὰ καὶ τέλεον ἀσυμπαγῆ ὄντα, πρῶτον μὲν ἐθίζειν ἀξιοῦμεν πρὸς τὸν ἀέρα, συνοικειοῦντες αὐτὰ ταῖς ὥραις ἑκάσταις, ὡς μήτε θάλπος δυσχεραίνειν, μήτε πρὸς κρύος ἀπαγορεύειν· ἔπειτα δὲ χρίομεν ἐλαίῳ, καὶ καταμαλάττομεν, ὡς εὐτονώτερα [c] γίγνοιντο. ἄτοπον γὰρ, εἰ τὰ μὲν [d] σκύτη νομίζομεν ὑπὸ τῷ ἐλαίῳ μαλαττόμενα, δυσραγέστερα καὶ πολλῷ ἀῤῥηκτότερα γίγνεσθαι, νεκρά γε ἤδη ὄντα· τὸ δ' ἔτι ζωῆς μετέχον σῶμα μὴ ἂν ἄμεινον ἡγούμεθα ὑπὸ τοῦ ἐλαίου ἀῤῥωστεῖσθαι. τοιγαροῦν ποικίλα τὰ γυμνάσια ἐπινοήσαντες, καὶ διδασκάλους ἑκάστων ἐπιστήσαντες, τὸν μὲν τινα πυκτεύειν, τὸν δὲ παγκρατιάζειν διδάσκομεν, ὡς τούς τε πόνους καρτερεῖν ἐθίζοιντο, καὶ ὁμόσε χωρεῖν ταῖς πληγαῖς, μηδὲ ἀποτρέποιντο δέει τὸ τραυμάτων. τοῦτο δὲ ἡμῖν δύο τὰ ὠφελιμώτατα ἐξεργάζεται ἐν αὐτοῖς, θυμοειδεῖς τε παρασκευάζον εἰς τοὺς κινδύνους, καὶ τὸ σωμάτων ἀφειδεῖν, καὶ προσέτι ἐῤῥωμένους καὶ καρτεροὺς εἶναι. ὅσοι δὲ αὐτῶν κάτω [e] συννενευκότες παλαίουσι, καλαπίπτειν τε ἀσφαλῶς μανθάνουσι, καὶ ἀνίστασθαι εὐμαρῶς, καὶ ὠθισμοὺς, καὶ περιπλοκὰς, καὶ λυγισμοὺς, καὶ ἀγχέσεις δύνασθαι, καὶ εἰς ὕψος ἀναβαστάσαι τὸν ἀντίπαλον, οὐκ ἀχρεῖα ἐδὲ οὗτοι ἐκμελετῶντες, ἀλλὰ ἐν

b Ασμαλα] Edd. ſine puncto. Sed W. ἄσμαλα recte. Verum neſcio num ubique in hac Ed. obſervatum ſit. *c* Γίγνοιντο] Γίγνοιτο W. *d* Σκύτη] Σκύτη *Ald.* Sed correctum in marg. *e* Συννενευκότες] Sic W. Συνν. cett. & Edd.

ventores tragoedia. *Plat.* 47. CD. *M. du S.*

25. Κρέατη — κεχνότα παμμύγιβος] Conf. ſupra *Quom. Hiſt.* c. 4. *M. du S.*

40. Ῥήσεις] Conf. ſupra *Quom. Hiſt.* c. 1. *M. du S.*

56. Γίγνοιντο] Hic certe eodem redit, γίγνοιτο cum W. legas, an γίγνοιντο. Conf. ſupra ad fin. c. 20. di-

cta. Quare & hic conſtantem Edd. lectionem non muto. *J. F. R.*

72. Συννενευκότες] Ita recte W. ſolus. Reliqui mendoſe συνενευκότες. *M. du S.*

76. Οὐκ ἀχρεῖα δὲ οὗτοι ἐκμελετῶντες] Suſtuli punctum quod in Edd. nonnullis, atque in verſionibus

μὲν τὸ πρῶτον καὶ μέγιστον ἀναμφιβόλως κτώμενοι. δυσπαθέστερα γὰρ, καὶ καρτερώτερα τὰ σώματα γίγνονται αὐτοῖς ἀσκουμένοις. ἕτερον δὲ οὐδὲ αὐτὸ μικρόν. ἔμπειροι γὰρ δὴ ἐκ τούτου καθίστανται, εἴ ποτε ἀφίκοιντο εἰς χρείαν τῶν μαθημάτων τούτων ἐν ὅπλοις. δῆλον γὰρ ὅτι καὶ πολεμίῳ ἀνδρὶ ὁ τοιοῦτος [a] συμπλακεὶς, καταρρίψει τε θᾶττον ὑποσκελίσας, καὶ καταπεσὼν εἴσεται ὡς ῥᾷστα ἐξανίστασθαι. πάντα γὰρ ταῦτα, ὦ Ἀνάχαρσι, ἐπ' ἐκεῖνον τὸν ἀγῶνα παρασκευάζεσθαι τὸν ἐν τοῖς ὅπλοις, καὶ ἡγούμεθα πολὺ ἀμείνοσι χρήσασθαι τοῖς ἤδη ἀσκηθεῖσιν, ἐπειδὰν πρότερον αὐτῶν γυμνὰ τὰ σώματα καταμαλάξαντες καὶ ἀπονήσαντες, ἐρρωμενέστερα καὶ ἀλκιμώτερα ἐξεργαστώμεθα, καὶ κοῦφα, καὶ εὔτονα, καὶ τὰ αὐτὰ βαρέα τοῖς ἀνταγωνισταῖς.

Ἐννοεῖς γὰρ, οἶμαι, τὸ μετὰ [b] τοῦτο, οἵους εἰκὸς σὺν ὅπλοις ἔσεσθαι τοὺς καὶ γυμνοὺς ἐν φόβον τοῖς δυσμενέσιν ἐμποιήσοντας, ἢ πολυσαρκίαν ἀργὸν, καὶ λευκὴν, ἢ ἀσαρκίαν μετ' ὠχρότητος ἐπιδεικνυμένους, οἷα γυναι-

quidem primum & maximum sine controversia sibi parantes. Minus enim obnoxia malis, & patientiora corpora illis, dum ita labore subiguntur, fiunt. Alterum vero nec ipsum parvum est. Usu enim inde edocentur, si quando opus sit ista disciplina in armis. Manifestum enim est, futurum, ut celerius hostem etiam talis vir complexus supplantatum dejiciat, & ipse si ceciderit, surgere facilius possit. Nempe, Anacharsi, ad illud in armis certamen suppeditare studemus omnia, putamusque multo melioribus nos usuros his, qui ita exercitati sint, cum prius nuda illorum corpora subigendo laboribus valentiora & robustiora reddiderimus, & levia, & contentioni apta, & ob id ipsum gravia adversariis.

a Διδάξομαι] Servavi scripturam Edd. *S. P.* licet δ̓δάξωμαι sit in *F. Fl. Ald. Bl. H. Fr.* b Παρατρέψῃ] Sic Edd. Διατρέψῃ G. Διατρίψῃ L. Utrumque tam ἀφατρίψ. quam ἀφαρ. adscriptum marg. *Al.* c Καταφρονηθήσῃ] Bene ita *P. H. S. Bl.* 1. & 2. Καταφρονηθείσῃ *F. Fl. Ald. Fr.* d Ὅρα] Ἄρα esse in quodam addit *Solan.* & ὑ in *Pell.* non vero satis distincte. e Ἐν τῷ μνήματι] Ἐς ἐπιμνήματι *Fr.* Vulgatum est in cett. f Δυνησόμεθα] Restitui ex L. Δυνησόμεθα Edd. hac priores.

que sic malunt, servavi, & hic & *Parasit.* c. 38. *F.F.R.*

3. Οὐδὲ συνεσία παρατρέψει] *Non pervertet concubitus*, sed rectius antiquus liber *οὐδὲ συνεσία ἀφατρέψει. non te depravabit, corrumpet concubitus*, non tuam valetudinem labefactabit. παρατρέπειν est *avertere, abducere.* ἀφατρέφειν *distorquere, corrumpere. F.G.G.*

4. Παρατρέψει] An παρατρέψῃ; *Marc. Antoninus* de vita sua: ὑ συνεσία ἐφ' ἑαυτὸν παρατρέψαι. Παρατρέψει σε, i. e. *atteret te, consumet, conficiet. F.G.*

Παρατρέψει, οὐδὲ σπαθήσεις] Interpretati sunt *non pervertet coitus, neque hujus caussa bis terve per diem rem tuam dissipabis.* Ego, nec quid sibi παρατρέψει, *pervertet*, hic velit, recte intelligebam; neque quomodo aliquis *bis terve per diem rem suam dissipare possit.* Putabam autem legendum esse παρατρῖψει, quod verbum convenire huic loco, non est opus ut ostendatur. Alterum autem σπαθᾶν intelligebam de epulis, quas bis, aut ter adeo, solitas apud Graecos etiam instaurari in singulos dies, vel nomina ἀρίστου, δείπνου, ac δόρπου satis indicant, de quibus vid. *Poll.* 6, 101. seq. Porro ipsa propria verbi σπαθᾶν notio non tam ad *dissipationem* & *dilapidationem* bonorum pertinet, ad quam viri docti fere referunt, quam ad aliquid *densandum, inferciendum*, cum significet proprie ipsa thae textoriae ope subtemen intra staminis tramas infertum densare & coire cogere. Puto igitur σπαθᾶν vel σπαθᾶσθαι dici eos, qui cupide ac copiose cibum potumque ingerunt; tum, ventri avaro omnia donant, & in illud barathrum tota detrudunt patrimonia. Haec commode transtuleris ad loca auctorum, quae jam collegit *Exech. Spanhem.* ad *Aristoph.* Nub. 55. Cogitabam etiam ἡ δυσπαθείας, aegritudine non affa-

19. *Quid vero me fletus ille veſter juvat, & ille ad tibiam planctus pectorum, & mulierum illa immoderata lamentatio? Quid vero coronatum in ſepulcro ſaxum? Aut quid apud vos valet infundere illi merum? an putatis deſtillaturum illud ad nos, penetraturumque eſſe ipſos ad inferos? Quod enim ad inferiarum ſacrificia, & ipſi, puto, videtis, eum, quae facillime fugiunt, fumus auferat, ea ad ſuperiora in caelum abire, neque quidquam nobis prodeſſe inferis: quod autem relinquitur, pulverem inutilem, niſi forte cineribus veſci nos creditis. Non adeo ſterile nobis atque infrugiferum Ditis imperium eſt, neque aſphodelus nobis deficit, a vobis cibos ut arceſſamus. Itaque, ſic me Tiſiphone, olim propter ea quae faciebatis dicebatisque clarum cachinnari ſubiit: at impediit linteum ac lanae, quibus mihi devinxiſtis maxillas.*

Τί δέ με ὁ κωκυτὸς ὑμῶν ὀνίνησι, καὶ ἡ πρὸς τὸν αὐλὸν αὕτη στρηνὴς τυπία, καὶ ἡ τῶν γυναικῶν ἐκείνη θρῆνος ἀμετρία; τί δὲ ὁ ὑπὲρ τοῦ τάφου λίθος ἐστεφανωμένος; ἢ τί ὑμῖν δύναται ἄκρατον ἐπιχεῖν; ἢ νομίζετε καταστάξειν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, καὶ μέχρι τοῦ Ἅιδου διίξεται; τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν καθαγισμῶν καὶ αὐτοὶ ὁρᾶτε, οἶμαι, ὡς τὸ μὲν κουφότατον τῶν παρεσκευασμένων ὁ καπνὸς φέρεται, ἄνω εἰς τὸν ἀέρα οἴχεται, μηδέν τι ἡμᾶς ὀνήσας τοὺς κάτω· τὸ δὲ καταλειπόμενον, ἡ κόνις, ἄχρειον, ἐκτὸς εἰ μὴ τὸ σποδὸν ἡμᾶς σιτεῖσθαι παρεγγυᾶτε, οὐκ ἔστως ἄπορος, οὐδὲ ἄκαρπος ἡ τοῦ Πλούτωνος ἀρχή, οὐδ' ἐπιλέλοιπεν ἡμᾶς ὁ ἀσφόδελος, ἵνα παρ' ὑμῶν τὰ σιτία μεταγελλώμεθα. ὥστε μοι, νὴ τὴν Τισιφόνην, πάλαι δὴ ἐφ', οἷς ἐποιεῖτε καὶ ἐλέγετε, παμμέγεθες ἐπῆλθεν ἀνακαγχάσαι· διεκώλυσε δὲ ἡ ὀθόνη, καὶ τὰ ἔρια, οἷς μου τὰς σιαγόνας ἀπεσφίγξατε.

20. *Haec orantem atris penitus mors abdidit alis.*

Ὡς ἄρα μιν εἰπόντα, τέλος θανάτοιο κάλυψε.

πρὸς

g Ἐστεφανωμένος] Sic *Fl. H. P. B1.* Στεφανωμένος *J.* h Ὑμῶν] Sic bene *Fl. Fr. P.* &c. Ἡμῶν *J.*

20. Αὐλὸν] Αὐλητὰς γὰρ συνεκάλουν ἐπὶ τὰ πάθη τῶν ἀποιχομένων, * ὡς δῆλον ἐκ τοῦ Θεὸς Εὐαγγελίου. *V.*

* Ὡς δῆλον] Posteriora haec verba desunt in **C.**

afficieris. Sed non eſt opus aliquid mutare. Ἐπὶ τούτῳ verti eodem ſenſu atque *inſuper* : non quo vehementer probem; ſed quod nihil novi rectius. *J.M.G.*

Παρατρέψαι] Διατρέψαι facilius concoquo quam παρατρέψει. Placet tamen magis conjectura *Gujeti* & *Geſneri* unius literulae mutatione ſenſum facilem praebens. *J.F.R.*

Ibid. Σπαθήσεις ἐπὶ] I. e. *inſuper*, pro fuſe, bis aut ter in die *epulaberis*, vel rem prodiges in ſumptus ſuperfluos. *F.G.*

10. Καὶ λίθου] Ὅτι λίθου. *Th.M.* In ὁ conſentiunt Edd. nec quidquam varietatis notatum invenio ex Codd. *J.F.R.*

13. Καλαλειφθεὶς οὐ ἐπὶ μνήματι] Ἐν ἐπιμνήματι. *In ſuperpoſito monumento.* *Th.M.*

Καλαλειφθεὶς &c.] En quam facile regulae criticae ſine librorum auctoritate fallere poſſint. Adripuit *Marcil.* quod literarum ductus ſuadebat, & ſine mutatione, ſola vocum conjunctione locum ſanare viſus eſt: ſed illud τῷ pro ἐπὶ, quod Libri ſuppeditant, & quod forſan conjicere non auſus eſſet, verius eſſe, quilibet videt. *J.F.R.*

17. Δυσπρόμιθα] Ita L. recte. In Impr. δυσπρόμιθα. *M.du S.*

22. Ἐστεφανωμένος] Accentus *Juntinae* ſatis oſtendit, eam praeteritum quoque exhibere voluiſſe, alioqui στεφανούμενος proparoxytonos dediſſet: de augmento omittendo hic non cogitandum, quod etiam κακοφωνίαν pareret, licet id alias omitti ſatis ſaepe monuerimus. *J.F.R.*

26. Καθαγισμῶν] Vid. ſupra dicta ad c. 9. *J.F.R.*

27. Νοσιμώτατον] Conf. ſupra Μισθ. c. 39. *M.du S.*

35. Μεταγελλώμεθα] Vertitur *deportemus.* Redde: *petamus.* *F.G.*

40. Ὡς ἄρα &c.] *Homer.* Il. Π. 502. & 855. *M.du S.*

πρὸς Διὸς [a] δὲ, ἂν λέγῃ ταῦτα ὁ νεκρὸς ὀπισθαφεὶς, ἀνακλίνας αὐτὸν ἐπ' ἀγκῶνος, οὐκ ἂν οἰώμεθα δικαιότατα ἂν αὐτὸν εἰπεῖν; ἀλλ' ὅμως οἱ μάταιοι καὶ βοῶσι, καὶ μεθαρτειλάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν, πολλὰς [b] συνειληχότα θαλαιὰς συμφορὰς, τούτῳ συναγωνιστῇ, καὶ χορηγῷ τῶν ἀνοίας καλαχρῶν), ὅποι ἂν ἐκεῖνος ἐξάρχῃ, πρὸς τὸ μέλος ἐπαιάζουσιν.

Καὶ μέχρι μὲν θρήνων, ὁ αὐτὸς ἅπασι νόμος τῆς ἀβελτηρίας· τὸ δ' ἀπὸ τούτων, διελόμενοι κατ' ἔθνη τὰς ταφὰς, ὁ μὲν Ἕλλην ἔκαυσεν, ὁ δὲ Πέρσης ἔθαψεν, ὁ δὲ Ἰνδὸς [c] ὑάλῳ [d] θεριχρίᾳ, ὁ δὲ Σκύθης καλεῖται, ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος. ἔτος μὴτοι (λέγω δὲ ἰδὼν) ξηράνας τὸν νεκρὸν, σύνδειπνον καὶ συμπότην ἐποιήσαλο, πολλάκις δὲ καὶ δεομένῳ χρημάτων ἀνδρὶ Αἰγυ-

At per *ego vos* Jovem *obſecro*, ſi dicat talia converſus mortuus, & nixus cubito; nonne aequiſſima nobis videatur dicere? Sed tamen ſtolidi homines & vociferantur, & arceſſito quodam lamentationum Sophiſta, qui veteres multas calamitates collegerit, hoc adjutore & praecentore quaſi ſuae amentiae utuntur, & ubi ille incepit, ſuas querelas illius cantui ſubjiciunt.

21. Et quantum ad lamentationes, eadem omnibus lex ineptiarum. Quod vero ſupereſt, diviſi per gentes quantum ad ſepulturae rationem, Graecus illos cremat, humat Perſa, Indus vitro quodam oblinit, Scytha vero edit, *ſuccis velut* muria condit Aegyptius. Hic vero, quae vidi narro, ſiccatum cadaver convivam ſuum & compotorem ſolet facere. Saepe etiam pecuniae in-

a Διὸς] Omittit *Fl.* b Συνειληχότα] Nihil variant Edd. c Ὑάλῳ] Ὑέλῳ *Fl.* Σιάλῳ Edd. *Cogn.* In ὑάλῳ conſentiunt noſtri Codd. & Edd. d Περιχρίᾳ] Emenda θεριχύει, vel θεριχέει, quod *Guj.* etiam monuit.

45. Καὶ μεθαρτειλάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν, πολλὰς συνειληχότα παλαιὰς συμφορὰς] Loquitur Noſter de eo ritu, quo in funeribus ſolitus fuerit quis conduci, qui planctum excitaret, & lugubre carmen caneret; qualis erat apud Romanos praefica. At in Verbis Graecis mendum eſt certiſſimum. Quid enim eſt συνειληχότα συμφορὰς? Pejus id in edit. *Amſt.* ubi συμειληχότα. Συνειληχότα eſt ab συλλαγχάνω, ſive συλλήγω. Atqui id locum hic non habet. Emendo συνειλοχότα, quod Attice dicitur pro συνειλεχότα, ab συλλέγω, *colligo*, *corrado*. Demoſthenes in Midian, Πολλὰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι, καὶ περὶ ὧν τοὺς ἄλλας ἀδίκηκεν ἔχω λέγειν, ὥσπερ εἶπον ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, καὶ συνείλοχα ὑμεῖς αὐτοῦ, καὶ πομπείας τοσαύτας, &c. Expone itaque Luciani verba, *Arceſſentes luctus aliquem artificem, qui multos veteres caſus quos corraſerit, narret, & in quovis funere idemtidem repetat.* *J. F.*

46. Θρήνων σοφιστὴν] Hic eſt quem *Homerus* θρήνων ἐξαρχον vocat, Il. Ω. 721. Alii aliter. *M. du S.*

47. Συνειληχότα] Immo συνειλιχότα a συλλίγω. *F. G.* Συνειληχότα] Συνειλοχότα voluit *Solanus*. Sed quum alii aeque conjici poſſe dixerint συνειληφότα, Edd. lectionem intactam ſivi, facile autem utrovis more emendandam, ſi quid opus fuerit; *Jenſii* tamen conjectura magis placet. *J. F. R.*

49. Καλαχρῶν)] Dativum ſive ablativum huic verbo proprium, contra *Graev.* probavit *Jenſius* in Lectt. Luc. p. 333. Vid. & nos ad *Aſin.* c. 52. *J. F. R.*

53. Ἕλλῳ ἔκαυσεν] *Homer.* in funere Patrocli docet Graecos cadavera combuſſiſſe. *G. C.*

Ἕλλῳ ἔκαυσεν] Crematio *Macrobii* tempore in uſu eſſe deſierat VII. 7. Vid. *Meurſ.* AG. XI. 1097. Magi comburi corpora non concedebant. *Jambl.* No. 154. & *Diog. Laërt.* 2. D. Non Graeci tamen id ſoli factitabant. Brachmanis etiam mos ille, ſeu Gymnoſophiſtis ſolemnis erat. Vid. Περ. c. 25. *M. du S.*

54. Πέρσης ἔθαψεν] Perſas cera circumlitos mortuos condire ſolitos ſcribit *Cic.* quod & Aſiniis attribuitur. *Strabo* etiam ſola, inquit, ſepeliunt corpora Perſae cera oblinentes. *G. C.*

Ibid. Ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑάλῳ θεριχρίᾳ] Lege ὑάλῳ θεριχέει, ſeu potius θεριχύει. id eſt, *vitro incruſtat.* Indi mortuos incruſtaſſe teſtantur *Herodotus* & *Diodorus Siculus*. Peſſime interpres: *adipe ſuillo oblinit.* *AE. M.*

Ibid. Ἰνδὸς ὑάλῳ θεριχρίᾳ] Ὑαλῷ magis Atticum eſſe quam ὕελῳ, adſentior *Phrynich.* p. 136. etſi poſterius quoque non ſemel apud probatos reperias; ideoque non damnaverim, quod *Phrynichus* facit; nam ὕελῳ *Diod. Sic.* fere ubique, vid. L. 2. c. 15. ubi vel ſexies ita ſcribitur. Bene igitur *Th. Mag.* ὕαλῳ dixere Attici, ὕελῳ communiter Graeci. Περιχύει autem vel θεριχέει pro θεριχρίει malim ex eodem *Diod.* ubi jam non de orthographia, ſed de re ipſa agitur; nam de mortuis hoc modo condendis & condiendis loquens ſaepe & conſtanter verbo θεριχίζω utitur, ut l. c. de Aethiopibus ait: ταριχεύσαντες γὰρ τὰ σώματα, καὶ θεριχώσαντες αὐτοῖς πολλὴν ὕλην. ac deinde ibid. αὐτὸς φησι τὸ μὲν σῶμα ταριχεύεσθαι, τὴν μέντοι ὕελον μὴ θεριχεῖζ γυμνοῖς τοῖς σώμασι. Iterum deinde: περὶ τὴν τοιαύτα χεῖζ τὴν ὕελον: nec non III. c. 9. &c. non ta-

indigenti Aegyptio ſolvit inopiam pignori oppoſitus in tempore frater paterve.

22. Aggeſti quidem tumuli, & pyramides, & cippi, & inſcriptiones parvo tempore durantes, quei non ſuperflua, & luſibus ſimilia?

23. Verum etiam ludorum certamina quidam inſtituerunt, & funebres ad monumenta orationes habuerunt, quaſi cauſſam defuncti agerent, aut teſtimonium illi perhiberent apud illos inferorum judices.

24. Poſt haec omnia ſunt parentales epulae: Adſunt cognati, & parentes conſolantur defuncti, & guſtare illos cogunt, ut qui non inviti, per Jovem, cogendos ſe praebeant, ſed jam trium dierum fame macerati ferre inediam diutius non poſſint. Et, *quo usque tandem*, ajunt, *lugemus?*

60 ὀπτίῳ, ἔλυσε τὴν ἀπορίαν, ἐνέχυρον ἢ ὁ ἀδελφὸς ἢ ὁ πατὴρ γενόμενος ἐν χερῷ.

[e] Χώμαλα μὲν, καὶ πυραμίδες, καὶ στῆλαι, καὶ ἐπιγράμματα, [f] πρὸς ὀλίγον ἀμαρχθέντα, πῶς ἂν εἰκὸς, καὶ παιδιαῖς

65 προσεοικότα;

Καίτοι καὶ ἀγῶνας ἔνιοι διέθεσαν, καὶ λόγους ἐπιταφίους εἶπον ἐπὶ τοῖς μνημάτων, ὥσπερ συναγορεύοντες, ἢ μαρτυρῶντες παρὰ τοῖς κάτω δικασταῖς τῷ νεκρῷ.

70 Ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ πρόβλημα, καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες, καὶ τὰς γονέας παραμυθοῦνται τὸν τελευτήκοτα, καὶ πείθουσι γεύσασθαι ὡς δῆθεν ἀηδῶς, μὰ Δί', καὶ αὐτὰς ἀναγκαζομένους, ἀλλ' ἤδη τρεῖς

75 λιμῷ τριῶν ἐξῆς ἡμερῶν ἀπηυδηκότας. καὶ μέχρι μοῦ τινος, ὦ ἑτος, ὀδυρόμεθα; ἔασον

[e] Χώμαλα] Χῶμαλα *Fl.* male. [f] Πρὸς] Καὶ πρὸς *Fl.* male.

tamen idem quod noſtrum vitrum fuiſſe, recte ad loc. priorem *Diodori*, No. 45. monet Cl. *Weſſel.* conjiciens ſal quoddam foſſile pelluciditate vitrum referente ad id adhibitum. At ſi artificialis, quod Cl. *Geſn.* exiſtimat, compoſitionis incruſtatio fuerit, vulgatum Luciani στεγχρίει aeque ſatisfaciet ac στεγνοῖ. Merum ſal quidem ſufficere mihi non videtur, quod ab humiditate aëris vel locorum ſubterraneorum facile liqueſcit, & fruſtra ſic cadavera forent ante exſiccata: quare minerale quoddam firmius, ut lapis ſpecularis, vel ſimile illi, unde vitreas laminas lucernarum conficiunt, requiri videtur. Etſi vitrum quale noſtrum, illo tempore dudum notum fuit, ut ſupra vidimus. Hoc autem ita circumfundi poſſe, non eſt veriſimile. *J. F. R.*

Ibid. Ἰνδὸς] Inungebant cadavera pollinctores & libitinarii quae in pyra mox cremarent. *Virg.* *G. C.*

55. Ὑάλῳ] Vid. *Gatak.* ad *M. Aur.* IV. 48. *Ælianus* V. H. XIII. 3. narrat in ſepulchro Beli repertam πύελον ὑαλίνην ἔνθα ἦν κείμενος ὁ νεκρὸς ἐν ἐλαίῳ. Sic in vitrea theca aſſervatum Alexandri Magni cadaver conſpexit Auguſtus. Vid. Notam ad Νεκρ. Δ. XIII. *Condiunt Aegyptii mortuos, & eos domi ſervant: Perſae etiam cera circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Cic.* Tuſc. I. 45. & *Herod.* I. 140. *Fl. vélœ.* *M. du S.*

Ὑάλῳ στεγχρίει] *Suillum adipem* interpretationis antiquae faceſſere hinc jubeam equidem. Neque tamen *vitrum* proprium hic intelligi poſſe, manifeſtum eſt ex verbi στεγχρίει notione. *Heſychius* non tantum ὑαλὸν & ὑαλόεν λαμπρὸν interpretatur ac ἀμφανὲς, ſed ipſum etiam ὑαλόν. Et quid ſimilius vitro, quam illa accepta a Seribus h. e. Indis pigmenta, quas *Laccas* vocamus? & variae gummatum ſolutiones ac praeparationes ad condituram corporum idoneae? Fuerit itaque illa Indorum conditura ſimilis *Theodori Kerckringii* invento, qui integra cadavera ſuccino circumfuſo condivit, ſi vera ſunt, quae narrat *Morhof.* Polyh. 2, 2, 2, 37, 3. *J. M. G.*

56. Ταριχεύει &c.] *Sext. Empir.* III. Pyrrhon. Hypotyp. 24. p. 184. (monente Cl. P. *Weſſeling.* ad *Diod. Sic.* I. c. 92. f. Αἰγύπτιοι δὲ τὰ ἔντερα ἐξελόντες, ταριχεύουσι αὐτοὺς (νεκροὺς) καὶ σὺν ἑαυτοῖς ἔχουσι. Adde not. Cl. *Hemſterh.* ad Noſtri *Necyom.* c. 15. No. 42. *J. F. R.*

57. Λέγω δὲ ὧδε] Aegyptiorum mortui tempore Luciani adhuc condiebantur. *F. G.*

Λέγω δὲ ἰδὼν] Scripta igitur haec poſt reditum ex Aegypto, (vid. Α. μοδ.) cum antea illic fuiſſe non conſtet. *M. du S.*

59. Δεσμὸν χρημάτων] *Herod.* II. & *Diod.* I. §. 1. *M. du S.*

Ibid. Ἀνδρὶ Αἰγυπτίῳ — ἐνίκων — γενόμενος] Confirmat idem *Diod. Sic.* I. c. 93. ſcribens: νόμιμον δ' ἔστι παρ' αὐτοῖς (τοῖς Αἰγυπτίοις) καὶ τὸ διδόναι τὰ σώματα τῶν τετελευτηκότων γονεῖων εἰς ὑποθήκην δανείοις τοῖς δὲ μὴ λυσαμένοις ὄνειδός τε μέγιστον ἀκολουθεῖ, καὶ μὴ τὴν τελευτὴν ἔφησις ταφῆς. Ubi Cl. *P. Weſſeling.* plura in hanc rem ex *Stob.* Serm. 38. *Herodot.* 2, 136. aliisque, non omiſſo hoc Luciani teſtimonio, adfert. *J. F. R.*

66. Ἀγῶνας] Vid. Δημ. c. 33. & alibi paſſim. *M. du S.*

ἔασον ἀναπαύσασθαι τὸν τοῦ μακαρίτου δαίμονας· εἰ δὲ καὶ τὸ παράπαν [a] κλαίειν διέγνωκας, αὐτοῦ τε τούτου ἕνεκα χρὴ μὴ ἀπόσιτον εἶναι, ἵνα καὶ ἀφαρκέσῃς πρὸς τὸν πένθους τὸ μέγεθος. τότε δὴ τότε πρὸς ἁπάντων ῥαψῳδεῖται δύο τοῦ Ὁμήρου στίχοι·

Καὶ γάρ τ' ἠύκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου.

Γαστέρι δ' οὔπως ἐστὶ νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιούς.

Οἱ δὲ ἄπιον μέν, αἰσχυνόμενοι δὲ τὰ πρῶτα, καὶ δεδιότες, εἰ φανεῖεν μὴ τὸ τελευταῖον τῶν φιλτάτων τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσιν ἐμμανόντες. ταῦτα, καὶ πολὺ τούτων γελοιότερα εὕροι τις ἂν ὀπτήρων ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα, διὰ τὸ τοὺς πολλοὺς τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὸν θάνατον οἴεσθαι.

amice. Patere requiescere felicis pueri manes. Si vero omnino plorare decrevisti, illius ipsius rei caussa oportet cibo non abstinere, ut magnitudini luctus sufficias. Tunc sane, tunc in omnium ore sunt duo Homeri versus:

Pulchricoma haud Niobe tamen est oblita ciborum

Et: *Non jam ventre licet functos lugere Pelasgis.*

Illi vero attingunt, cum pudore quidem ab initio, & veriti, si videantur post carissimorum mortem humanis tamen passionibus obnoxii. Haec, & multo his magis ridicula, inveniat aliquis si observet, quae in luctu fiunt propterea, quod vulgus maximum malorum putat mortem.

a Κλαίειν] Κλάειν *Fl.* sine puncto subscripto.

83. Καὶ γάρ] *Homer.* Il. Ω. 602. *M. du S.* 85. Γαστέρι δ' οὔπως] *Iliad.* T. 225. *M. du S.*

FINIS TOMI SECUNDI.

APPENDIX. AD TOM. II.

DECLAMATIO

D. ERASMI ROTERODAMI,

LUCIANI TYRANNICIDÆ RESPONDENS.

ARGUMENTUM.

Ejusdem generis haec cum Tyrannicida, ejusdemque ſtatus eſt, ſed adverſaria. Ut enim illic contenditur praemium eſſe dandum tanquam tyrannicida, ei qui filium tyranni interfecerat: ita hic negatur eum ſatisfeciſſe legi, aut tyrannicidam eſſe, qui non ipſum tyrannum, ſed filium tyranni occidiſſet. Exordio benevolentiam captat, à perſona Judicum; deinde calumniæ adverſarii, qua in ſuſpicionem adductus fuerat, quaſi ipſe quoque tyrannidi faveret, quia illi praemium dandum negabat, reſpondet per abſolutionem primum, deinde & per inficiationem ex locis conjecturalibus, elevata interim illius perſona, atque ipſo viciſſim in ſuſpicionem, ex modo actionis vocato. Poſt exordium propoſitio ſequitur cum attentione, & admonitione Judicis, quorſum in hac cauſſa maxime ſpectare debeat, atque inde ad confutationem venitur. In qua primum refelluntur ordine capita illa, quæ aliter in argumento ab imo ad ſummum tractarat, puta Voluntas, Conatus, Effectus. Ac voluntati quidem opponit voluntatem legis, ut quæ non quid quisque voluerit, ſed quid effecerit, ſpectet, neque cogitationes, ſed facta praemiis compenſet. Conatum vero elevat variis ac multis ſimilibus & exemplis, oſtendens in nullo pacto, aut contractu, aut certamine, aut aliis denique id genus rebus ſatis eſſe, conari aliquid & coepiſſe, ſed praeſtari oportere. Effectum conditiones ſequi, non conatum. Et quod alter etiam conatum in legibus ſpectari dixerat, id diſtinguit, oſtendens diverſam eſſe rationem praemiorum & poenarum. In maleficiis interdum & voluntatem puniri, in beneficiis autem nunquam praemium dari, niſi ei, qui quod lex proponit, re ipſa effecerit. Poſtremo & patriæ gratis inſervire ac officium praeſtare cives debere & illum ſatis mercedis pro conatu ſuo retuliſſe, laudem & gloriam. Effectum autem refellit, quia non ſimpliciter id effecerit, quod lex jubet, ſed fortuna ſeu numine ita ferente, caedem filii, mortem patris conſecutam eſſe. Non enim quia ipſius gladio tyrannus poſtea ſeipſum confecerit, ob id ipſius hoc factum eſſe. Deinde etiam incertum fuiſſe exitum, & quidnam pater, occiſo filio facturus fuerit; & hic conſilium quoque petituris ſubvertit, primo ut incertum & periculoſum, neque certis rationibus firmatum, deinde etiam ut fictum, & poſt eventum rei, demum ſimulatum. Denique non idem eſſe occidere, id quod lex jubet, & mortis cauſſam qualemcunque praebere: idque iterum multis ſimilibus probat. Atque hoc loco diſputationem ſupra coeptam renovat, de eo quatenus voluntas in legibus ſpectatur, & in quibus per ſe ſufficiat, nempe in maleficiis & non in beneficiis, & ob id neque hic praemium illi deberi, ut qui coeperit, non abſolverit beneficium. Confutatis igitur hoc pacto voluntate, conatu & effectu, quarto loco id aggreditur, quod petitor in narratione potiſſimum amplificat, puta filium fuiſſe caput & cauſſam tyrannidis, eoque ſublato, etiam tyrannidem ſublatam fuiſſe. Ac primo quidem filium oſtendit non fuiſſe tyrannum, neque tyrannidis caput, confutatis ſignis, & caeteris rationibus: quæ alter ad eam rem probandam adduxerat. Deinde, ut maxime fuerit, legem jubere ipſum tyrannum non ut quisque tyranno ſimilis, aut nocentior etiam eſt, occidere. Et hic multis verbis de authoritate legum diſputat, & quod non temere verba legum huc aut illuc deflectenda ſint, alioqui multa pericula & incommoda ex eo ſecutura eſſe. Poſtremo etiam ipſe locum ab imo ad ſummum tractat, & ut alter voluiſſe, egiſſe, effeciſſe ſe dixerat, ita hic contra neque animum ad rem gerendam habuiſſe illum, neque recta via aggreſſum eſſe, neque denique id quod lex jubet, perfeciſſe oſtendit. Et ſub haec orationem concludit, brevi capitum repetitione, & conformatione ſeu proſopopoeia, legum, reipubl. & deorum quoque expoſtulantium cum petitore, ut inique & praeter meritum, praemium petente.

SI mihi cauſſa haec, Judices, apud concionem populi arem, quæ ſtudiis potius, quam exacto rerum judicio duci conſuevit, eſſet agenda, ac non magis apud Judices ex honeſtiſſimis ordinibus delectos, nimirum graviſſimos ſapientiſſimosque, nonnihil profecto vererer, ne omnium animis nova hac & inſperata laetitia geſtientibus, atque (ut ita dixerim) exultantibus, nec ſatis attentos, nec dociles eſſem auditores habiturus. Porro faventes, benevolosque multo minus: quippe qui frontem modo, qualique perſonam hujus negotii intuentibus, non faciem ipſam propius contemplantibus videri fortaſſe poſſim, in communi totius civitatis gaudio, tum autem in cauſſa tam populari, velut importunius obſtrepere atque obturbare. Enimvero quum omnis affectus inutilis eſt ad recte judicandum, tum ingens, intemperans, atque exundans laetitia, non ſolum judicium omne funditus tollere ſolet, verum etiam noſtri ſen-

ſus non raro nobis eripere: praeſertim (ſi quemadmodum haec noſtra) poſt graves diuturnasque calamitates, ac veluti tempeſtatem ſaeviſſimam repente praeterque ſpem (quaſi portus quidam) fuerit objecta. Quid autem tam acerbum liberæ multitudini, quam ſervitus? Quid tam dulce, quid tam exoptatum, quam libertas? Itaque non rebus modo ipſis, ſed vel inanibus harum rerum vocabulis, plebis animus queat ad quidlibet impelli: maxime primis his aliquot diebus, dum gaudiorum adhuc velut aeſtus quidam impotens, omnia ſurſum ac deorſum miſcet, dum laetitiæ temulentia, dum gratulandi dulcis quaedam ebrietas pectus occupans, animum ad cogitandum inſtituere non ſinit. Verum veſtra Judices ingularis ſapientia perſpicacitasque non hoc tantum ſcrupulo me levat, verum & hanc mihi fiduciam ſuppeditat, uti ſperem futurum, ut hoc contradicendi munus, quod equidem nec invidentia, nec favore in Tyrannidem (ſicut iſte calumniabatur) ſed ſolita mea, & (ut opinor) nota Reipub. charitate ſuſcepi, vobis non modo non invidioſum, ſed favorabile, plauſibileque videatur. Etenim poſtquam viderem manifeſta quadam Deorum benevolentia, poſt diuturnam ac miſerrimam illam ſervitutem, toties Reip. votis expetitam libertatem aliquando contigiſſe, nihil prius curandum nobis eſſe judicavi, quam ut gratos nos exhiberemus in eos, a quibus nobis tam egregia felicitas eſſet profecta, quo videlicet munus ſuum huic urbi proprium, perpetuumque facere vellent, & conſtabilire tuerique quod largiri non eſſent gravati, meminiſſemusque iisdem in manu eſſe, ut eriperent ingratis, quod optantibus dediſſent. Sunt autem vel primæ gratitudinis partes, intelligere videlicet, cui beneficium acceptum ferre debeas. Et hac una ratione mortales divinæ beneficentiæ gratiam referre poſſumus: ſi beneficium acceptum agnoſcamus: ſi celebremus, ſi ad illos authores referamus. Neque mihi committendum putavi, ut dum nimium candidi in civem eſſe volumus, in Deos ingrati impiique reperiamur. Neque enim iſthoc nomine nunc perinde laboratur, ne hoc praemii pereat aerario, & hujus lucris accreſcat (quanquam id quoque longa jam tyrannide exhauſtius eſt, quam ut inde temere dari praemia conveniat immerentibus.) Illud agitur, ne Dii immortales, qui hujus male conſulta nobis verterunt bene, hoc tantum munus a nobis tanquam ingratis repoſcant, ſi quod ipſis ſolis debetur honoris, laudis, gratiæ, id illis fraudatis, in hominem contulerimus. At quem hominem obſecro? Nempe qui quum privatus contra leges juvenem occiderit, atque hac temeritate ſua reſtitutæ libertatis periculoſam occaſionem modo praebuerit, idque adeo imprudens (uti mox docebimus) non veretur pulcherrimum tyrannicidæ titulum Diis eripere, ſibi arrogare: Reipub. diem dicere, ac leges ipſas in jus vocare: civitatem ingratitudinis ream agere, niſi ſibi totam hanc felicitatem ferat acceptam. Nullum quidem, judices, facinus ſpecioſius tyrannicidio, nullum Diis dignius: verum hoc impudentior, qui ſibi laudem tam eximiam uſurpat immeritus. Nullum praemium honeſtius illuſtriusve, quam quod tyrannicidæ debetur: Sed hoc impenſius accuratiusque ſpectandum, ne temere decernatur indigno. Permulta ſi quidem, permulta ad id requiruntur, ut hoc tam egregio titulo, ut hoc tam divino praemio dignus quis eſſe videatur: quorum nihil in hunc competere, paulo poſt evincemus. Proinde eum non tolerandæ improbitatis mihi videatur, qui legibus tum homicidii, tum temeritatis poenas debeat, eum a legibus praemium omnium maximum petere: petere dixi, imo flagitare: & ita flagitare, ut etiamſi unum ex hujus arbitrio dependerint, tamen multa inſuper iſti creditori ſint debiturae. Quæ cuncta quum poſtulare jure potuiſſet: maluit tamen homo verecundus, unico perſoluto, reliqua ſibi deberi, ut haberet nimirum, quod obnoxiæ Reip., quoties libido ſit, poſſit improperare. Tum illud utrum riſu potius, an odio dignum exiſtimem, quod in tribunalibus, quod apud ornatiſſimum ſeveriſſimorum judicum conſeſſum, Thraſonem quendam nobis e comoedia retulit? Senſiſtis, judices, ut è corona plerique riſum tenere nequierint, dum perſonatus iſte Hercules tragoediam illam ſuam nobis recitabat: de ſeſe terque quaterque tyrannicida, de ſapiente illo gladio commilitone ſuo, qui per ſe prudens ſenem interemit: digno videlicet, qui inter ſydera collocetur, domino in deorum numerum relato; Dii boni, quibus phaleris, quibus fucis, quibus ampullis facinus illud nobis ſuum ornavit, jactavit, exaggeravit? quam militari jactantia, quam Stentorea voce, quam faſtuoſo vultu, quam arrogantibus ſupercilliis, quam ſtupidis oculis, ſuum ipſe vobis encomium detonabat? Quaeſo, Judices, ut etiam nunc hominis vultum diligenter attendatis: nonne vobis minitari videtur? nonne dicere? ni mihi praemium decreveritis, haud feretis impune, incolumi divino illo meo, ac fortiſſimo gladio, qui vel ſine me, meas vices, ubi lubebit, acturus eſt. Quis tandem iſtam feret jactantiam, vel in eo, qui vere tyrannum occidiſſet? Haec quoque me cauſſa, Judices (neque enim inficiandum eſt) commovit, ut hujus obſiſterem petitioni, vel magis, ut immoderatam arrogantiam, ut odioſam hujus imputationem retunderem. Videbam jam inde ab initio, quum certatim univerſa civitas Diis libertatis authoribus grataretur, ut hic ſeſe ira tumens in medium ingeſſerit, quam indigne tulerit victimas Diis ſervatoribus immolatas. Sibi hunc honorem eripi, ſeſe unicum eſſe reſtitutæ libertatis authorem proclamabat, leges, aras, focos, omnia publica privataque, ſuæ dextræ, ſuo magnifico gladio deberi. Agite, quid futurum denique, Judices, auguramini, ſi id ad hujus intolerabilem jactantiam, veſtra authoritas, veſtra comprobatio, ſi praemium quaſi pignus acceſſerit? Quid, niſi ut tyranno ſubmoto, alter quidam huic civitati paretur, qui ventoſæ linguæ, gloriaeque quaſi tyrannidem quandam exerceat? Qui quotidie nobis odioſam iſtam ſuam tragoediam ingerat, quotidie dextram iſtam Herculanam & gladium prodigioſum minitetur? Utrum eſt hoc, Judices, tyrannide liberari, an mutare Tyrannum? Videtis ipſi, quam minaci fronte me jam obtueatur. Quid mihi ſuccenſes? Quid minitaris oculis? Quid terres ſupercilio? An mihi non licebit libertate in contradicendo (tuo ſcilicet munere) uti, quum tu ſic abutare? qui liberum ti-

tibi putaris (id quod etiam in proſcenio leges fieri vetant) crimen tam atrox, tam capitale in civem impingere, tantum quia libuit, idque apud Judices iratos, in tam frequenti civium corona, quod nequeas vel leviſſimo confirmare argumento. Siquidem quam reliqua glorioſe, tam illud impudenter dicebas, mihi nullam fuiſſe cauſſam, quare tibi contradicendi partes ſuſciperem, niſi quo tyranni necem, quæ me diſcruciaret ſcilicet, ulciſcerer. Quo quidem tuo exemplo ſi viciſſim in te liberet uti, mox intelligeres, quam atrocia, quanto probabilius in te poſſint retorqueri. Nam tuum iſtud tam invidioſum (quemadmodum tu quidem exiſtimabas) convicium, me longe minus etiam territabat, quam (quod vulgo dicunt) ex pelvi redditum fulgur. Etenim praeterquam quod neque affinitas, neque cognatio, neque neceſſitudo, neque emolumentum, neque prorſus alia res ulla mihi cum tyranno interceſſit, cur mea referret illum vivere? Sine quibus rebus nullam in quenquam criminis haerere ſuſpicionem, tu quoque ſcires, niſi nunquam tribunalia vidiſſes, ac niſi hodie devium te lucelli ſpes feciſſet jureconſultum: equidem arbitror, meam fidem, integritatem, pietatem, totamque meam vitam ſic huic Reipub. ſpectatam eſſe, ut iſto crimine tibi potius improbitatis odium, quam mihi ſuſpicionem ullam conciliaris. Vides quam multis adductus ſim cauſſis, ut tibi obſiſterem? Denique (ſi ſcire vis) bona civium pars id a me enixiſſime flagitavit, ut ſui patrocinium adverſum te capeſſerem, negantes ſibi videri tyrannide liberos eſſe, niſi te a tyrannicidae praemio dejicerem. Non quod pudeat homini debere hanc felicitatem: tametſi id quoque durum, ei debere qui ſic imputet. Sed debere arroganti, ſane quam moleſtum eſt: at debere, cui non debeas, iſtuc vero non graviſſimum modo, verum etiam ſtultiſſimum. Equidem ne lenoni quidem vel verbo refrager, ſi modo is promereatur: ſed obnoxium eſſe tam importuno imputatori, tum qui nihil juverit, id vero bis miſerum eſt, bis ſtultum eſt. Nullus enim inſolentius exprobrat beneficium, quam qui quod non dedit, id vult dediſſe videri. Sed finge mihi nullam eſſe cauſſam cur tibi me opponerem, niſi quia ſic animo lubitum ſit meo, profecto nihil habes quod mihi jure ſuccenſeas. Etenim quum apud Judices tam ſanctos agatur: ſi vere praemium meruiſti, non tibi honorem eripio, verum etiam vehementer illuſtro, quando non paulo magnificentius eſt tyrannicidae praemium eviciſſe, quam tuliſſe. Sin minus, aequus veniam dabis, ſi boni civis fungor officio, ſi nullo meo emolumento Remp. debiti praemii ream defendo, ſi ſtultitiae crimen, ſi imprudentiae infamiam a civitate depello, ſi non ſino, ut noſtro omnium periculo haec urbs in Deos exiſtat ingrata. Poſtremo ſi deorum immortalium cauſam ago, quibus honorem debitum tu conaris intervertere, ut vel hinc ſat liqueat, quanta religione reliquam cauſſam egeris, qui ſtatim ingrediens tam impudenter iis calumniatus: Contradicit igitur, contra Remp. favet tyranno. Quanquam ego illud quoque liberae civitatis eſſe judico, hoc loco vel tyrannorum cauſas citra fraudem agere licere. Neque tamen a vobis poſtulo, Judices, ut vel mihi proſit in cauſſa hoc meum erga Remp. ſtudium, vel huic obſit tam inſolens arrogantia: imo non deprecor invidentiae ſuſpicionem, non refugio vel atrociſſimam illam, quam iſte mihi conabatur impingere, invidiam, ut tyranno faviſſe videar, niſi certioribus, quam ut a quoquam refelli poſſint, argumentis evinco, niſi demum & adverſario perſuadeo, modo ne tergiverſetur, ut quam maxime civiliter quis agat, nullum ei deberi praemium. Sin exactius ſeveriusque, poenam etiam ab ipſo deberi. Quae quidem dum quam poteſt breviſſime facio, quaeſo, Judices, ut me attentis animis atque auribus audiatis. Meminiſtis, Judices, ut iſte inter dicendum ſubinde nobis conatus ſit ob oculos ponere, id unum ſpectare juſſerit, quantis malis tyrannide ſimus levati. Hoc paſſim inculcabat, hac re bonam orationis partem occupabat, nihil nos aliud perpendere voluit, niſi quod gravem ſervitutem toleraſſemus, nunc optata libertate frueremur. Nimirum id tantum vos ſpectare voluit, quod ad hoc judicium nihil attinebat. Neque enim hoc in quaeſtionem venit, quam miſera ſit tyrannis, quam optanda libertas. Sed de illo cognoſcitis, Judices, quum libertas huic urbi ſit reſtituta, quanta hinc laudis portio hujus virtuti debeatur, & an id quod eventu cum hujus facto conjunctum eſt, idem cum ejus merito conjunctum videri oporteat. Relegam autem eadem veſtigia, quibus ipſe in cauſſam ingreſſus eſt, quod equidem refellendi genus ſimpliciſſimum eſſe puto, ſequarque partes illas, quibus iſte rem ſecuit, id nimirum agens, ut quemadmodum ingenioſi convivatores iisdem carnibus alio atque alio modo coquendis condiendisque efficiunt, ut multa opſoniorum genera videantur, itidem iſte nobis ex unico homicidio multa faciat tyrannicidia. Repetam igitur ordine gradus illos, quibus iſte facinus ſuum ſibi viſus eſt mirifice attollere, & in quibus identidem reſtitabat. Quod ſi me deturbante, vel in uno quolibet conſiſtere poterit: tum ipſe ſeſe victorem pronuntiet licebit. Quot tyrannicidia, inquit, quot praemia? Primum quod volui, deinde quod conatus ſum. Tum autem quod filium occidi plus quam tyrannum. Poſtremo, quod pater ob mortem hujus ſibi necem conſcivit. Principio quod voluit, Judices, quis non levius eſſe videat, quam ut ſit refellendum? niſi quod iſte tanta voce intonabat, toties inculcabat, quod tyrannum voluiſſet occidere, atque id (ut nihil jam accideret) tamen praemio dignum aſſeverabat. Quid autem tam ridiculum, quam nudae voluntatis praemium a lege flagitare? quae adeo nihil ad ſe pertinere putat, quid velint aut in animo ſtatuant homines, ut neque poenam irrogent, ſi quid velis modo perperam, neque praemium oſtendant, ſi quid officioſe velis: verum id unumquemque voluiſſe interpretantur, quod nulla vi coactus effecerit. Ergone, inquies, non magna facti pars eſt voluiſſe, quod quidem arduis in rebus vel ſolum ſufficere ſolet? Recte ſane. Sed apud Deos modo: quippe quibus ſolis perſpicuum eſt, quid nolis aut velis, ab his praemium expectandum, ſi quid praeclarum animo conceperis. Lex hominum vices agit: & quid in obſcuris illis ſinuoſi cordis ſpecubus mortales agitent, adeo ſua referre nihil putat: ut non

dicam abdita aut ſuſpicioſa, ſed ne ea quidem admittat, quæ populari ſunt opinione famaque jactata. Poſtremo, ut non niſi comperta recipiat, non audiat niſi quæ ſunt certiſſimis argumentis deprehenſa, probata, evicta. Cedo, quod eſt facinus tam nefarium, cujus ſimplex voluntas in crimen unquam eſt vocata? Iſta judicia Æaci, Rhadamanthique tribunalibus ſervantur. Hic mihi non quid volueris, ſed quid feceris, adferto. Quod ſi nulla lex ulli flagitio ſupplicium minatur, quod in animo ſtatueris, quæ tandem eſt impudentia, pro merito quod præſtare volueris duntaxat, perinde quaſi præſtiteris, a lege quaſi præmium poſtulare? Quæ quidem quum ad id unum ſint comparata, ut maleficia vel deterreat, vel coërceat, multoque magis ad ejus partes pertineat, nocentibus irrogare poenam, quam bene merentibus largiri præmia (id quod mox copioſius demonſtrabimus) poſteaquam in criminibus non accipit inſimulationem meræ voluntatis, quaeſo te, in petendis præmiis oſtentationem voluntatis admittet? Quis autem eſt civium vel quantum libet ignavus, qui non velit tyrannum occidere, ſi tuto liceat? Quis non vel leno, ſaltem emolumenti cauſa velit? Denique quis non facile ſimulare poſſit voluiſſe ſe: videlicet quo præmium gratis auferat? Vis itaque dicam, quantum hoc totum habeat momenti, voluiſſe occidere? Nempe perinde eſt, quaſi te ſomniaris occidiſſe. Par pari penſari convenit. Qui præſtitit beneficium, ei lex beneficium rependit: atqui bene voluit tantum, ei quid debetur, niſi ut viciſſim bene velit reſp.? I nunc, & hoc in gradu nos jube conſiſtere. Rem tam eximiam, inquis, animo verſavi, ſtatui, decrevi: an præmium negabitis? Non fraudaberis præmio, ſi iſthoc nomine poſtules: verum illud interim præmii feres, velut homo nimium perfrictæ frontis, irriſus, explosus, exſibilatus diſcedes, quem non puduerit id a lege poſtulare, quod ne leno quidem auſit a quoquam petere, ut rem pro voluntate auferat; nemo tam vecors qui concedat, ut voluntatem neſcio quam, hoc eſt, minus quam verba pretio redimat. At non volui tantum, inquis: verum & periclitatus ſum, aſcendi, ſubmovi ſatellites. Primum iſthuc tu quidem conſulte facis, quod de gradu illo deſiliiſti, in quo nimis profecto incommode ſtabas, quanquam ne in hoc quidem multo commodius conſtiteris. Nam etiam ſi paulo minus abſurdum videatur, haud ita multo minus impudens tamen eſt, quum lex palam præmium decernat ei, qui factum præſtiterit, te, quod conatus modo ſis, præmium poſcere. Ergo ne hoc quidem juris erit apud te legibus, quod per illas eſt civi privato cum cive privato? Age, quid ſi quis civium tecum iniiſſet contractum, ita ut ille pecuniam ſtipulatus, tu conditionem pactus eſſes, mirum ni ſuo uterque periculo, atque is nondum præſtita conditione, nummos his verbis abs te petat: Cedo mercedem, conatus ſum, tentavi, adniſus ſum: an non protinus impudenti homini reſpondebis: Cedo conditionem; Nam de tuo conatu quid mea refert? Quandoquidem effectum abs te pactus ſum, non conatum. Puta totidem verbis tibi nunc reſpondere legem: Agnoſco contractum, non muto pacta: debeo præmium, ſed ſi tu conditionem præſtitiſti, ſi tyrannum occidiſti. Verbis aut obſtringantur, aut abſolvuntur homines. Si conato pollicita ſum præmium, non gravabor dare: ſin ei qui facinus peregiſſet, quod tandem jus eſt referre quod eſt ſtipulatus, me non ferre quod ſum pacta? In privatis ac minutis contractibus nemo tam improbus invenitur, ut lucrum conditione promiſſum poſtulet, non præſtita conditione, nemo tam ſtultus ut det, ſi quis poſtulet: & tu a Rep. maximum omnium præmium poſtulas, quod conatus modo ſis? Nihil mihi niſi nugas adfers, donec illud unum audiam, quod te præſtare oportebat. Volui, inquis, aſcendi, perrupi cuſtodias, ſubmovi ſatellites, quantulum jam eſt illud quod ſupereſt? Quid adhuc deſideras? Nempe nihil in te deſidero præter illud, cui ſoli debebatur præmium. An non intellexiſti in iſtiusmodi contractibus duplex eſſe periculum: quorum alterum ad hunc tantum, alterum ad illum proprie pertineat: videlicet perſolvendæ mercedis, & præſtandæ conditionis? Ego meo periculo præmii dependendi onus recipio, neque tua referre putes, neque refert, quam anguſta mihi res, unde corradendum quod debeam precium. Tu itidem conditionem tuo ſuſcipis periculo, neque mea quicquam intereſt, quo ſudore, quo periculo ſit ea tibi præſtanda. Totam iſtam curam, totum hoc negotium tibi relinquo. Quod ſi ego jam præſtita abs te conditione commemorem tibi, in agris meis male proveniſſe ſegetes, merces naufragio periiſſe, nihil avelli a malis debitoribus, non ſine gravi diſpendio conflari poſſe pecuniam, quam tibi debeam, dic, obſecro, nonne nugas agere me dices, regans horum quicquam ad te pertinere? Hoc uno modo poſſe ſatis fieri tibi, ſi pecunia numeretur. Neque quisquam eſt judex tam iniquus, quin te tuo uti jure fateatur. Et mihi pulchre ſatisfactum exiſtimas, ſi tu mihi tragoediam adferas, quantum adieris periculi, quantum ſudorum, quantum vigiliarum exhauſeris, dum ſtudes præſtare conditionem? Res eſt (mihi crede) calumnioſior, ſcrupuloſiorque, quam ut legibus tam occupatis conveniat, alienam expendere voluntatem, alienos penſiculari conatus: quorum ſuos quisque nimio ſolet æſtimare, non ſuos difficile eſt ad amuſſim perpendere. At facti facilis eſt æſtimatio. Proinde ea in legis cognitionem cadit: hinc reliqua omnia conſuevit metiri. Tametſi non piget interdum æqui bonique rationem habere. Verum in his litibus, quæ de vetere illa formula pendent, inter bonos bene agier oportet: at in contractibus, quæ neque vi, neque dolo coierunt, quid eſt quod a præſcripto recedatur, niſi quis velit omnino a pactis diſcedere? Quid vis? Circumſpice, & ſi potes usquam invenire exemplum, non nego præmium. Saepenumero pugilum in Olympicis, ſaepe in certamine ſpectator (opinor) ſediſti. Cedo, num quando vidiſti quenquam tam impudentem, qui palmam ſibi hoc nomine vendicaret, quod ſtrenue certaſſet? Non arbitror, atque id in re pene ludicra, certe ad voluptatem comparata. Et tu in tam ſerio omniumque ſplendidiſſimo negotio id tibi poſtulas, quod in ſcenicis illis pudeat vel impudentiſſimum tentare? Age quoties & illud vidiſti evenire, ut qui ſeſe fortiſſime doctiſſimeque geſſiſſet in curſu, is a præmio longiſſi-

giſſime abeſſet, & ignaviſſimo faveret eventus? Habeat ille ſane, quod cauſetur, excidiſſe habenas, conſternatum equum, fractam rotam, jactet ſe vel arte, vel viribus tanto praecellentiorem, quanto Theſſitæ praeſtitit Achilles, niſi metam prior attigerit, profecto poſtulandi praemii jus nullum habebit, fortunam ſuam incuſare licebit. Caeterum Agonothetæ non indignabitur: propterea quod hoc animo in certamen deſcenderit, ut ejus uteretur conditione, id eſt, ita demum praemium ferret, ſi virtuti fortuna favente viciſſet. Alioqui ſi conatui, non tantum effectui praemium deberetur, tot palmis eſſet opus, quot in Olympicum certamen veniſſent. Quamquam in hujusmodi ludis, qui ſolemnitatis voluptatisque gratia proponuntur, fit interdum, ut victis quoque praemia ſtatuantur, non honoris, ſed ſolatii gratia: verum ſeriis in rebus, atque adeo periculoſis, quaenam obſecro lex unquam mercedem ſtatuit, niſi ſi quis facinus peregiſſet: & ita peregiſſet, ut omnes numeros implerit? A quo tu quantum abſis, mox audies: nam nunc de conatu tantum agimus. Lex igitur civicam promittit coronam ei, qui civem in bello ſervarit. Quis unquam ad hunc honorem vel aſpiravit, quod ſe telis objecerit, quod non ſine multis vulneribus diſceſſerit? Profecto niſi cive ſervato, nemo civicam petit. Quis unquam his verbis muralem petiit: Acriter contendi, Judices, ut moenia ſuperarem. Omnia feci, ſed depulſus ſum? Quantumlibet enixus ſit, niſi conſcenſo muro, nemo tam inverecundus eſt, ut muralem coronam ſibi deberi dicat. Obſidionalem nemo flagitat, niſi depulſa obſidione. Poſtremo nullus honos petitur, niſi ab eo qui id effecerit, ad quod honor invitat. Qui navim in tempeſtate deſertam ad littus perduxerit, huic ex lege vendicatio eſt earum rerum, quæ navi vehebantur. Quorſum attinet hic tuam jactare peritiam, ſudores, pericula, conatus? Nihil non feceris, quo navem in tutum reduceres, ſed victus tempeſtate deſeruiſti, audebis quicquam ex his quæ ſunt in navi, tibi vendicare? Aut ſi auſis, futurum ſperas, ut quisquam te vel pilum ſinat attingere? Non opinor. Si quis unquam ovationem, ſupplicationem, triumphum obtinuit, quod ad victoriam omnibus nervis eſſet enixus, quod gnaviter ſe geſſerit in bello, niſi ſuperior diſceſſerit, niſi praeſcriptum a lege numerum hoſtium fuderit, aude & tu tibi praemium promittere, quod tyrannicidium ſis aggreſſus. Quod ſi nemini hominum memoria contigit, deſine tibi nova ſpe blandiri, deſine inaudito exemplo poſtulare, quod ſperare ſit improbiſſimum, dare poſtulanti ſtultiſſimum. Noli nobis commemorare, quanto capitis periculo murum arcis conſcenderis, qua virtute ſatellitium tyrannicum perruperis, alios depuleris, alios occideris: quorum maximam partem tibi liberum eſt fingere. Ad obtinendum tyrannicidæ praemium, duobus duntaxat verbis eſt opus, tyrannum occidi. Quantumvis conatum exaggeres, alleves, attollas, non niſi tyrannicidæ debetur praemium. Alioqui quid dices, ſi eodem illo die, quo tu arcem conſcendiſti, permulti pariter aggreſſi, ſua quisque virtute freti: quorum nemo tamen tyrannum interemiſſet: utrum omnes tyrannicidæ praemio potientur ex aequo, nempe quia conati? Age quid ſi multis ſtrenue rem aggreſſis, uni cuipiam, qui ſit omnium ignaviſſimus (ut non ſemper virtuti reſpondet fortuna) eum contingat interficere, an non praeteritis reliquis hic unus honorem auferet? Quamobrem tandem? Non quia plus adierit periculi, ſed quoniam id confecit, cui lex honorem decrevit. Hic tu fortaſſe rurſus incipies deplorare, fruſtra ſumptam operam, negabis aequum eſſe virtutis egregios conatus merito fraudari praemio, niſi fortunæ ſuffragio adjuventur. Sed quæ tandem poteſt eſſe iniqua conditio, quam nemo compellitur accipere, niſi cui cordi ſit? Quantumlibet iniqua conditio proponitur, eam nimirum facit aequiſſimam, quisquis ſuapte ſponte recipit. In aleæ ludo (ſi fas eſt hoc exemplum conferre) quid iniquius, quam vel ſummum artificem ab imperitiſſimo ſuperari, ſi modo jactus commode cadat? Atque id adeo nemo tanquam iniquum caſſatur: propterea quod, cui luſus hujus lex non probatur, ei liberum erat non ſuſcipere. Itaque lex quid praeſtari velit, id palam atque in medio proponit: Quid abs te praeſtari poſſit, id tibi relinquit expendendum. Illa nihil mavult, quam ut res quam optime cadat: quod ſi, poſteaquam nihil jam intentatum reliqueris, quo minus efficeris, per fortunam ſtetit, intelligis (opinor) nihil habere te, quod legi ſuccenſeas. Fortunam, ſi ita lubet, in jus voca, cum lege nihil tibi rei: quæ ut nihil promittit, ita nihil debet, niſi praeſtanti. Neque vero exiſtimemus, Judices, iſtud a majoribus qui hanc legem tulerunt, ſine ſumma ratione fuiſſe factum, ut conato praemium non eſſe ſtatuendum putarint: videlicet illud caverunt, non tantum ne ancipites iſtas & inexplicabiles hujusmodi de conatu lites invitarent, verumetiam quod intelligerent, tyrannicidii conatum non poſſe, niſi ſummo civitatis periculo ſuſcipi. Unde futurum proſpiciebant, ut ſi conatui praemium ſtatuiſſent, temeritate conantium reſp. ſubverteretur potius quam reſtitueretur. Etenim tyrannis quid aliud eſt quam grave capitaleque civitatis ulcus? huic ſi quis medeatur, ei merces digna propoſita eſt, quam ita demum ferat, ſi remedium praeſentaneum attulerit. Verum huic malo neminem oportet admoliri manum, niſi certum artificem, qui ſua diligentia peritiaque fretus, non ſinat hoc licere fortunæ, ut dum ipſe ſalutem dare conatur, illa vitam penitus eripiat. Quid? utrum tu igitur in ejusmodi diſcrimine conatum praemio judicas invitandum eſſe: an potius poena deterrendum, niſi quod conatus eſt quispiam, idem praeſtiterit? Nec illud te ſublevat, quod mihi videbare ratiocinando colligere, quum lex in maleficiis poenam irroget ſimplici ſceleris molitioni, par eſſe, ut multo magis in benefactis conatus habeat rationem: nam oportere legem multo propenſiorem videri ad compenſandam virtutem quam ad retaliandam culpam. Atque vide, quam hic tota erras via. Principio non animadvertis, hoc tyrannicidii facinus toto genere a reliquis diſcedere, propterea quod aliorum molitio cum privato molientis periculo modo conjuncta eſt: hujus cum publico reipub. diſcrimine copulata, ut temere moliri tyrannicidium nihil aliud ſit, quam temeritate privata rem omnium

prodere. Deinde lex nec in quovis crimine, nec qualemcunque conatum in quaestionem venire sinit, verum in paucis duntaxat, quae vel propter insignem atrocitatem hoc odii merentur, vel ejusmodi sunt, ut prius exitium adferant, quam conatus dent significationem: quod genus parricidium, veneficium, proditio. Postremo non vides, nihil esse simile, totaque natura rationeque discrepare, poenae legitimam irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterum quidem proprie legum munus, alterum quasi quaedam de jure concessio, legisque candor (ut ita dixerim) quidam est. Hoc ita habere sic demum intelliges, si reputes, quam multa sint quae lex jubeat, addita poena, ni pareas: quam multa item vetet, nisi obtemperaris, supplicium minitans: contra, vix unum atque alterum esse, ad quae praemio sollicitet. Quaedam enim ejusmodi sunt, ut durum ac servile videatur ad ea metu mali adigi: quo de genere sunt, uxorem ducere, operam dare liberis. Hic lex nimirum urbanius ac verecundius tecum agit, patris, non magistratus sumit habitum, precio ad id invitat, quod alioqui gratuito te praestare decebat. Rursus alia, tametsi id genus sunt, ut a quovis non improbo cive praestari velle oporteat, tamen & fortiora videntur, quam ut a multis praestari queant: & periculosiora, quam ut multi velint suscipere: nam inhumanum videtur, cuiquam vitae suae contemptum imperare: ad haec igitur praemio animat, qualique calcar addit virtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiam longius trahere, quam ad quae semet ipsa adstringit. Nec mirandum est, si attentior, si vigilantior, si exactior est in proprio naturalique munere suo, quam in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes descendit. Huic adstipulatur illud, quod novis etiam criminibus exemplum, aut novum nova lege solet institui, aut a simili lege mutuo sumi. Neque tamen idem fieri consuevit, si quis quid novi facinoris cum laude patravit, ut praemium a simili constitutione decernatur: nisi lex extet, quae nominatim honorem statuat ejus facto, quod roget, vix habebit: quod postulet, haudquaquam. Cur enim legi necesse sit passim civium suorum officium mercede redimere? Quandoquidem ne sit impunita improbitas, id publicitus omnium refert: at probus esse nemo gratis potest. Quid autem est quod non vel gratus patriae debeat civis? Cui si vel animam impenderis, quid mirandum, si quod acceperas, id restituis? Ut supplicio dignus sis, nisi parenti pietatis officium persolvas, non praemium illico tibi debeatur, si persolvas. Itidem, si quid in leges commissas, non potes effugere supplicium: at non statim illae tibi praemium debiturae sint, si quid cum officio feceris. Nam si cives omnes sese in officio continerent, ne opus quidem esset ullis legibus: quippe quae non ad bonos mores comparatae, sed malis e moribus natae sunt, id quod vere vulgo dictitant, ac pharmaci vice fungantur. Finge itaque nullas esse leges, quemadmodum de aureo Saturni seculo fabulantur poetae, suo quemque sponte fungi officio: an tu hic clamabis perire benefacta, quod nulla lex praemium decernat? Uti lex non minatur nisi improbis, ita non pollicetur optimis civibus. Quorsum enim opus promisso, quum virtus absoluta abunde se ipsa contenta sit? Proinde petere quod illa non sit pollicita, profecto plus quam impudentissimum est: improbe flagitare, quod ea candide civiliterque promiserit, civis est probitatis non satis spectatae. Tu quid merueris, paulo post excutietur: interim finge sane, praecipuam quandam utilitatem attulisse, cui tamen ex lege praemium non debeatur. Utrum protinus clamitabis infrugiferum fuisse officium, civitatem in jus vocabis, plebem ingratam vociferabere, minitabere judicibus, nisi tibi mercedem ex animi tui sententia decernant? An potius ipsam virtutem abunde magnum sui praemium judicabis? Oblectabis te conscientia recti. Hunc esse maximum fructum officii duces, quod de aliis citra tuum emolumentum benemerendo ad deorum benignitatem videaris accedere? Nimirum haec tibi futura sunt satis, si modo civis sis optimus. Quod si non contentus istis, aliud adhuc nescio quod praemium delideres, certe maximo proximum est gloria: hoc tu jam propemodum tulisti. Quanto metiris precio, volitare per ora mortalium, celebrari, laudari, digitis notari mille, oculos omnium in te conjectos circunferre? Ista, inquam, vel maxima praemii pars: nam pecunia sane quam exiguum momentum adfert. Tu conatus duntaxat es, permagna portio, vel caput potius ipsum tuo deest facinori. At cum interim his rebus frueris, dum non occiso, tamen velut tyrannicida celebraris, quaeso te, quantula pars abest e tuo praemio quod laturus eras, etiamsi tyrannum occidisses? Postremo isthuc ipsum praemium, pene dixerim, invidendum mihi videtur, quod jam tibi licuit toties Reip. tyrannicidium imputare, quod in celebri judicio tibi contigit honestissimum praemium flagitare, & in tam frequenti theatro spectante rep. magnificam istam tuam tragoediam peragere. Mihi videtur, Judices, beneficii tulisse gratiam, quisquis exprobrare beneficium potuit. Tu fortunae, tu deorum munus imputas civitati, & sunt fortassis qui tibi libertatem acceptam ferant. An haec tanta praemia contemnis? Quae vel vero tyrannicidae sufficere debuerant, nisi lex maluisset praemio conatum ab effectu distinguere. Quamquam nullum me hercle praemium magis congruit ei, qui tyrannum conatus sit occidere, nec occiderit, quam ut illi contingat tyrannicidae praemium sperare, nec ferre tamen. Hiccine erat ille gradus, in quo nos tecum commorari jubebas? Quanquam hoc nomine tuus conatus minus promereatur praemium, quod aliorum proposita fortuna modo defuit, tibi voluntas, ut ais. Effecisti quod voluisti: id quod erat necesse, nec fecisti, nec voluisti. Sed jamdudum alium gradum (ut video) circumspectas, in quem te recipias: nam in hoc quam citra omnem praemii spem consistas, intelligis. Age sequemur te per omnia, & aliunde alio fugitantem persequemur, nec usquam sinemus consistere. Atqui non tantum aggressus sum, inquis, verumetiam occidi, nempe filium: atque id facinus in duo secas tyrannicidia, & quod filium sustuleris plusquam tyrannum, tum tyrannidis successorem: & quod parenti, necato illio, mortis causam ministraris. De illo mox:

mox: nunc hoc cujusmodi ſit inſpiciamus. Parentem ais abs te, jugulato filio, eadem occiſum opera: negas enim referre, qua via peremeris, modo ſuſtuleris: imo ſplendidius iſthuc videri vis, quod tuo quidem enſe, verum ipſius dextera ſit interemptus. Haec tam honeſta, Judices, oratio poſſit parum attentum fallere, praeſertim hoc rem fucis illis ſuis & phaleris venditante, dum nobis ob oculos ponit validum illum florentemque juvenem, ſic patri adamatum, crebris vulneribus confoſſum: parentem ſenem miſerum, illi circumfuſum, eodem exanimatum enſe, ſanguinem utriusque inter ſe confuſum. Iſta quidem dictu ſplendida, ſed quid ad tuam cauſſam attinent? Nemo tam caecus qui non videat, nemo tam effrons qui neget, ſpectaculum illud multo omnium jucundiſſimum extitiſſe civitati, quum ſenem tyrannum juveni videret incumbentem, exanimem exanimi, & in altero gauderet ſeſe levatum malis praeteritis, in altero futurorum metu. Haec quum per ſe maxima, quum Reip. ſint gratiſſima, quid attinet verbis exaggerare? Illud unum in hoc judicio vertitur, utrum tibi acceptum ferri oporteat, quod pater ſine controverſia tyrannus occiſus eſt, an fortunae, ſuperumque dexteritati. Quod enim tuo gladio peremptus eſt, id vero quam eſt futile nihilique. Quid ſi tuo gladio ab eo qui eum utendum abs te rogaſſet, tyrannus eſſet necatus, num tu protinus tyrannicidae praemium petitum venires? Lex occiſori pollicetur honorem: tu eum jugulaſti, de quo certe controverſum eſſe poterat, tyranni nomine cenſendus eſſet, nec ne: eum de quo nihil erat dubitationis, reliquiſti. Si prudens, prudens excidiſti a praemio: ſin metu, multo minus etiam cauſſae eſt poſtulandi muneris. Verum illud tute vehementer urgebas, uti prudens volensque reliquiſſe viderere. Sed quod tandem erat iſtud tuum conſilium, quum tibi ſic in manu eſſet, non toto metu liberare Remp. ſed ultorem tui facinoris, & verum certumque tyrannum relinquere? intelligebas (ut ais) omne negotium confectum extincto juvene, propterea quod modis omnibus futurum praeſcires, ut ſenex illico ſibimet eodem gladio necem conſciſceret. Videte, Judices, in manifeſtiſſimo mendacio qua rima conatur elabi: niſi divinandi ſcientiam commentus fuiſſet, non poterat hinc explicare ſeſe. Siquidem haec vel augur, vel haruſpex, vel vates diceres, fortaſſe nonnullos invenires, qui iſta praedicanti fidem eſſent habituri. Nunc quid impudentius? Quid vanius? Quid veri diſſimilius, quam aſſeverare, id certum praeſciſſe te, quod tale ſit, ut quivis alius exitus potius fuerit expectandus? An conjecturis es aſſequutus, id eventurum quod evenit? At quid aliud effici conjecturis poterat, niſi ut vel ſperares, vel ſuſpicarere? Porro in re tam ancipiti, quae dementia erat ſpem incertam ſequi, diſcrimen certum negligere? Sed audiamus obſecro certas illas conjecturas, quibus hic noſter vates praeſenſit inopinatum omnibus exitum. Jam aetate feſſus erat, inquis, jam viribus defectus, nec obtineri jam autumabat poſſe tyrannidem adempto filio. Tum indulgentius amabat, quam ut filio vellet eſſe ſuperſtes. Nonne ſentis haec adeo non eſſe naturae rerum conſentanea, ut jam omnibus videantur eſſe confurata, vel priusquam refellantur? Utrum ſeni mentem ullam fuiſſe putas, an non putas? Si non putas, fieri potuit, ut illi tutum videretur, quod neutiquam erat tutum; atque ita protinus toto falleris augurio: ſin putas ſapuiſſe, cur erat quod usque adeo diffideret? Quaſi vero tyrannis viribus duntaxat unius hominis, ac non multo magis ingenio, verſutia, calliditate, largitione, crudelitateque contineatur, quae omnia ſi magis in ſenem quam in adoleſcentem competunt, cur tu in diverſum torques augurium? An non illa aetas uſu rerum callentior eſt? An non altius diſſimulat? An non cavet diligentius? An non proſpicit oculatius? Iraſcitur implacabilius? Tenacius injuriae meminit? Meliusque in longinquum conſulit? His ſolis rebus imperium tyrannicum adminiſtratur. In militiae duce quantulum eſt illud momentum, quod corporis vires adferunt? At in tyrannide profecto multo minus. Cur magis illum terreret ademptus filius, quam extinctus fatelles quispiam audacior? Quum arx ſupereſſet approbe munita, ſupereſſent opes, arma, ſatellitum ingens agmen, tot in civitate factioli potentesque, qui non ſolum tyranni partes adjuvabant, verum etiam tyrannos agebant: quos equidem ſpero nunc nobis non eſſe metuendos (nolim enim infauſta ominari) at ita tamen, ne nimium ſecure negligantur. Usque adeone ſenem cruda viridique (quod omnes norunt) ſenecta callidum, animoſum, ambitioſum, non ſtultum, una filii mors conſternavit, ut rebus deſperatis protinus e vita ſibi migrandum duxerit? Praeſertim quum ille patris dominatum nihilo reddiderit tutiorem, ſed multo invidioſiorem, idque ob libidinem, atque aetatis inſolentiam temeritatemque, adeo ut expedierit propemodum illi ad ſtabiliendam tyrannidem, filium è medio tolli. Etenim quo propius ad juſti regni ſpeciem acceſſerit tyrannis, hoc minus eſt invidiae obnoxia, magisque tuta. Juvenis ille ſolum hoc augebat, quod maxime tyrannos ſolet evertere. Vera illa tyrannidis munimenta in callidi ſenis pectore erant collocata. Sed tenerius adamabat filium, quam ut defuncto poſſet ſupereſſe. De matercula quapiam privata loqueris, an de viro ſene, callido, crudeli, denique tyranno? Quid ego, Judices, in eo ſermone argumentis coarguendo ſumam operam, quem ipſa natura, quem mos, quem communis omnium ſenſus repudiat? Quis unquam iſthuc audivit? Tyrannum usque adeo pio in liberos fuiſſe animo, ut non dicam commori voluerit, ſed convivere commode quiverit? Credite mihi, privatorum iſti ſunt affectus, Tyrannus neque quid natura, neque quid pietas, neque omnino quid ſit officium novit. Exuit haec omnia, ſimulatque tyrannum induit. Omnia commodis, omnia metu, omnia neceſſitate metitur. Solos hos amat (ſi quos tamen ille amat, qui vel Deos ipſos odit) quos aut metuit, & tollere nondum expedit, aut quorum opera miniſterioque ad fulciendum imperium indiget. Quod ſi ullos ille poſſet amare, ſimiles certe ſui diligeret, impios, violentos, rapaces, ſceleſtos, quando nihil ad conciliandam charitatem efficacius morum ſimiſitudine. Atqui ne improbi quidem illi chari ſunt, niſi qua-

quatenus adjuvant, adeo ut praeposterum, vel perversum potius quendam Stoicum tyrannus exprimat. Neque enim quisquam tam Stoicus fuit, ut aeque vacarit omnibus affectibus, atque tyrannus: hoc modo illos discernit, quod philosophus honesto metitur sua consilia, hic commodo. An ille ullum pietatis igniculum in quenquam mortalium sentire potuit, qui in patriam vitae parentem altricemque, qui in cochles omnium bonorum autores tam sit impius, ut illam crudelissima opprimat servitute, horum fana despoliet, jura contemnat? Verum ut largiamur tibi nonnihil, finamusque te privatos affectus in tyrannicum pectus, hoc est, ignem in flumen transferre, an tandem persuadebis illud, usque adeo indulgenter illum adamasse filium, usque adeo in eum omnes vitae suae spes, voluptates, opesque semel contulisse, ut illo sublato, ne minimam quidem vitae causam sibi reliquam esse putaret? Repete, non dicam ex hac civitate, verum ex universo mortalium genere: non ex hoc seculo, sed ab orbe condito, & ab ipso (si vis) Promethei simulacro. Quotus quisque fuit pater, quota quaeque matercula, quae ob liberorum necem sibi fatum accersiverit? Naturalis hic dolor, & quem nemo fere non modeste ferat. Privatis parentibus vel indulgentissimis, mulierc ularum intemperantissimis affectibus mediocris luctus sufficit, tyranni in filium charitati non nisi solam mortem satisfacturam esse tu Lynceus praevidebas? Age, hoc quoque tibi donamus, vicerit homo tyrannus privatorum in liberos pietatem, vicerit indulgentia materculas omneis: qui tibi compertum esse potuit, utro se dolor paternus inclinaret? In rabiem, an in desperationem? Quo diligebat impotentius, hoc erat probabilius, ut senex natura ferus, civibus infensus, vel maxime vellet esse superstes, vel ob id denique, quo veterem illam iram, nunc filii nece acerrime exasperatam irritatamque, Reip. suppliciis saturaret. Quod si alias vitae pertaesum fuisset, haec nimirum una causa poterat illum in vita retinere. Quid autem senili animo vindictae cupidius? An nescis quam impotentes aetas illa concipiat impetus, quo rapiatur aestu, quo flagrare soleat incendio, si quando atroci insignique contumelia lacessatur? Quae vero potuit esse atrocior, quam filii caedes sic amati, ut tu quidem ais? Haec nimirum quicquid in illo fuerit unquam crudelitatis, quicquid saevitiae, quicquid immanitatis: si qua sanguinis sitis, si qua suppliciorum fames, denique si quid tyrannicum, id omne semel de integro poterat excitare, quasique renovare. Mitiora etiam animalia datae orbitatis injuria, in rabiem solet agere: & tu in tyranno (quo nullum animal immitius) nihil tale metuendum esse certissimus augur existimasti, quod in Tigribus videmus evenire? Quod si tibi uni compertum erat, tyranno sic in deliciis esse filium, quid igitur aliud tua fiebat opera, nisi ut saevissima illa Tigris, rapto catulo, in rabiem versa, in miseram hanc civitatem dilaniandam discerpendamque incitaret? Id si non evenit, magna Dei gratia, tibi magnum debetur malum: qui quantum ad te pertinet, tam diram belluam in nostra capita fortunasque immiseris. Elige nunc utrum malis, an verum fateri, nihil fuisse tyranno cum nostris affectibus commune, an confingere sic adamasse, ut matercularum quoque vicerit delicias. Certe neutro modo tua constabit divinatio: quae nisi constiterit, non est quod ad ejus rei laudem aspires, quae fortunae commoditate te imprudente evenerit. Postremo donemus & hoc tibi, ut praesciveris, & certum praesciveris, Deo videlicet quopiam te certiorem faciente (nam alioqui fieri nequaquam potuit) perinde est ac si non praescieris, quum praescientiae tuae fidem legi facere non possis. Profer quibus praedixeris id eventurum quod evenit: doce quis deorum quando isthuc tibi praenunciarit, nihil habes quod dicas. Verum posteaquam rem feliciter evenisse videres, tum demum post factum vates esse coepisti, quemadmodum vulgo tum fieri, tum dici consuevit, post eventum stultos etiam sapere: & quo fortunae beneficium verbis in te transmoveres, tragoediam istam nobis comminisci coepisti, causas reperisti, quibus praecisisse videare. Sed Dii boni, quam non bonum poëtam te praestitisti, qui tam inconstitentia, tam cum natura pugnantia finxeris, saevissimum tyrannum ob pietatem erga filium ultro vitam fugisse: ob unius capitis necem tutum sibi non putasse in vita commorari, quum omnia supereissent quibus tyrannis & paratur & obtinetur, sublato eo in quo omne tyrannidis praesidium collocarat, repente rebus suis diffisum ad inferos abiisse. Age, mitto nunc argumenta, haec omnia vera, non ficta credemus esse, tametsi ne fucum quidem ullum habent veri, si mihi ex omni hominum memoria vel unum tyrannum potes nominare, qui liberos suos sic adamarit, ut non spadones ac pallacas longe praetulerit: qui sic illis indulserit, ut non suspectos haberet observaretque: qui sic illis sit fisus, ut non in barbaris quibusdam latronibus, ac servis stigmaticis plus quam in illis fiduciae posuerit. Ego tibi permultos referre possim, qui filios sic oderint, ut vivos esse pati non possent; adeo metuerint, ut ne cibum quidem una capere vellent: adeo diffiderent, ut tum demum se tutos esse putarent, si quis illos è medio submovisset. Nullus inutilior tyranni satelles quam filius. Ex extrema barbarie conductitios mavult ille sicarios, fugitivos, homicidas, sacrilegos: his vitam suam mavult committere, qui sua patria frui non possint, & alienam evertere gaudeant, qui barbaricis ferinisque viribus antecellant, & gigantes illos impios referant: qui propter animi cupiditatem non difficile ad quidvis periculi suscipiendum perducuntur, & propter ingenii feritatem a nullo facinore abhorreant. Hi sunt idonei tyrannorum ministri, hi fiducia, munimentum, praesidiumque tyrannidis multo tutissimum: hos si quis ademerit, causam videatur dedisse, cur rebus tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatum sustinebat: Aetate? At utilior aetas grandior: Robore? Unus erat: Prudentia? Magis sapit senecta: Custodiis quas obtinebat? At si adversus patrem obtinebat, mors illius seni etiam optanda. Si patris nomine, quid nisi unus satelles ademptus erat? Nam custodiae quo deficerent, nisi ad eum cui alebantur? Tutior igitur erat futurus tyrannus amoto filio. Res enim tyranno suspecta, filius violentus & insolens, propterea quod

quod reliqui illi Barbari ſolo lucro contenti ſunt : Filius illud praemium ſpectat, tyrannidis ſucceſſionem. Nec ullus pietati locus, ubi mentem poſſidet dira regnandi libido. Ibi contemptis naturæ legibus, & filium horret pater, & patris interitum optat filius. Sed dicturis jamdudum neſcio quid : mane, praeſenti, nihil inexpugnatum omittam, urges. Niſi praeter modum adamavit filium, niſi diffitus eſt, cur ſibi mortem conſcivit ? Iithuc vero merito demirandum, quippe quod praeter omnium, ac tuam etiam ſpem evenit. Verum ego nihil ad me pertinere puto, ut tibi rationem reddam, quid illi Dii in mentem immiſerint, ut ſibi vim adferret : hoc tantum evincere ſat eſt, te nullis conjecturis hunc exitum certo praeſcire potuiſſe, quantumvis amarit filium : tametſi cauſa non admodum obſcura. Jam deorum ſi qui fuerunt huic infenſi Reip. iras diuturna noſtra calamitas ſatiaverat. Jam propitios noſtra vota, noſtra ſacra commoverant : aderat illud fatale tempus, quum impius ille ſenex Diis atque hominibus dignas admiſſorum poenas daturus erat. Jam aderant ultrices Erynnes, aderant Furiæ, facibus & hydris omnibus armatæ : hæ illi mentem ademerunt, hæ vanam formidinem incuſſerunt, hæ attonitum ad ſpontaneam ſui caedem impulerunt. Nihil minus arbitrabatur quam fugiſſe, qui filium peremerat, quam una caede contentum fore, qua quidem una in re jure potes gloriari, quod tyrannum vehementer fefelleris. Virum eſſe putabat, qui hoc facinus peregiſſet. Credebat eſſe talem, quales audierat eſſe ſolere tyrannos, qui magno ſuæ vitæ contemptu, tyranni caput impeterent : qui non adorirentur facinus, niſi ratione probe perſpecta, qua poſſent perficere. Hanc ſuſpicionem Pan ille, aut ſi quis alius eſt Deus, novis terriculis exagitabat. Arbitrabatur inſtare ſibi carnificem, ſenſit adeſſe neceſſitatem illam fatalem, quam nemini nocentium vitare licuit. Itaque quod hujus urbis pietati, quod deorum bonitati debetur, cur tu id phaleratis dictis in te transferre conaris ? Ubi diſcrimen erat ſubeundum, ibi fugitabas : nunc uoi res praeter ſpem pulchre cecidit, tutumque putas, fortunæ laudem in te derivas. Sed finge diverſum exitum fuiſſe conſequutum, pone tyrannum ita percitum, paſſim cives ad exquiſita ſupplicia rapere, proſcribere, jugulare, in exilium agere, poſſeſſionibus exuere. Quid hic dices? Non ſines, opinor, eorum malorum cauſam in te tanquam in authorem referri, & fortunæ argumento culpam deprecaberis. Negabis tibi imputandum eſſe, ſi quid fortuito praeter propoſitum evenerit. At nunc nonne injurium eſt, quod boni, fortunæ commoditate, praeter ſpem evenit, id totum in te velut authorem velle traducere ? Etenim te nihil expectaſſe minus, quam id quod evenit, vel ipſa res clamitat. Si hoc animo conſcendiſſes arcem, ut filium, non patrem occideres, credi poterat te talem quandam ſpem animo concepiſſe : nunc caſu neſcio an metu potius in juvenem incidiſti, & tum denique divina illa mens & futurorum praeſaga, ſed quæ non niſi poſt eventum ſua prodat oracula, te corripuit. Quum eſſet fugiendum, ibi demum, Judices, in re tam tumultuoſa, ſecum velut ocioſus conſultare coepit, utrum ſenem ſua dextra dignum exiſtimaret, ibi demum praevidere coepit, fore ut pater ipſe ſibi manus adferret. Et quo commentum tam impudens, Judices, efficiat paulo probabilius, quæ nec vidit, nec videre potuit, ea perinde deſcripſit, nimirum (ut jactat) poëta, quam ſpectator aſtiterit, quid in mentem venerit tyranno, quid dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum ſtrinxerit. Ejusdem profecto impudentiæ fingere praeſciſſe ſe, quod eſſet eventu conſequuturum, & quod non videris, id ita narrare, quaſi videris. Quanto melius tuo commento, id eſt, fabulæ ſua fides conſtitiſſet, ſi ita finxiſſes : te quum perempto juvene, ſtricto gladio ad ſenem ire deſtinaſſes, repente a tergo adfuiſſe Palladem illam Homericam, & jam euntem capillis revocaſſe te : vetuiſſe ne tam luculentum facinus ſenili caede obſcurares, ſeſe citra tuam operam curaturam, ut ille ſuapte manu, ſed tuo gladio peremptus, gloriæ tuæ nihil tenebrarum offunderet, ſed multum etiam adderet lucis : dehinc abditum te per rimam contemplatum, vel (quod eſt te dignius) repente Deam ſepiſſe te nebula, ut tyrannicæ necis tutus & otioſus ſpectator aſſiſteres, nec prius illinc diſceſſiſſe, quam negotium omne confectum vidiſſes. Haec ſi confinxiſſes, paulo minus malum poëtam te praeſtitiſſes? Sed ocium, opinor, non ſuppetebat ad omnes fabulæ parteis commode tractandas, videlicet lucri cupiditate te protinus ad praemium poſtulandum rapiente. Nunc vel ipſa te prodit inconſtantia, figmentique coarguit. In arcem aſcendiſti, quo tyrannum occideres, neque tum praevidebas, quod ſole ipſo clarius videri vis. In medio negotio ſubito, neſcio quis Deus, oculos tibi reſtituit, ut videres futurum id quod accidit. Porro ſi veris fidem facere voluiſſes, narrare debueras, quemadmodum noctturnus explorator furtim arcem conſcenderis, in aedes clanculum irrepſeris, forte fortuna obvio nemine, non dicam ut tolleres aliquid, ſed ut experireris, ſi quod tuto facinus poſſes deſignare : haec molienti commodum faviſſe fortunam : itaque quum adoleſcentem ſolum atque incuſtoditum offendiſſes (ut eſt ea nimirum aetas ſecurior, periculique minus cogitans : praeterea diuturna tyrannis jam magnam metus partem exuerat) tum haud ſcio (ut mores illius erant) multo vino ſepultum, atque immodica libidine defeſſum, fortiter jugulaſſe ſenicem, & ſomnum illi cum morte, id eſt, germanum (ut ait Homerus) cum germano conjunxiſſe : deinde ubi jam cardines procul ſtridere coepiſſent, exaudito videlicet morientis gemitu, ibi te metu exanimatum ita fugiſſe, ut non vacarit gladium è vulnere tollere, quem nec parricidæ, nec ſicarii ſolent relinquere, ne deprehendantur. Interea domi latitaſſe te, jamdudum de fuga cogitantem, & longinquas aliquas, ſemotasque mundi latebras animo circumſpectantem, in quibus abditus poſſes irritati patris ſaevitiam fallere. Jamque te ad ſpontaneum exilium accincto, repente in vulgus exiiſſe famam, liberam eſſe civitatem, tyrannum una cum filio jugulatum, reliquos metu fugiſſe, authorem ignorari facinoris. Ibi repente ad novam tuæ fabulæ cataſtrophen immutaſſe te animum, & qui prius de ſalute fueras ſollicitus, protinus ad praemii ſpem arrectum fuiſſe, lucrique aviditate, priusquam

tibi satis esset excogitata ratio, qua totam hujus inopinati eventus laudem in te traduceres, prosiliisse in medium: id quod vidimus, clamitasse tuum illum esse ensem, tuum facinus, non unum praemium tuæ virtuti fore satis. Haec nemo non credidisset, sunt enim rerum naturæ consentanea, usu comprobata, omnium opinione recepta. At tu dum sedulo quidem, sed tamen parum ex arte, tuam nobis praescientiam niteris persuadere, quam multa commiscris, non dicam tota facie a vero distantia, verumetiam cum sensu communi, cum more, cum natura penitus pugnantia? Primum tyrannum tam materne filium adamasse, ut sine eo vivere noluerit: sic ob unius mortem metu fuisse consternatum, ut in vita manere non sit ausus: sic illi toto pectore fisum, ut ipse nullas circum se custodias haberet: adeo fracti animi fuisse, ut tam chari pignoris truculenta caede non potuerit ad ultionem inflammari, tam invalidum, ut tua dextra fuerit indignus, tam inermem, ut ni tu illi gladium reliquisses tuum, defuturum fuisset, quo se jugularet. Non vides quam non competat tam insignis in tyrannum pietas, tam secura in eam aetatem fiducia, tantus metus in hominem, excepto filio, reliquis omnibus praesidiis munitum, tanta consternatio in hominem tot periculis exercitatissimum, tanta imbecillitas in iratum? Quid igitur erat, cur tu senem illum tantopere contemperis, ut indignum habueris, qui tua ista magnifica dextera jugularetur? Tune indignum judicabas quem occideres, quum eum Resp. non putarit indignum quem formidaret, quem maximo suo cum dolore ferret. Non talem illum, Judices, non talem sensimus, ut cuiquam contemnendus videri debuerit. Neque tu eum unquam contempsisti, nisi forte contemnere est, misere formidare. Sciebas arcem armis refertam, sciebas superesse satellites, quorum vel unus (si seni vires deerant) sufficiebat jugulando tibi. Non ignorabas (id quod nemo nostrum nescit) quantum virium illi partim exercitatio, partim ingenii feritas etiam in illa senecta reliquerat. Tum non te fugiebat, frigidum illud senium hic interdum aeri dolore inflammari, ut juvenibus etiam validissimis saepenumero fuerit intolerandum, si quando solitum illud robur quod aetatis gelu velut obtorpuerat, magno aliquo animi motu recanduit. Quis autem tam invalidus est, ut non illi pudor, ira, dolor ingens vires suppeditet? Hoc erat videlicet cur tu filium quam patrem malueris occidere, quod illum inopinantem, inermem, dormientem fortuna objecit. Cum hoc pugnandum erat, armato, vallato, irato denique. Hoc erat cur gladium relinqueres, ratus ne tantisper quidem morari tutum, dum reciperes, metuens videlicet ne tantillum farcinæ te redderet in fuga tardiorem. Reliquisti invitus, quo tyranno prodi posses: sed prodi maluisti quam deprehendi. Neque ego nunc formidinem tuam accuso, imo miror magis quod pedibus consistere, quod fugere potueris, quum audires moveri tyrannicam familiam, stridere arma: intelligeres tibi non cum puero, sed cum vigilantibus viris, accinctis, armatis, sobriis, irritatis, denique cum rabioso patre dimicandum esse: non quod illum usque adeo filii mors commoveret, sed quod arbitraretur; & haud scio an vere se petitum fuisse, dexteram tuam errasse tantum in filio. I nunc & spera, non dicam hos Judices, viros omnium perspicientissimos, sed vel è media plebe quenquam esse tam mucosis naribus, cui non suboleat, imo qui non plane odoretur, praesentiatque totam hanc fabulam abs te confictam. Et quod poëtæ solent, quum haerent in explicando tragoediæ argumento, hanc veluti Deam divinationem arte quadam induxisti, quo praesensionem tuam judicibus probares, sine qua videbas praemium obtineri non posse. Sed occasionem, inquit, ministravi paternæ mortis, qui gladium quo se ferieret reliquerim: atque id solum non modo satis esse putat ad petendum praemium, verum etiam meritum esse, ut ipse ensis inter arma deorum consecretur, Dominus pro Deo praesenti colatur. O hominem suavem, si has spes vere concepit: impudentem, si, quum non speret, postulat. Ita ne tyranno gladius erat defuturus, nisi tuum illum reliquisses? Tu in arcem arma, hoc est, in sylvam ligna portanda putasti? Nisi forte tuum illud ferrum magicis precaminibus erat imbutum, ut ultro ad mortis adegerit necessitatem: an vero nihil referre putas, quam praebeas occasionem, quomodo, quo animo? Primum, gladium reliquisti, quo nihil minus deest Tyranno: nunquam ferrum abest, non in cubili, non in triclinio, non in sacris: reliquisti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demiror, qua fronte eum gladium tuum ausis appellare, quem habueris pro derelicto. Metu, inquam, exanimatus reliquisti, quem postea receptum optabas: reliquisti rem ancipitem. Quid si tyrannus illum eundem ensem in civium jugulos distrinxisset? Quid si eodem lectos aliquot ex hujus urbis juventute adolescentes filio suo inferias mactasset? Si tyrannum occidisti, quia tuo occisus est gladio, & horum omnium indigna caedes ad te pertinebit: quippe cujus ense peracta est. Id si non evenit, nihil ad te pertinet, nam anceps occasio quam in partem cadat, id Diis in manu est: si bene verterit, nihil gratiæ debetur ei qui dedit imprudens: sin male, temeritas imputatur. Neque enim culpa vacat, qui periculosam ministrat occasionem: quæ si feliciter, mirentur omnes: sin infeliciter, merito accidisse dicant. At quanto probabilius erat, futurum ut tyrannus tuo ense alios in usus abuteretur. Scio me, judices, haec pluribus refellere verbis, quam necesse videatur, quippe tam frivola: verum id propositum est, nullum illius argumentum non excussum, non exagitatum, non revictum praetermittere. Quare quaeso ne pigeat ita ut antehac fecisti, patienter atque attente cognoscere, dum hunc ab gradu firmissimo dejicio; hic sibi vehementer fidebat, hunc acriter urgebat locum. Negabat vitari posse, quin praemium deberetur, quod patri necis causam ministrasset, si non relicto gladio (nam hoc opinor argumentum jam habet pro derelicto) certe necato filio. Nam ita in legibus dissertum ajebat, nihil interesse utrum manu sua quis occidat, an mortis causam praebeat. Addebat, aequum esse, ut cum in maleficiis causam datam imputarent leges ad supplicium, multo magis idem ob-

fer-

ſervarent in benefactis ad praemium. Haec ajebat meminiſſe ſe in legibus eſſe diſputata, illud addens Thraſonicum, niſi ſibi diuturna ſervitus legum memoriam obliteraſſet. Non tu legum oblitus propter diutinam deſuetudinem, ſed nunquam quid ſibi velint leges inquiſiſſe videris. Bis enim hic erras, qui neque cauſæ datæ rationem, neque dantis animum diſcernas, id quod legibus traditum eſt, nec animadvertis longe diverſam eſſe rationem maleficii & beneficii imputandi. Quid ais, nove juris interpres? Itane ſatis eſſe judicas vel ad poenam, vel ad praemium, qualemcunque quomodocunque cauſam dediſſe? Nihil igitur refert, Hector an Ajacem occiderit manu, an gladium illum dederit, quo ſe poſtea confodit? Atqui hanc laudem nunquam ille ſibi vendicaſſet: tametſi probabile videri poterat, in eum uſum hoſti ab hoſte datum fuiſſe ferrum. Quin ergo fabros aerarios omnes vel ad poenam vocamus, vel ad praemium, quoties armis in eorum officina perfectis, aut jugulantur cives, aut ſervantur? Poſtremo cur hoc quod tu petis praemium, non enſis iſtius tui opifex petit potius? Tyrannus gladium erat habiturus, te non porrigente: tu porrigere non poteras, niſi hujus induſtria tibi miniſtraſſet. Age ſi telo inter venandum temere miſſo, forte tyrannum vicinum interfeciſſes, clamares tibi tyrannicidæ deberi praemium, an potius nihil tibi deberetur laudis, quod imprudens & inſcius jaculum torſiſſes? Imo in jus potius vocandus eſſes, qui miſſi teli temeritate civem (quod in te fuit) occideris: nam quod in tyrannum incidit, id nihil ad te. Quid ſi caupo vinum lene ac ſuave, quale Polyphemo dedit Ulyſſes, tyranno vendidiſſes, atque ille ejus dulcedine captus, avidius ſeſe ingurgitaſſet, eaque re concepta febri deceſſiſſet, auderes ne caupo, vini titulo tyrannicidæ praemium flagitare? At quis non te cum tua flagitatione, ut temulentum, vinoque madidum exploderet? Caeterum quanto frigidiore titulo nunc idem poſtulas? Utcunque conjecturis praecipi poterat: ut aetas vinoſa tam illicibili vino avidius, intemperantiusque frueretur, crapulam conſequeretur morbus, praeſertim in ſene: morbum mors, vulgo haec eveniunt. Tu eam tyranno mortis cauſam dediſti, cujus nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim antehac ob filii necem ſibi manus intulit? Accedam propius. Finge te tyranni coquum eſſe: probe callere palatum domini, medicos interdicere cibum, quo tamen illi oppido quam lubens veſcatur: interminari morbum capitalem, ni temperet: id te non fugere, eum cibum tu arte tua, cupediisque & condimentis magis ac magis illecebroſum reddis, conſequitur edentem morbus, quem praedixerant medici: emoritur tyrannus, liberatur civitas. Hiccine coquus è culina in forum proſiliens, & adhuc jure madens, fuligine niger, tyrannicidæ praemium poſtulabis? Mortarium, tonſillum, & ollas oſtentabis, arma ſcilicet quibus tyrannidem expugnaris? Non eris (opinor) tam impudens in ea cauſa, qua tamen iſta tua multo eſt abſurdior. Nam illi voluntas occidendi non defuit, probabilem praebuit cauſam. Tu nec in hoc jugulaſti filium, quo pater ultro vitam relinqueret, & cauſam dediſti, ad quidvis potius quam ad iſtud idoneam. Accipe exemplum tuo ſimilius, quam ovum ſit ovo (quod ajunt) ſimile. Quid ſi tyranni amicam, quam ille miſere ac perdite deperiſſet, occidiſſes: eaque cognita re tyrannus ſibi vitam abrumperet, auderes ad praemium aſpirare? Auderes dicere, te certum praeſciſſe, fore ut tyrannus ſponte fugeret è vita? Certe quanquam plures amicas extinctas ſequuti ſunt, quam filios, nemo tamen tibi crederet, nemo tibi praemium decerneret, tuum factum periculoſum & anceps dicerent: omnes fortunæ gratias haberent, cujus commoditate res ea feliciter ceſſiſſet. Tibi abunde magnum praemium exiſtimarent, ſi commiſſi venia donatus diſcederes. Primum igitur diverſam imputandi maleficii, & adſcribendi beneficii rationem conveniet diſtinguere, deinde cauſſæ aequalitatem, poſtremo animum: atque ita demum liquebit, quid tibi lex debeat. Nam quod ajebas legem prolixiorem eſſe oportere ad reddendum praemium, quam ad infligendam poenam, id in privilegiis, quæ in exemplum non vocantur, fortaſſe locum habet: In jure communi longe ſecus eſt. Siquidem (uti ſuperius demonſtravimus) nulli nocenti lex non minatur poenam: paucis benefactis praemium oſtendit. Tum in maleficiis etiam conatum ſimplicem ſupplicio proſequitur: in benefactis ſemper exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, ſi lex eſt diligentior in eo negotio, ad quod unum eſt nata atque inſtituta, quam in eo, in quo temporis ratione tanquam alienas ſibi ſumit partes. Ergo in utroque communiter ſpectat, ut cauſa ſit idonea: deinde ut animus adſit, non tantum caſus. Hoc rurſum intereſt, quod in benefactis nec cauſa idonea, nec animus idoneus ſatisfacit legi, niſi his acceſſerit eventus item idoneus. In malefactis, ſi quid nocendi animo tentes, non expenditur nec eventus, nec cauſa: ſed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim judicat, tibi nihil ad ſcelus defuiſſe praeter fortunam: qua te ſublevari, quod tandem jus ſit? In eventu ſimul & cauſam datam, & animum expendit. Si animum vitioſum comperit, nihil moratur cauſam, quam ſit idonea, putat animum & eventum ad poenam commerendam ſufficere. Sin animo ſimplici data eſt cauſa mali idonea, & non conſequitur eventus: lex quaſi connivet ad id, & non putat ad ſuam cognitionem magnopere pertinere. Sin eventus eſt conſequutus, etiam ſi de animi vitio doceri non poteſt, tamen temeritatis & negligentiæ nomine poenam irrogat: partim propter ſu pectam dantis voluntatem, partim ut haec latebra peccantibus eripiatur, imprudens feci, diſcantque homines vel ſuo periculo cavere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & ſciens certam atque evidentem noxæ cauſam dederit: eum perinde lex cenſet, quaſi facinus manu peregerit. Veluti ſi quis hoſtem opibus copiisque juverit, perinde eſt ac ſi ipſus arma contra ferat. Siquidem id ſuppeditavit, ſine quo bellum geri non poterat. Aut ſi quis inimicum ſuum per dolum navigio ſolutili imponendum curet, ut naufragio intereat, aut in conclave penſili teſtudine inducat, ut ruina opprimatur: aut juxta lectulum aegroti, loco pharmaci venenum ponat, fu-

turum ſperans ut eo hauſto pereat, tametſi non bibit aegrotus, tamen veneficii poſtulari poteſt qui poſuit, propter vicioſam animi voluntatem. Nam vehementer erat probabile id eventurum, quod ille moliebatur. Huic ſi detrahas nocendi voluntatem, nihil illi cum lege rei futurum eſt. Si detracta nocendi voluntate, apponas eventum: non effugiet temeritatis crimen, nisi illum inculpata ignorantia abſolverit. Porro ſi in loco non ad id deſtinato, puta in via publica, aut in fundo alieno, arcu temet exerceas: lex tecum non agit, niſi ſi quem occideris, aut vulneraris, aut ſi cui damnum dederis. Caeterum quod facis, tuo facis periculo. Quod ſi quid horum conſequutum eſt, cum lege tibi res eſt. Neque tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quae culpa temeritatis non vacet. Siquidem in te fuerat praecavere, quod probabiliter poterat praetimeri. Vides quanto diſcrimine diſſita ſint, inter quae tu nihil intereſſe dicebas. Primum non ſtatim imputatur ad praemium, quod ad poenam, idque non a malignitate legum latoris, ſed partim ex ipſa rei natura proficiſcitur, partim a legum officio. Deinde diſcernitur animus, cauſa data dijudicatur: ſpectatur eventus. Age nunc ſi libet, tuam cauſam, qua tuum facinus aeſtimari vis, expendamus. Finge te certam, inevitabilem mortis cauſam tyranno dediſſe, ſed imprudentem, nulla tibi ſit praemii petitio. Quis enim inſciens bene mereri dicitur? Fortibus viris praemia dantur, non fortunatis tantum. Nam evicimus jamdudum, opinor, ne poſthac affirmes te in hoc jugulaſſe filium, ut pater ſibi necem conſciſceret: quod eventurum ne vates quidem quisquam praeſcire poterat, tu nec ſuſpicari. Imo poſteaquam rem plenam diſcriminis, fortunae arbitrio commiſiſti, quia bene ſucceſſit, hoc nomine lex te non poſtulat: at idem ſi male eveniſſet, temeritatis poenas eras debiturus. Neque enim tibi ſuccurreret inculpata ignorantia. Quid enim aeque formidandum erat, quam ne tyrannus, ſimulatque occiſo filio ſe peti inſidiis perſenſiſſet, omnia tyrannidis mala in nos conduplicaret? Jam ut de animo res tibi conſtet, cauſam dediſti non ſolum non idoneam, verumetiam periculoſiſſimam Reip. Vin' hoc tibi argumento evidentiſſimo demonſtrari? Finge te quempiam è civibus vitio occidiſſe: tum extincti patrem id facere, quod modo fecit tyrannus. Utrum tu duplici caedis crimine teneberis, an ſimplici? Simplici opinor. At uxor & mariti mortem imputabit, qui necato filio, ſeni cauſam mortis dederis: atque his ferme tuis argumentis utetur. Indulgentiſſime filium adamabat, in illum omnem familiae curam reclinaverat, illo ſe oblectabat atque haec de privato ſene cum fide dicet, quae tu de tyranno nimis dure (ne dicam ridicule) dicebas. Addet ea te ſciſſe, praeviſſe futurum, ut ille vitam fugeret orbatus filio, in quo uno omnia vitae oblectamenta collocarat. Non tibi defuiſſe jugulandi ſenis voluntatem, ſed hoc tantum egiſſe, ut miſerabilius ſua dextra perimeretur, ut odium tuum plenius miſeri patris malis exſaturares. Ideo juvenem necaſſe, in hunc uſum gladium in vulnere reliquiſſe. Vides quanto ſint haec probabiliora in hoc, quam in tuo negotio: & tamen negabis paternam necem ad te pertinere, atque animi ſuſpicionem cauſae qualitate purgabis. Negabis cauſam idoneam fuiſſe, cur ille ſibimet manus adferret. Te nec praeſcire, nec timere potuiſſe id, quod ſit conſequutum: quod rarum extet exemplum patris, ob filii necem ſponte fugientis è vita. Alioqui futurum fuiſſe, ut & mater ſibi fatum accerſeret: quippe quam impotentius amare ſit conſentaneum, ac minus adverſum dolorem animi viribus valere. Haec non dubitares tibi profutura, ad alterum crimen depellendum, & prodeſſent dubio procul. Atqui quod in maleficiis valet, ne quid imputetur, id multo magis in hac cauſa valet, ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret à voluntatis ſuſpicione, quod cauſas parum idoneas dederis, hic ex cauſis multo minus idoneis propter perſonam tyranni, videri vis non modo quod evenit, fuiſſe ſuſpicatus, verumetiam certum praeſciſſe. Ibi temeritatis poſtulari non poteras, propterea quod tametſi vitio abs te data eſt cauſa, tamen idonea non ſit ad id quod evenit. Imo ipſi tota res imputabitur, & legibus poenas dabit, ſepultura prohibitus, quod civitati citra cauſam idoneam civem unum ademerit. Tibi non niſi unius filii mors imputabitur, etiam ſi mater quoque & filiae & ſorores, & tota tribus hujus necem fuerit imitata. Hic poterat, niſi feliciter eveniſſet: quippe ubi ſummum Reipublicae periculum & verteretur, & praetimeri probabiliter poſſet. Venio nunc ad quartum illud praeſidium, Judices, quod iſte tutiſſimum, ac pene inexpugnabile judicabat: unde ego illum ita deturbabo, ut non ſolum ſit non habiturus, quo tyrannicidii & hujus laudis arcem obtineat: verum vix etiam latebram inventurus, ubi temeritatis ac maleficii poenam effugiat, quo nimirum intelligat, quam non inimice, non curioſe (ut ajebat) ſecum agam: ut quum poſſim in crimen ac poenam vocare, ſat habeam ab honore non promerito ſecludere. Ait ſi tibi deberi praemium, vel hoc uno nomine, quod juvenem occiderit, jam plusquam tyrannum, tum tyrannidis paratum haeredem, etiam ſi hunc eventum Dii non dediſſent, ut ſenex ipſe vitam abrumperet. O deploratam impudentiam! Tu tibi praemium peteres, ſi tyrannum ſuae furiae non eſſent ultae? Dii quidvis potius dederint, quam iſthuc quod tu fingis. Sed tamen fingamus interim oratione, quandoquidem id tuto licet: tametſi ad ſolam mentionem inhorreſcit animus. Tune, inquam, occiſo filio, relicto ſene vivo, tyrannicidae praemium peteres? An potius nec ipſe ſupereſſes, qui poſſis petere: nec eſſet Reſp. quae dare poſſet? Nam tu aut exquiſitis ſuppliciis exanimareris, aut in extremis Orcadis exul deliteſceres: nos pro tyranno jam immaniſſimum carnificem pateremur: & tuum caput, ubicunque terrarum latitares, diris imprecationibus devoveremus, qui nos tua incogitantia, vel praecipiti magis lucri cupiditate in tantam malorum tempeſtatem conjeciſſes. Sed re filius erat tyrannus (inquis) patri praeter inane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audio? Duos igitur haec civitas tyrannos alebat? Nam de patre nemo unquam dubitavit, quin tyranni vocabulum mereretur. Quando autem antehac unquam fando

do auditum eſt, duos una in civitate ſediſſe tyrannos? Id quod magis etiam natura repudiat, quam eodem in corpore gemina capita. In iisdem alvearibus duo ſe reges pariter non ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In iisdem luſtris non convenit duobus inter ſe leonibus: & tyrannus (quo nullum animal efferacius) parem in eadem urbe patitur? Non vides neceſſario fieri, ut è duobus, aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Utrum tu fuiſſe mavis in patre, an in filio? Si juvenis adverſus ſenem obtinebat tyrannidem, quid a Repub. praemium poſtulas? Tyranni partes adjuviſti, non Reipub. Sin patri ceſſit: quid tandem illum vocare potes, niſi tyranni vel praefectum, aut ſatellitem? Quandoquidem ſeniori tyrannicam appellationem ne tu quidem audes detrahere. Verum ut quoquo modo tyrannidem omnem in adoleſcentem oratione derivares, quam multa tu quidem non ex re, ſed pro cauſæ tuæ commoditate comminiſcebaris? Caeterum quam in his confingendis decori, quod in perſonis ſitum eſt, nullam habuiſti rationem? Sic enim (ut memini) inducebas in fabulam ſenem jam aetate mitem, & qui omnem tyrannidis acerbitatem ob ſenectam exuiſſet: non ſecus atque mala, quæ natura acerba, tempore miteſcunt, & in alium abeunt ſuccum. Porro juvenem ferocem, illo incolumi gerentem tyrannidem, jamque patri vivo ſuccedentem. Privatus pater familias non fert filium ſe vivo ſucceſſorem: & tu vis iſthuc credi in tyranno? Ille non ſinit ullum è liberis rem domeſticam ex animi ſui libidine moderari: & tyrannus ſeſe veluti abdicans imperio, negocium omne in adoleſcentem rejecerat? Non dubito, quin & ipſe videris, quam dura ſint iſta, & quam a communi ſenſu abhorrentia. Verum quid faceres, niſi tales perſonas induxiſſes, exitum invenire tragoedia tua non poterat? Quaeſo te, an unquam auditum eſt Tyrannum aetate miteſcere? Quando tu delines ea quæ ſunt privatorum, quæ bonorum principum, tyrannis tribuere? Ut eodem igni cera molleſcit, limus dureſcit: ita aetate plerique redduntur mitiores ac temperantiores, tyrannus magis exaſperatur. Ut tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, ut vinis nonnullis acorem conciliat: itidem tyrannis non adimit ſaevitiam aetas, ſed exaggerat. Vis ipſiſſimam tyrannici ingenii tibi demonſtrem imaginem? Spinam cogita, quæ quo magis ſeneſcit, eo pungit acrius. Echinos cogita, qui quo plus habent aetatis, hoc teſta ſunt aſperiore. Vulgaribus ingeniis fortaſſe nonnulla vitia ſenecta vel detrahit, vel certe mitigat, etiam ſi plura irritat, nonnulla parit. At tyrannorum mentibus ad ſcelus, ad crudelitatem natis, ſcelere & immanitate imbutis atque educatis, praeter vitiorum omnium incrementum adferre ſenecta quid poteſt? Niſi forte libidinem adimit? Quanquam iſta Tyrannidis quantula tandem eſt portio? Sed eſto fuerit ſane propter aetatem ad voluptates ſegnior, verum erat faſtidioſior: unde fit, ut imbecillior ſit ad coitum, ad raptum avidior. Fortaſſe pauciores huic execabantur ephebi, ſed inſigniores. Pauciores producebantur virgines, ſed exquiſitiores. Cur non autem & plures? Videlicet quo ſenile faſtidium optione & varietate vincerat. Hoc ita eſſe, quot ego tibi teſtes citare poſſem, qui quo nobiliores ſunt, quo fortuna praeſtantiores habent liberos, hoc magis eis a flagitioſiſſimi ſenis cupiditate metuebant. An tu putas una cum viribus ſeneſcere libidinem? Multo ſecus habet. Imo quantum aetas improborum hominum facultati detrahit, tantum adjicit cupiditati. Quanquam tyrannicum animum his in rebus non tam voluptatis uſus capit, quam noſtra delectat contumelia. Ut frigeat in ſene tyranno Venus, certe fervet vigetque malitia, ſaevitia, nocendi libido. Poſtremo totum illud vitiorum agmen, quæ propria tyrannorum ſunt, cupiditas, rapacitas, improbitas, impudentia, impietas, iracundia, violentia, impotentia, ſuſpicio, fraus, perfidia, crudelitas, implacabilitas, immanitas, perjurium. (Quid autem oportet omnia commemorare nobis omnibus heu nimium nota?) Horum inquam nullum non aetate fit acerbius, propterea quod juventa nonnunquam naturæ bonitate vincitur: praeterea quaedam mala nondum didicit: at ſenecta, ſi quid pudoris, ſi quid humanitatis, ſi quid melioris ingenii a natura inſitum eſt, id omne multo ac diuturno flagitiorum uſu penitus exuit, & prorſum in immaniſſimam quandam feram abiit. Id ita eveniſſe, Judices, in execratiſſimo illo ſene, quid ego coner argumentis docere, quum ſua cuique memoria abunde ſatis exemplorum ſuppeditet? Quod ſi juvenis ſeſe gerebat inſolentius, videlicet patris abutens imperio: num tu hunc continuo tyranni nomine donabis? Ergo ex eadem tyrannide ſexcentos tyrannos facile reddideris. Nam quis eſt omnino in tyranni familia, vel extremum mancipium, qui non ipſo pene tyranno ſit ferocior, violentior, ſceleratior? Filius, inquis, emolumentis imperii potiebatur: patri praeter nomen nihil ceſſit. Quaſi vero non ſit iſthuc omni tyrannidi commune. Longe minima fructuum pars, qui ſolent ex tyrannide capi, ad ipſum redire tyrannum. Quemadmodum in latrocinio fieri conſuevit: praedæ communiter in omnes diſtribuuntur, vel in eos potius quorum opera capiuntur. Alioqui non cohaerebit cohors illa ſcelerata: niſi dux ille, quisquis fuerit, plus etiam permittat ſuis, quam ſibi ipſi. Solum nomen ſibi proprie vendicat. Et in nullos eſt tyrannus indulgentior, quam in ſcelerum miniſtros: quippe quorum opera ſentiat ſuum imperium contineri. Proinde ſub unius umbra ſatelles omnis, omnis miniſter, familiaris, leno, tyrannidem quandam in cives exercet. Ridicule fecero, ſi hoc quoque coner argumentatione probare, Judices. Vidimus, ſenſimus, experti ſumus, niſi forte tam diutinae calamitatis memoriam tam pauculi dies obliteraverunt. Neque enim eſſet res usqueadeo miſero tyrannis, ſi unius modo foret toleranda violentia. Quot ferendi latrones, quot ſacrilegi, quot ex extrema barbarie advenæ, feris quam hominibus ſimiliores? Neque deſunt, qui ſe ſimulent apud tyrannum ſceleribus ſuis gratiam promeritos eſſe: quo nimirum hoc nomine metuantur a civibus. Horum igitur unumquemlibet tyrannum appellabis, & pro quolibet occiſo tyrannicidae praemium petes? Non in tantum omnem exues pudorem, opinor. Sed pater aetate feſſus, omnem dominatum

in filium transtulerat, quicquid tyrannicum in urbe gerebatur, id juvenis violentia committebatur. Sed isthuc quantum absit ab imagine veri, quis tam caecus, ut non videat? Quis tam oblivioſus, ut non poſſit experimento refellere? Ego tibi complures nominare ſatellites poſſum filio inſolentiores. Ad haec, veriſimillimum eſt nullius inſolentiam minus approbaſſe ſenem quam filii, vel quod odit omnem tyrannidis affectatorem omnis tyrannus, vel quod intelligit ex illius facinoribus longe plus invidiæ odiique ſibi conflari (Calliditſimi autem tyranni eſt, eatenus legitimum imitari regnum, quatenus obtineri tyrannis poſſit) vel quod pater etiam peſſimus, tamen liberorum nonnihil offenditur vitiis, & ad crudelitatis miniſteria alienis quam ſuis uti mavult. Quod ſi clam patre rapinas, raptus, atque id genus facinora deſignabat filius, profecto non tyrannum agebat, ſed inſolentem ſatellitem. Sin approbante patre, quaſique per illum exercente tyrannidem, utri tandem par erat imputari commiſſa, huic per quem gerebantur, an ei cujus authoritate arbitrioque fiebant? Non arbitror obſcurum, quin huic cui in manu erat nutu ne fierent vetare. Quid autem non agunt per alios tyranni? Nam ipſi quidem neque pueros emaſculant, neque virgines abripiunt, neque proſcribunt, neque bona diripiunt, neque fana diſpoliant, neque haereditatibus manum injiciunt, neque compilant aerarium, neque tormentis excruciant, neque quenquam jugulant, neque armis vicos expugnant: neque incendunt villas. Totum hunc tyrannicum ludum per miniſtros exercent. In unum tamen tyrannici nominis invidia competit, in unum occidendum lex praemium inſtituit, in unum ſtringendi ferri jus facit, illos ſuæ cognitioni reſervat. Quorum ut quisque ſua opera tyranno profuit, ita aliud atque aliud vocabulum imponi poteſt, certe tyranni vocabulum nemini congruit, niſi uni illi, ſub cujus veluti clypeo, tota illa perniciosiſſimorum hominum colluvies latitat. Arbitror vobis, Judices, ſaepenumero auditum eſſe, id quod eleganter a doctiſſimis viris eſt ſcriptum, tyrannis non longas modo, verumetiam plurimas eſſe manus, plurimos oculos, eosque acerrimos, plurimas aures, easque longiſſimas. Omnino prodigioſum quoddam eſt animal tyrannus, multoque Titanibus illis Briareo & Encelado portentoſius, centenis capitibus, centenis linguis, centenis manibus, pedibusque. Quot enim habet ſcelerum miniſtros, totidem habere membra videtur. Atque ut ex membris corpus, ita tyrannis ex hujusmodi conſtat miniſtris. Verum ut illud quod corpus appellatur, nihil eſt aliud, quam quiddam omnibus ex membris aggregatum, ita in tyrannide unum quippiam eſt, quod neque pes ſit, neque manus, neque ullum aliud membrum, contineat autem univerſa: at ita contineat, ut ab iis poſſit ſeparari, idque tyrannus vocatur. Proinde exaggera quantumlibet juvenis inſolentiam, violentiamque, praefectum arcis voces licebit, oculum nomines licebit, aut ſi mavis dextram: aut ſi ne id quidem ſatis, praecipuum tyranni caput dicas licebit: tyrannum certe vocare nequaquam potes. Unum enim illud portentum tyranni nomine cenſet, cujus authoritate tituloque cuncta haec membra velut animantur: idque unum forti civi permittit occidere. Non vult in te oculum aliquem involare, non ſinit ut caput aliquod amputes, ne tale quiddam eveniat, quod de Lernaea hydra fabulantur poëtae, ut pro uno capite reſecto, duo peſtilentiora ſubnaſcantur: pro uno excuſſo oculo, plures acriores ſuccedant: pro una reſciſſa dextera, multae robuſtiores ſubpullulent: unius vitæ te dominum arbitrumque conſtituit, qui ſibi ſit auſus tyranni vindicare nomen: quo ſublato futurum ſit ut membra reliqua quaſi deſtituta ſpiritu, emoriantur, aut certe ſanentur. At quid ego tecum jam accuratis argumentationibus ago? Poſſum illico tuis te verbis revincere, ac veluti tuo te laqueo capere. Juvenem paulo ante magnum patris ſatellitem nominabas. Non inficiabere. Rurſum alio loco dicebas omnem tyrannidem occupaſſe filium: ſolius appellationis honorem ceſſiſſe. Qui convenit eundem & ſatellitem & tyrannum appellari? Tum ſi ceſſit, non igitur uſurpavit tyranni nomen. Contractus autem verbis aut rati ſunt, aut reſcinduntur. Lex hac tecum formula contraxit, ſi quis tyrannum occiderit, praemium ferat. Quid tu mihi juvenis flagitia commemoras? Id te lex voluit occidere, quodcumque illud eſſet animal, quod tyrannus diceretur. Magnum (ut ipſe fateris) ſatellitem occidiſti, non tyrannum: quid tibi cum lege rei eſt? At rem, inquis, legis ſequutus ſum, non ſyllabas: eum interfeci, qui caput erat tyrannidis, paratus haeres paterni dominatus: libertatem peperi, ſervitutem ſuſtuli: hoc lex ſenſit, hujus rei authori praemium praeſtituit. Satellitem, inquam, occidiſti, nihil miror quantum, quam gravem, quam ferocem, quam ſceleſtum: ſatellitem tantum occidiſti tyrannidis, non caput: aut ſi caput, unum è pluribus. Sed haec omnia tibi ex animi ſententia largiamur: fuerit ſane res tota tyrannidis filius: pater nihil niſi vocabulum quoddam inane tyranni: quemadmodum in fabulis habetur, Echo nympham nihil aliud quam meram quandam fuiſſe vocem ſine corpore. Qui tibi licuit in re tanta a verbis legis diſcedere? Praeſertim ita dilucidis, ut perſpicuum magis nihil eſſe poſſit, & commentitiam interpretationem domi tuæ natam in judicium adferre? Ego, Judices, nullum in Remp. exemplum perniciosius induci poſſe judico, quam ſi conſueſcant homines calumnioſi a praeſcripto legum recedere: & interpretamento, quod ad praetexendum facinus quisque ſuum maxime idoneum comminiſci queat, id Judicibus objicere. Quis autem unquam meminit de legis ſententia quaeri ſolere, niſi quum in ſcripto quiddam apparet ambigue obſcureve dictum: aut quum ex verbis & eventu abſurditas quaepiam extitit, eaque manifeſta? In priore non cujusvis commentum, ſed juris prudentium reſponſa, ſed Judicum ſententia recipi ſolet. In hoc poſteriore neceſſitas ipſa compellit alliquantisper a legis vocibus deflectere: & aequitatem juris potius, quam verba ſpectare. Duplex itaque periculum videtis, Judices: alterum ne ſuperſtitioſa cavillatione literarum legis ab eo quod lex ſpectavit abducamur: alterum ne paſſim a praeſcripto diſcedendo, leges omneis & judiciorum

rum religionem ſubvertamus. Quorum illud quidem multo levius eſt: propterea quod vix unquam accidat, ut legiſlator obſcure quid voluerit, explicuerit: aut abſurdum quiddam exoriatur. Hoc multo periculoſiſſimum, perniciofiſſimumque. Etenim quæ tandem lex futura eſt, quam verſutus calumniator, quo poenam effugiat, non facile poſſit aliquo commento ſubvertere? Neque quisquam non elabetur è judicio veſtro nocens, niſi qui ſit usque adeo nullius ingenii, ut ne frivolam quidem aliquam commentiunculam queat invenire. Atque ut cuique commodum erit, aut animi libido feret: ita pro ſene juvenem, pro tyranno ſatellitem, pro homicidio tyrannicidium: & paſſim aliud pro alio interpretabitur. Veſtra interim, Judices, religio, veſtrum jusjurandum, qua tandem ratione ſervabitur? quibus nihil futurum eſt certi, quod in cognoſcendo ſequamini: verum ambiguas diverſasque litigatorum conjecturas ſpectare neceſſum erit? Ergo quum in omni cauſa maximopere cavendum eſt, ne ſine graviſſima ratione a legis praeſcripto diſcedatur: tum in hac non periculoſum modo, verum etiam abſurdiſſimum: quum legis verbis nihil poſſit eſſe dilucidius: ſententia nihil aequius: interpretamento quod praeter legis mentem inducitur, nihil peſtilentius. An credimus legis hujus autorem usque adeo infantem, & verborum inopem fuiſſe, ut dicere non potuerit: qui quovis modo Tyrannidem ſuſtulerit, huic praemium eſt, ſi modo iſtuc ſentiſſet? Neque vero fugit illum, totam tyrannidem per ſatellites & praefectos exerceri ſolere, permultosque in his eſſe vel Tyrannis ipſis ſceleratiores: atque, ut ita dixerim, Tyrannicos magis, & omnino ſupplicio digniores: niſi & omnium omnia miniſtrorum ſcelera Tyranno imputarentur. In unum tamen illum, qui hoc nomine cenſetur, tibi ferro graſſandi facultas data eſt. In reliquos non tibi permittitur idem: non quod illos vita dignos judicet lex, ſed quod unius caede totam tyrannidem tolli velit, non multorum caede reddi duriorem. Tuum erat legi ſimpliciter parere: neque ejus verba quaſi plumbeam quandam regulam ad tuum facinus accommodare, verum ad illius praeſcriptum factorum tuorum rationem inſtituere. Praeſertim in hoc exemplo, quo non aliud poteſt admitti peſtilentius, ut ex legis arbitraria interpretatione, quem velis, interficiendi tibi pro tua libidine licentiam ſumas. Non illud hic ſpectandum, judices, quam inviſus Reip. ſit, qui occiſus eſt, quam majore etiam ſupplicio dignus: verum id etſam atque etiam perpendere oportet, exemplum praeter leges jugulandi homines, ſemel in civitatem receptum, ſemel veſtris ſententiis approbatum, denique praemio compenſatum, quo tandem licentiae ſit proceſſurum. Quod iſte ſibi in tyranni filium licere voluit, hoc alius ſibi volet in ditiſſimum quemque civium licere: Quisquis pauper a locuplete contumelia afficietur, protinus tyrannum eum appellabit, & veneno aut ferro adorietur. Poſtremo ſi cui magiſtratus non placebit, ſi cui judex erit inviſus, non dubitabit è medio tollere. Porro ad facinoris defenſionem, Sophiſtam quempiam aut ſycophantam conſulet (ſi ipſe ingenio ſtupidiore fuerit), & novam legis interpretationem vobis adducet: dicet nil aliud ſenſiſſe legiſlatorem, quam ut hujusmodi civium genus non nomine, ſed re tyrannidem agentium, ferro, igni, veneno tollatur è medio. Atque ita brevi futurum eſt, ut quod in uno factum ſemel & probavimus, & gaviſi ſumus: id in multis ſaepius & doceamus, & improbemus. Credite mihi, non mediocre diſcrimen neque convenienter accipiendum, ut titulo reperto, privatus hominem indemnatum interficiat. Id ita eſſe facile liquebit, ſiquidem animadvertimus, nihil omnium eſſe, quod lex parcius circumſpectiusque permiſerit. Etenim (ſi memini) tribus duntaxat temporibus lex indulſit, ut quis citra judicium hominem occidat. Primum adulterum, ſed in uxore deprehenſum: id quod intemperanti & inſuperabili mariti dolori donatum eſt. At ita, ſi corpus utrumque pariter interimat, ſi argumentis idoneis deprehenſum fuiſſe doceat. Deinde in vi depellenda. At ita ſi demonſtres te mortem effugere nequiiſſe, niſi mortem intuliſſes: id lex ita interpretatur, quaſi ſeſe tueri potius ſit iſtuc, quam alium occidere. Uterque tamen facti ſui rationem reddere compellitur, ſtatim ſeſe prodere, nec expectare donec in jus trahatur: atque (ut ita dicam) ultro ſemet reum facere cogitur. Quod ſi omnia conſtabunt argumenta: ita demum a lege dimittitur, ut venia, non laude dignus eſſe videatur. Poſtremo in tyrannicidio: ubi propter periculi ſuſcepti magnitudinem lex praemium quoque proponit: at ita, ſi eum quem tibi lex iſto velut inſigni tyrannici nominis denotavit, fortiter occideris: non ſi ſceleſtum alio ſcelere ſuſtuleris: neque patietur te jus occidendi permiſſum, latius quam ad unicum tyranni caput trahere, niſi ſi quis obſiſtat, ut per illius necem tibi neceſſe ſit ad illum penetrare. Jamque hoc factum tuum ſecunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortaſſe proxima videatur hoſtem in bello feriendi facultas: quam tuae tamen libidini lex non permiſit. Niſi palam hoſtis ſit declaratus, niſi in Imperatoris verba juraris, niſi ille aciem eduxerit, niſi ſigna canere juſſerit, tibi fraudi futurum eſt, hoſtem interfeciſſe. Tu dicturus es: Hoſtem occidi, nam plus quam hoſtilia faciebat, nomen hoſtis tantum aberat, re hoſtem agebat. Lex reſpondebit, ſuarum partium fuiſſe, hoſtem declarare, ac tuo fortaſſe ſcelere fruetur: verum ne ſerpat exemplum, poenas de te ſumet. Quid autem aliud abs te factum eſt? Unum tibi lex nominatim deſignaverat: tu illius vocabulum tuapte authoritate in alium transfers, quod niſi in unum non poteſt competere: neque traduci debet ab eo cui lex attribuerit, ne tibi fas ſit aliquando quemvoles magiſtratum, quem voles, Judicem, quemvoles civem, tyrannum appellare. Neque vero ſine graviſſimis cauſis lex tot vinculis aſtrinxit hanc invitam alterius licentiam. Perpendit nihil majus eripi cuipiam poſſe, quam vitam: vidit in extinctum facile varias cauſas confingi etiam impune poſſe, quandoquidem ille non ſit refutaturus, qui jacet. Videt quam multis titulis ſuum quisque dolorem poſſet praetexere, ſi poſt occiſum hominem ulla cauſa recipiatur, praeter eas quae legibus ſint expreſſae. Quid quod gravatim ſibi quoque lex permiſiſſe videtur,

tur, ut homini vitam eripiat? Quam comperta, quam multa requirit argumenta, quam multa concedit reo, quam maligne agit cum actore, quem non nisi suo periculo vult accusare: quantum spatii largitur ei qui defertur: quam liberam Judicum rejectionem. Quantum igitur a mente legis abesse putes, ut cuilibet permittat, vel pro suo privato dolore, vel domestica juris interpretatione, hoc est, subversione in cujusquam vitam grassari? Neque ad rem pertinet, quantum criminum acervum exaggeres, quantumvis etiam verorum, addo notorum: dicas parricidam, sacrilegum, incestum, proditorem, peculatorem, veneficum interfeci. Tyrannum lex jubet occidi. Atqui hic unus multis tyrannis erat sceleratior, pestilentiorque civitati. Ad illa tam multa crimina lex tibi verbo respondebit: nihil moror quam fuerit sceleratus, qui perit? In unum tyrannum tibi jus feceram occidendi, in reliquos in jus trahendi. Si detulisses: auditus, revictus, damnatus a me palam poenas dedisset, omnique Reip. salubri exemplo fuisses. Nunc tu privata libidine interficiens, pro saluberrimo exemplo perniciosissimum in civitatem induxisti, & legum instaurationem a legis violatione auspicaris: hoc est, malis malo mederi studes. An me clam esse putas: quam multi sint in hac turba vita indigni, morte dignissimi? At eos meæ cognitioni, non tuis manibus servo: sunt fora, sunt tribunalia, sunt Judices, sunt carceres, secures, carnifices. Cur tu mihi praeire conaris? Cur nullo mandante magistratum occupas? Et dum Tyrannicida videri vis, tyrannum imitaris? Nam quo alio nomine tantopere mihi est invisus ille, nisi quod mihi parere recusat, & praeire conatur? Ei demum ferrum tractare licebit, cujus manibus ego permisero. Si juvenem occidisses, quod non alia patuisset ad tyrannum via, darem veniam necessitati: nunc occidisti, non obsistentem, non auxilium ferentem patri, sed patris opem implorantem. Hujus unius caede contentus discessisti, tyrannum nec impetisti, in quem unum tibi jus feceram. Meum erat expendere, utrum ex usu Reipub. fuerit, an juvenis occideretur: malueram illum exquisitioribus excruciatum suppliciis, exemplum omnibus edere. Neque haec dico, Judices, quasi parum gaudeam pariter cum patre sublatum filium: utinam eadem opera simul omnes sint oppressi, quibuscumque tyrannus placet. Sed quis prohibet, simul & gaudere, quod deorum bonitas nobis hanc rem bene verterit, & tamen non comittere, ut hujus temeritas, si judicio comprobetur, in legem atque in exemplum trahatur? Nec de juvenis injuria vindicanda nunc agitur, sed de legis violatæ majestate. Non enim par est, ut cuiquam personæ praeter jus extincti odium in scelere suffragetur. Neque tam spectandum in quem commissum sit facinus, quam quo exemplo commissum. Alioqui cur non eadem opera fas sit in tyranni nepotes, pallacas, pueros, uxores, liberos, lenones grassari? Bonam tyrannidis partem uxor saepenumero suggerit. Ad summam immanitatem nonnunquam libertus aliquis, aut vernula instigat: cur non & hos jugulas, si tibi jus est aestimatione privata meritorum civem jugulare? Quid quod est aliquid tyranno nocentius, in quod tamen haudquaquam tibi jus sit occidendi? Finge esse qui totam hanc urbem, templa, domos, curiam conatus sit incendere, imo qui jam compluribus locis ignem subjecerit, sed incendium subito exorto imbri restinctum: authorem non obscurum, verum abditum latitare. Eum forte fortuna repertum, manu tua trucidas. Num lex tuum factum approbabit? Non opinor. Atqui tyranno ille quanto erat nocentior? Tanto nimirum, quanto est atrocius civitatem semel funditus evertere, quam expilare: cives universos uno igni finire, quam in pauca quaedam saevire capita. Et tamen in unum tyrannum stringendi ferri potestas privatim permittitur. Illum deferendi modo jus habes. Hic in re tam aperta legis mentem calumniari, & novo interpretamento tuum facinus palliare, quid tandem aliud est, quam legum authoritatem evertere, atque id per cuniculos quosdam agere, quod tyrannus palam ac vi facere consuevit? In recipienda lege fas est populo causam aequitatemque legis excutere. Caeterum receptæ, & longo jam usu comprobatæ, simpliciter oportet obtemperare. Neque enim existimandum est majores illos nostros, viros sine controversia sapientissimos, ita sine gravissimis rationibus instituisse, ut privatim interficiendi Tyranni facultas unico capite finiretur. Primum ad jugulandi licentiam fenestram aperiendam civibus non putaverunt: deinde perspiciebant, tyrannidem fatale quoddam esse Reip. malum, quod minore noxa toleraretur, quam male exagitaretur: neque posse semel tolli, nisi ipsius caede. Quo submoto, videlicet qui legibus imperabat, non parebat, jam nihil opus esse privata audacia, nimirum illis in reip. administrationem vindicatis. Quod si tyrannus in jus vocari potuisset, ne hunc quidem tuæ dextræ arbitrio permisisset. Videbant & illud: tyrannidem nonnullam habere monarchiæ legitimæ speciem: hoc tantum interesse, quod in monarchia populus regi paret, rex legibus: in tyrannide omnia unius libidini subjecta sunt. Rex publicam spectat utilitatem, tyrannus privatim suam: unde publicitus expedit, ut tyranno veluti principi legitimo civitas pareat, donec idoneus aliquis vindex extiterit, qui legum authoritatem in pristinum statuam restituat, atque id unius (si fieri potest) capitis jactura. Nam hac moderatione in fatalibus illis pestibus, quæ totum Reip. quasi corpus corripiunt, legum prudentia consuevit uti: ut exemplo magis, quam admissi talione, morbo medeatur: ne dum civitatem sanare studet, magnam civitatis partem interimat. Hinc est quod in seditionibus publicis non nisi in ipsos authores consuevit animadverti, reliquis quos tempestas illa commoverat, dari venia: aut vix etiam dari venia, qui in publico Reip. tumultu quietem egissent. Quæ potest autem pestis esse fatalior, quam tyrannis? Quæ sese latius in civitatis membra diffundit? Quota quaeque urbis pars ab hoc vitio syncera potest esse? Omitto jam quicquid est ambitiosorum, aere alieno obstrictorum, scelere contaminatorum, barbarorum (nam haec tota scutina hominum tyrannide gaudet. ut in qua nullis majora, quam sceleratis sint praemia) bonos etiam cives hoc malum involvit, dum vel timent fortunis suis,

vel

vel rectum judicant ſervire tempori. In hoc itaque rerum ſtatu leges non extinctæ, ſed oppreſſæ modo, cautim & circumſpicienter agunt: intelligunt hoc ulcus citra ſummam civitatis perniciem exaſperari non poſſe, unius capitis diſpendio commode ſanari poſſe. Quare docto cuipiam medico praemium oſtendunt, digito demonſtrant, quod membrum ſecari velint, quibus abſtineri. Caput indicarunt illæ, tu dextram ſecuiſti. Illæ tyrannum, tu tyranni ſatellitem occidiſti. Quo praemio dignus? Nempe eo quo qui morbo inſcite exagitato, totum hominem in extremum vitæ diſcrimen adducat, quo qui hominem legibus verantibus occidat. Neque ego nunc te caedis reum ago, aget alius fortaſſis, cuicumque lubitum erit: verum illud modo conſilium fuit, oſtendere tibi quam inſignitæ ſit impudentiæ, in ea cauſa tam eximiam tibi vendicare laudem, tam egregia poſcere praemia, in qua nequeas obtinere, ſi modo tecum exactius ac ſeverius agatur, ut graveis poenas effugias. I nunc & curioſum me voca: qui tam candide, tamque civiliter tecum agam: ut quum te poſſim in grave diſcrimen vocare, ſat habeam legis & Reipub. cauſam defendere, ne circumventa praemium dare cogatur ei, qui nihil boni ſit promeritus. Id quod non judicibus modo (quibus iſtuc jam dudum liquere puto) verum tibi etiam ipſi cupio perſuadere: & facturum me confido, ſi modo tantiſper animum potiis attendere. Vin' igitur, ut quemadmodum tu facicbas, itidem & nos ſummatim totam cauſſam ob oculos revocemus? Diſpiciamusque quam multa tuo in facto deſiderentur ad id, ut legi ſatisfeceris: & quantum tu ſis hallucinatus, quum multa diceres etiam ſupereſſe? Tria quaedam requirit lex, & ita requirit, ut ſi quodlibet horum deſit, aut poenam te, aut certe nihil gratiæ debere ſe credat. Quorum ego non unum aliquod, ſed unumquodque deeſſe docebo. Quod ſi facio, utrum æquo animo cedes praemio, an impudenter petere pertiſtes? Ergo rem accipe. Niſi tria haec tibi conſtiterint, non eſt quod tyrannicidæ praemium petas: Animus, via, & effectus. Animus duo quaedam complectitur, vel quid ſperaris, vel quid propoſueris. Nam ſi tyrannum per imprudentiam occidiſſes, ſi praeter propoſitum, non magis profecto praemium tibi debeatur, quam ſi quis tyranno amiciſſimus idem feciſſet, nam idem potuit accidere. Tu porro quid propoſiti in arcem attuleris, ipſe videris: ita demum legi perſuaſum erit, te voluiſſe occidere tyrannum, ſi occideris. Non occidiſti, atque id etiam quum tibi in manu fuerit (ut ais) ſi libuiſſet interficere. Lex negat ſua referre, utrum tyrannicidii propoſitum in arcem non attuleris, an allatum repente mutaris. Jam quid ſperaris, excutiamus. Quamquam iſthuc leges non ita valde curioſe penſiculantur: ſed tamen in tam abſoluto facinore partes omneis conſtare oportet. Quid enim ſi tyrannum interfeciſſes, quo tyrannidem ipſe occupares, utrum praemium ſperares? an ſupplicium metueres? Quid ſi quo privatum animi tui dolorem ulciſcereris, tyrannum occidiſſes, atque id eſſet palam, num praemium auderes poſcere? Quid, ſi latrones tyrannum forte fortuna obvium obtruncaſſent, num ad hunc honorem aſpirarent? Quid ſi quis tyranno privatim infenſus, magna te pecunia conduxiſſet, quo ei tyranno venenum dares, dediſſesque, num quaeſo, tyrannicidæ praemium poſtulares? Ego hic tecum non ago conjecturis: nihil dico in vitam tuam, quæ quidem obſcurior eſt, quam ut tu, alioqui tam glorioſus, quicquam de ea auſus fueris dicere: illud unum affirmare non dubitem, qui tyrannum, quum tuto licuerit, non occidit, plane noluit occidere. Qui eum occiderit, cujus mors extremum exitium Reip. videretur allatura, potius quam ullam commoditatem: is aut privatum dolorem ulciſci voluit, non libertatem publicam vindicare, aut emolumentum ſuum ſequutus eſt Reip. periculo, non ſuo periculo Reip. ſtuduit prodeſſe. Poſtremo non poteſt niſi gloriæ jejunio adductus videri, qui tam inſolenter ſe jactat. Non poteſt non videri lucrum ſequutus, qui tam improbe praemium flagitat. An non vides igitur quantopere hac parte a tota legis mente diſſentias? quem illa tuæ vitæ periculo ſua cauſa voluit occidere, eum tu non ſolum volens praeteriſti, verum etiam periculoſe in Remp. irritaſti: quem ſua cauſa noluit occidi, eum tu maximo noſtro periculo tui compendii, aut animi fortaſſe gratia jugulaſti. Sed finge te animum tyrannicida dignum ad facinus attuliſſe, lucri perinde ut vitæ contemptorem: magni tamen refert, qua ratione tyrannidem tollere aggrediaris. Jam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior, quæ tamen nemo alius tibi conceſſurus eſt. Te in filio jugulaſſe patrem, in non tyranno tyrannum. Largior iſtuc Delium aliquem tibi praedixiſſe, ut certum praeſcire potueris, quod ipſe etiam vix divinare Delius potuerit. Licuiſſe tibi patrem occidere, ſi libuiſſet, verum hoc poenæ genus tibi magis placuiſſe. Suſtuleris ſane tyrannidem, idque nova quadam & inuſitata ratione. Vides quam multa tibi dono. Tamen obſiſtam tibi, nec ſinam ferre praemium, propterea quod ea via ſuſtuleris, quæ legi non probatur, quæ non expediat moribus civitatis, quæ non ſit forti viro digna. Age quid ſi tyranni filium infantem in cunis jugulaſſes, & rurſum adfuiſſet Delius ille, per quem certum praeſcire poſſes, fore ut necato puero pater ſibi mortem accerſeret, atque id eveniſſet, utrum te tanquam tyrannicidam ſuſpiceret Reſpub. an potius tanquam immanem & ferum hominem execraretur, qui in eam ſaevieris ætatem, cui etiam ab hoſte armato parcitur, quæ leonibus etiam miſeranda videatur? Quin ergo? Utetur tuo maleficio Reſpub. caeterum exemplum haudquaquam probabit. Quid ſi tyranni uxorem: quam ille miſere deamaret, per vim conſtupaſſes, atque ille ejus impatiens contumeliæ, fugerit è vita: utrum tyrannicidii laudem flagitabis, an raptus & adulterii ſupplicium potius formidabis? Res obſcura non eſt, Conferam tuo facto propiora. Quid ſi tyranni medicus quum eſſes, veneno ægrotanti dato, illum ſuſtuliſſes, utrum ut veneficum oderit te Reſp. an ut virum fortem admirabitur? Tyrannum ſublatum gaudebit, facti rationem, modumque deteſtabitur. Quid ſi quum te tyrannus familiariter uteretur, tu in convivio praetextu neceſſitudinis venenum porrigeres? Denique ſi per magicas imagines ac maleficas quasdam devotiones tyranno vitam ademiſſes: utrum a lege praemium, an poenam expectares? Atqui tyrannidem utcum-

cumque ſuſtuliſti. Eventu gaudet lex. Verum exemplum tam perniciosum in Rempub. non recipit : ut conſueſcant cives ſcelus ulciſci ſcelere, patrem in filio jugulare. Vides quantum momenti ſit in modo, viaque, ut factum tuum approbetur? Quod lex permittit ut fiat, non ſtatim permittit, ut id via qualibet efficias. Adulterum ferro occidere licet, veneno aut incantamentis non licet. Cur ita? Quia peſtilens exemplum omnino tractare venena. Nec id ulla cauſa quantumvis honeſta, ſinit in civitatem irrepere. Quid quod ne hoſtem quidem veneno, aut malis artibus interficere fas eſt? Nam nusquam non improbat maleficia lex : & veneno tincta tela etiam in bellis interdicta ſunt. Quod ſi modus facti ſpectatur in his, in quibus nullum petitur praemium, quanto magis id fiet in his, in quibus ſummum petitur? Lex triumphum ſtatuit ei, qui certum hoſtium numerum fuderit. Fuderit aliquis non acie, ſed aquis & pabulo veneno tinctis. Utrum cives hunc æquis oculis ſpectare poterunt triumphantem, an potius ſicuti veneficum oderint, averſabuntur, execrabuntur? Quid quod privatis etiam in rebus via, modusque perpenditur : quo magis idem oportebit, tum in publico, tum in ſplendidiſſimo facinore, ut a quo conveniat omnem ſceleris ſuſpicionem abeſſe? Age illud tecum reputa, ſi medico mercedem pactus eſſes, quo te morbo levaret, atque ille non pharmacis ſed maleficiis & incantamentis morbum exemiſſet, utrum praemium dabis, an magis hominem in jus trahes? Injuriæ malis artibus datæ reum ages? Clamabit ille, morbo te levavi, qua via? quid iſtuc tua refert? Hoc tantum ſpectabas, ut morbo liber eſſes, ei rei merces eſt promiſſa. Ingratum te vocabit, qui, niſi ſua opera, ne eſſes quidem, qui praemium negare poſſes. Tu protinus reſpondebis, opinor, medico te praemium eſſe pollicitum, non mago, neque debere quicquam niſi rem malam ei qui beneficium male dederit, quamquam ne dediſſe quidem videtur, qui malum malo tollit. Id enim mutare eſt incommodum, non amovere. Dices enim animo nocitum, dum corpori ſubvenitur. Atque iſtam litem vinces, etiam iniquo judice. Atqui eadem, aut melior etiam, & vincibilior eſt tecum cauſa legi, quam quæ tibi futura fuerit cum medico. Nam ibi de privata mercedula diſceptaretur: hic de publico honore. Ibi fallus eſt unus, hic legi fraus facta, per quam cautum oportuit, ne quisquam civium circumveniatur. Ibi ſalus data, certa quidem & efficaci, ſed ſuſpecta & improbata via : hic nefario ſcelere (cur enim non ſic appelletur homicidium, quod in civem contra legem admiſſum ſit?) non libertas reſtituta, ſed in extremum diſcrimen adducta Reſpublica, quandoquidem tuum factum perinde habet, ac ſi medicus quispiam ad curam mercede conductus, venenum pro remedio miniſtret: quod tamen ægrotanti (ita ut non raro conſuevit accidere) per occaſionem morbum adimat. Qui revaluit, ſuis fatis acceptum feret quod vivat. tibi mortem, tametſi vitarit, imputabit. Neque ſua referre putabit, utrum imperitia, an perperam, ac ſtudioſe pro pharmaco venenum porrexeris : propterea quod tui fuerat officii : aut non ſuſcipere negocium, ut fidem ſimul, & artem, & induſtriam, ac diligentiam, & quicquid a probato artifice ſolet requiri, ad curam adferre. Sed age, ſinimus adhuc poſſidere te quod dudum ſumus largiti : ut plane iſta via tyrannum occideris, citra ullum Reipub. diſcrimen. Lex non approbabit facinus tuum : niſi non tantum a crimine, verum etiam ab omni criminis ſpecie procul abfuerit : ne videlicet ea quæ in hoc potiſſimum adhibita eſt in civitatem, ut maleficium omne ſecludat, incolumitatem ſuam quam conveniebat, aut Deo cuipiam, aut certe Diis ſimillimo homini acceptam referri, ſceleri debere dicatur. Non approbabit, inquam, niſi Tyrannum ipſum quem nominatim indicavit ipſa, quaque permittit via ſuſtuleris: ne per rimam iſtam periculoſum exemplum in Remp. irrepat. Poſtremo non niſi ferro, non clancularis ac maleficis artibus: niſi virtute, niſi manu, niſi vitæ tuæ manifeſto contemptu tyrannum trucidaris. Neque enim hoc tantum ſpectat lex, ut Tyrannus in præſens ſubmoveatur : verum illud multo magis reſpicit : ut omnes mortales intelligant in ea civitate viros eſſe fortes, qui non vereantur vitæ ſuæ diſpendio patriæ commodis conſulere : ac praeclari exemplo facinoris, omnes etiam in poſterum ab affectatione tyrannidis deterreantur : cum videant in ea civitate nullum eſſe tyrannis ſatis tutum præſidium : quandoquidem illud nemo neſcit, qui vitæ ſuæ ſit contemptor, eum eſſe alienæ vitæ dominum. Nam quod omnino ſatellitium, quæ excubiæ, qui parietes, quæ arx, quæ arma adverſus hujusmodi animum Tyranni caput defendant : qui patriæ libertatem ſua vita bene credat emi? Poſtremo autem : ut maxime tibi conſtet animus, ut conſtet via, id quod eſt totius negotii caput, non effeciſti. Tantum enim abeſt ut tyrannum occideris: ut quantum in te fuit, tyrannidem majorem in modum auxeris, interfecto tyranni filio. Quid autem refert, malitia, an ſtultitia Remp. in diſcrimen adduxeris? Nam illo quod vulgo dicunt nihil verius: Intempeſtivam benevolentiam nihil a ſimultate differre. Tantum abeſt ut occideris tyrannum: ut ne ſuſpicari quidem potueris id eventurum, ut ipſe ſemet occideret. Sed juvenem occidiſti patre insolentiorem: quid tum poſtea, ſi patri & hujus ſcelera lex imputat? Magnum proinde tyranni ſatellitem, non Tyrannum occidiſti. Sed paratum tyrannidis haeredem occidiſti : in tyrannidem ſuccedit, qui prior, qui potior eſt in occupando. Verum eſto ſane, certum haeredem ſuſtuleris : igitur qui tyrannus erat futurus, interemiſti. Atqui quod futurum eſt, id nondum eſt. Porro lex eum qui jam tyrannus ſit, tolli jubet: non quem aliquando futurum divines. An qui ſtatuam ex pacto debeat, & rudem truncum praeſtiterit, fidem perſolviſſe videatur? Non arbitrabor. Ubi nunc igitur ſunt illa tam multa, quæ tibi ad praemium poſtulandum ſupererant? Vides quam ne unum quidem omnium tibi conſtet, quorum nihil oportebat deeſſe. Volui, inquis: id demum voluiſſe te lex credit, quod effeceris. Poſtea è re nata propoſitum eſt commutatum. Hoc igitur praemii tibi debetur, quod ei, qui in Olympiis medio è curſu, relicta meta, ad carceres reflectit habenas. At periclitatus es. Proinde id laudis auferes, quod is qui ſudavit in Olympiis, nec vicit. Sed occidiſti denique:

verum eum, quem neque lex permittebat arbitrio tuo, neque ex uſu publico fuerat occidi. At bene vertit civitati, quod feciſti. Numini igitur gratia debetur, tali, qualem Palladem Atticis fuiſſe ferunt: de qua proverbium extat: quod Athenienſium male conſulta in bonum exitum vertere conſuevit. Non tu leges ſervaſti, ſed ſuſtuliſti: non libertatem reſtituiſti, ſed numen aliquod huic urbi propitium, quod eventum tuæ temeritati debitum, ſua commoditate a nobis avertit, quod tuam ſtultitiam nobis vertit in occaſionem reſtituendæ libertatis. Non ego ingratum erga te populum conſtituo, imo tu populum ingratum in Deos reddere laboras: quem cum ſemel in periculum vocaris, ne pro ſimplici Tyrannide duplicatam pateretur, nunc rurſum in diſcrimen trahere conaris, ne ab iratis ſuperis in priſtinam ſervitutem, aut gravius aliquod infortunium retrudatur. Quid tu te fucis & phaleratis dictis in alienum meritum inſinuas? Quid tibi in eo negocio laudem univerſam vendicas, ex quo praeter pœnam temeritatis, nihil ad te redire merito poſſit? Si Reipublicæ, ſi Judicibus probare potes, animum tuum Tyrannicida dignum, qui nullum periculum vitæ Reipublicæ cauſſa recuſarit: ſi facinus non ſcelere, non pernicioſo exemplo, ſed legitima via peregiſti, ſi fortuna tuis egregiis conatibus bene expeditum dedit eventum: aude Tyrannicidam te vocare: aude pulcherrimum, ac pene divinum munus a Republica poſcere, aude nobis ſervatas leges, reſtitutam civitatem: aude templa, aras, focos, fortunas omneis, tutos pueros, inviolatas virgines, impolluta matrimonia, denique hoc ipſum quod hic lege & apud Judices agimus, exprobrare: aude mihi minari, quod obſtiterim: aude civitatem ingratitudinis inſimulare, niſi laudem promeritam perſolverit: aude Judices, vel iniquos, vel corruptos clamitare, niſi ſuis ſententiis praemium tibi decreverint. Contra: ſi ſuſpectum quid volueris, ſi periculoſum, ſi contra leges, ſi cum ſcelere conjunctum quod feceris: ſit pudor, ac deſine tandem improbe praemium flagitare, quod nulla ratione promerueris: pœnam, ſi ſapis, incipe deprecari. Iſthuc fortaſſis ab aequitate Judicum, a civitate deorum munere laeta, queas impetrare. Neque enim putes unum me te a praemio deterrere. Imaginare iſthac in cauſſa pariter & leges, & Rempub. & deos tibi adverſari. Puta leges his tecum verbis agere: Si nos vere reſtitutas videri vis, ſine noſtram auctoritatem primum in hac tua cauſa valere. Longe plus laudis ex hoc judicio referes: ſi nobis ceſſeris: ſi parueris: ſi tuam cupiditatem noſtro ſubmiſeris arbitrio: ſi primum exemplum in te civibus edideris, revixiſſe nos: ſi monſtraris civitati jam non ex ſceleratorum libidine, ſed ex noſtro praeſcripto cuique vivendum eſſe. Atque altera ex parte Rempub. hac tecum oratione uti puta. Si civem bonum mihi praeſtare ſtudes, noli hanc ſtultitiæ notam mihi inurere: ut in poſterum re cognita, dicar ebrietate quadam gaudiorum ei praemium decreviſſe, cui pœna magis deberetur: noli mihi Deos, quos vix denique tam diutinis votis, tot ſacris, tot precibus, tot meis malis placavi, commovi, propitios reddidi, denuo per ingratitudinem iratos atque infenſos reddere. Sine ut mihi per te liceat ſaltem illorum beneficio frui; quod ſi te neque leges, neque Reſpub. commovet: certe Deorum orationem vereri debes, quos ita tecum agere putato: quid tu in noſtrae laudis poſſeſſionem te ingeris? Quid honori noſtro invides? Cur non ſinis nos in hanc civitatem perpetuo benignos eſſe? Cur tu ipſe tam ingratus exiſtis? Civitas haec ſemel mihi reſtitutam libertatem debet, tu bis debes commoditati noſtrae, & quod Rempub. ſervavimus, cujus tu pars es, & quod commoditate noſtra tuam periculoſam ſtultitiam, vel ſcelus potius, in maximam felicitatem verterimus. Etenim niſi nos dextri, propitiique adfuiſſemus, quid aliud tu quam perieras, & per te Reſpub.? Quod ſi plane contendis, ut praemium aliquod feras, abunde magnum praemium a nobis perſolutum eſt, quod per nos res a te male inſtituta bene verterit. A legibus merito major relata gratia, ſi noſtrae proſperitatis reſpectu, temeritatis ſimul, & ſceleris veniam condonarint. A civitate ſatis amplam laudem feres, ſi ea patiatur, ut in reſtitutæ libertatis hiſtoria, tuum quoque nomen admiſceatur. Hac laudis parte contentus, deſine nobis debitum velle praeripere, civitati munus noſtrum eripere, legibus auctoritatem adimere. Sed finem facio, nimirum exſtillata jam aqua. Quod ſupereſt, nunc veſtræ partes ſunt, Iudices, ſtatuere, utrum ſecundum leges, ſecundum Deos, ſecundum Rempub. ſententiam dicere, an ſecundum hunc glorioſum oſtentatorem pronunciare velitis. Utrum hanc urbis felicitatem hujus temeritati, hujus ſceleri acceptam ferre malitis, ſaepius exprobrandam, & brevi fortaſſis a ſuperis iratis (id quod abominor) auferendam, an in Deos, quibus ſine controverſia tota debetur, referre, eorundem pietate ſervandam, augendam, beneque fortunandam. Utrum magis ex uſu ſit, ut primo hoc judicio ſtatim leges circumventæ dicantur, an ut appareat, legum reſtitutarum ſeveritatem, & Judicum ſapientiam adverſus unius iniquam poſtulationem valuiſſe.